β pro obi. acc. substituuntur: Ⓘ *enunt. secund.*: PAVL. dig. 22, 6, 9 pr. ante -sso, quod minoribus ... ius ignorare permissum est (*cum indic. etiam* AMBR. in Luc. 2, 31, *cum coni.* AMBR. in psalm. 1, 27, 1 *al.*, *cum orat. recta* AVG. civ. 15, 23 p. 110, 25 D.). TERT. adv. Prax. 25 p. 276, 9 iam -simus, quomodo alium, *sc. paracletum miserit Christus* (*item cum enunt. interrog.*: AVG. in euang. Ioh. 34, 9 antequam diceret tibi quo, -sit qua, *sc. ad vitam pervenire posses*. in psalm. 31 serm. 2, 11. *al.*). AMBR. fid. 5, 4, 50 in superioribus ... -ssum est, quia Iesus ... postulabat (hex. 1, 8, 29 -sso ... q. [praeter- *var. l.*]. spir. 2, 11, 127. RVFIN. Adamant. 4, 4 [*gr. προτάξας*]). *forma* -si commonens, ne *eqs.*: AVG. doctr. christ. 2, 1, 1. ⓘⓘ *acc. c. inf.* (*nom.* AMBR. in Luc. *infra; accedit pron. praepar.* TERT. adv. Marc. 4, 12 p. 452, 22 AVG. in euang. Ioh. 23, 6): TERT. adv. Marc. 3, 22 p. 415, 24 -ens ... et subiungens ... passum etiam Christum. monog. 3, 4 SCHOL. Cic. Bob. p. 105, 8 AMBR. exc. Sat. 2, 29. in Luc. 5, 10 dominus et orasse -itur. AVG. serm. 4, 12 hesterno die -simus sanctitati vestrae, ideo maiorem filium dici Esau, quia *eqs.* *al.* ⓘⓘⓘ *oratio recta* (*iuxta pron. praepar.* AVG. in psalm. 118 serm. 4, 2; *ceterum cf. l. 59. 82*): TERT. ieiun. 17 p. 296, 27 apostolus ... cum -isset 'non in ebrietatibus ...', adiunxit 'nec in cubilibus ...'. adv. Iud. 9, 4 quia scriptura -at: '...'. adv. Marc. 4, 19 p. 483, 14 (*opp.* subiungens. *sim.* 5, 3 p. 575, 3 AVG. civ. 16, 10 p. 141, 27 D. *al.*). 5, 7 p. 596, 5 exitum populi decursurus -it: '...' (*cf.* AMBR. fid. 3, 9, 61 [*bis*] dicturus '...' -sit: '...'). orat. 6 *opp.* adiecit. pudic. 16 p. 252, 28 ante cetera. DON. Ter. Andr. 94, 3 non -sso 'licet' ... subiecit 'tamen' (*sim. de anacolutho* SERV. Aen. 2, 331. *al.*). *al.* *iuxta aliud verbum dicendi* (*cf. supra l. 20*): TERT. cult. fem. 2, 9 l. 30 -erat dicens: '...' (AMBR. Tob. 20, 77. *al.*). AVG. civ. 12, 15 p. 533, 24 D. psalmus ... cum -isset atque dixisset: '...'. Ⓘⓥ *adv.*: TERT. anim. 24, 4 *affectus*, ut -simus, ... ex accidentibus constant (pudic. 11). adv. Marc. 4, 15 p. 464, 18 ita -erat: '...'. LEX Visig. 5, 3, 4 ita ut supra -ssum est. Ⓥ *praepos.* de (*cf. p. 711, 12*): TERT. adv. Marc. 5, 11 p. 615, 18 de quibus *incommodis apostolus* -sit adiciens: '...'. uxor. 1, 3 l. 1 AMBR. spir. 2, 6, 50.

b *in sermone gramm. agitur de ordine litterarum, vocabulorum, pedum, versuum sim.*: TER. MAVR. 514 *litteram* i ... Romana lingua non potest -ere, edat ut dipthongon (*cf. 501* praelocari. *-untur litterae etiam* 671. 725). 1803 *hemistichium* -sso hexametro ... subnectit epodum (*versus vel partes eorum -untur etiam* 1933 [*opp.* subiungit]. 1940. 2712. 2977). SERV. Aen. 1, 159 nomen. MART. CAP. 5, 522 si ... pyrrichium -seris *in clausula. ibid.* trochaeo rite -sso.

CAPVT ALTERVM: *vi praeverbii deflexa vel evanida*: **I** *usu peculiari -untur proficiscentes, qui comitibus vel subsidiis instruuntur, fere i. q. prosequi* (*in versionibus; nisi alia adnotavimus, respondet gr. προπέμπειν, in Vulg.* deducere): ITALA I reg. 24, 20 (Lucif. Athan. 1, 15) sicut inveniat quis amicum suum et -at eum in viam bonam (*aliter LXX ἐκπέμψαι sc. τὸν ἐχθρόν, Vulg. inimicum* dimittet). act. 15, 3 (cod. d) *Paulus et Barnabas* -ssi ab ecclesia regrediebantur Phoenicem (*codd. e, g* dimissi). I Cor. 16, 11 (cod. d *al.*) in pace. Tit. 3, 13 (cod. d *al.*, *sim.* VVLG.) Zenan ... et Apollo sollicite -e, ut nihil illis desit (AMBROSIAST. *ad l.* iubet sumptus illis necessarios dari). *al. in novo test.* IREN. 1, 9, 4 Mercurius -it ... euntem *Herculem* (*gr. ἀπέπεμπεν sec. Hom. λ 626 ἔπεμψεν*). VVLG. sap. 19, 2.

II *variis coloribus*: **A** *emittendi: generando* (*sc. apud* IREN. *pro gr. προβάλλειν vel -εσθαι, quod idem vertit etiam voce* emittere): IREN. 1, 1, 1 l. 11 voluisse a semetipso emittere hunc Bythum initium omnium, et velut semen prolationem hanc -i voluit. 1, 2, 4 l. 57 pater ... Horon ... -it in imagine sua. 1, 8, 5 l. 135 in quo *filio* omnia pater -sit seminaliter (dim- *var. l.*, em- *Grube*). *loquendo*: COMM. instr. 1, 22, 11 *deus* manda⟨ta⟩ -sit, caelestis fieri, qui *eqs.* (manda⟨to⟩ promisit *coni. Dombart*). COLLECT. Arian. c. pag. 10, 2 deo ... honorem deferamus, laudes et gratias -amus. **B** *committendi in locum aliquem*: CHIRON 107 in via -ere debere (*sc. iumentum; cf. 654* committito). *?* **C** *praetermittendi*: GREG. TVR. Franc. 1, 48 p. 32, 15 (*Turoni ad Pictavos de operibus Martini*) ut -amus (praeter- *var. l.*) plurimum, vobis suscitavit duos mortuos, nobis unum.

appendicula syntactica: **1** *pro obi. acc. substituuntur aliae structurae p. 707, 30 sqq. 711, 11. 56 sqq., praeterea obi. suppletur ex enunt. relat. p. 707, 3 sqq. 60 sqq. al.; obi. omnino omittitur p. 707, 27 sqq. 708, 34 sqq. l. 33, ceterum* CVRT. 3, 7, 6. **2** *indicatur, ante quem (quid) aliquis (aliquid) -atur: dat.: p. 708, 69.* LVCAN. 8, 779 STAT. silv. 5, 3, 81 CLAVD. 28, 522. *al.*; *praepos.* ante TERT. adv. Val. 35 ITALA gen. 46, 28 (Lugd.). exod. 33, 2 (Monac.). Luc. 10, 1 (cod. e). *al.*, prae SVLP. SEV. Mart. 24, 4; *enunt. secund. cum* ante-, priusquam *e. g.* AMBR. apol. Dav. I 3, 11 p. 307, 4 AVG. in euang. Ioh. 34, 9 BOETH. mus. 2, 1. **3** *indicatur, quo quis (quid) -atur: acc. loci e. g.* PLAVT. Amph. 195. 602 CIC. Att. 8, 3, 7; *dat. personae e. g.* PLAVT. Truc. 412 CIC. Att. 10, 8, 10 AETNA 584, *rei* STAT. silv. 5, 3, 259; *praepos.* ad *e. g.* CAES. civ. 3, 78, 4 SALL. Catil. 27, 4 LIV. 7, 36, 7, in *e. g.* CIC. Catil. 2, 26 Att. 7, 15, 2 CAES. Gall. 4, 27, 2, adversus SVET. Vit. 9. **4** *indicatur, quem ad finem quis (quid) -atur: v. maxime p. 706, 81 sqq. 707, 59 sqq.; addas e. g.: gerund. praedic.* AVSON. 321 p. 259 P. libellum ... -si legendum. *dat.* SVLP. SEV. chron. 1, 2, 4 futuro mysterio (*nisi ad 2*). *inf.* ITALA II Macc. 14, 19 (recc. BM) -sit Possedonium ... dare Iudae dextram pacis *eqs.* (*gr. ἔπεμψεν ... δοῦναι, Vulg.* misit ... ut). Ioh. 4, 38 (Iren. 4, 23, 1) -si vos metere (*cum inf. etiam gr. ἀπέστειλα, Vulg.* misi). **5** *indicatur, quid -endo nuntietur, significetur, dicatur, scribatur structuris pendentibus (accedente vel deficiente obi. acc.) e. g. enunt. interrog. p. 707, 17. 710, 67. 711, 60 sqq.; enunt. fin. p. 707, 18 sqq. 33 sq.; acc. cum inf. p. 707, 23 sqq. 31. 711, 66 sqq. l. 30* **6** *p. p. p.* praemissus, -a, -um *sive pro adi. sive pro subst. (exempla potiora): v. p. 706, 79 sqq. 707, 57 sq. 710, 19. 711, 27 sqq.*

deriv.: praemissio. *Blundell.*

***praemium,** -ī *n.* [*i.* *prai-emiom, *substantivum a* prae *et* emere *compositum. Sch.*] *de origine*: VARRO ling. 5, 178 -um a praeda, quod ob recte quid factum concessum (*cf. p. 713, 15*). *scribitur* pre- EPIST. imp. Constant. et Licin. (Année Epigr. 1937 n. 232) 28 (*a. 311*). CE 1975, 1 (*saec. IV*). *et saepius, tam in titulis (v. indicem ad* INSCR. christ. Diehl *p. 389 b) quam in codd.; cf.* AGROEC. gramm. VII 114, 21 -um cum dipthongo scribendum, pretium ... sine d. (*sim. al.*). NOT. Tir. 27, 9. *de formis: gen. sing.* -mi *in versibus* PLAVT. Men. 1018 ENN. ann. 337 TVRPIL. com. 209 (-ii *trad.*), *in titulo* EDICT. leg. pr. pr. (Année Epigr. 1925 n. 126 b) 32 (*a. 91—93*); *abl. plur.* -mis FRONTO p. 182, 14 v. d. H. (*contra metrum trad.* ACC. trag. 591); *fem.* -am *codd. rec. pro* -a AMBROSIAST. in Tit. 2, 13 sq. *vix auctori tribuas.* *prima syllaba corripitur*: COMM. apol. 588 -o (*nisi bisyllabum; sim. dubites* INSCR. christ. Diehl 989, 1 [*a. 555*] -um). INSCR. christ. Diehl 1766 A, 2 (*a. 560—573. in fine pentametri*) -um. *de notione et differentiis*: DON. Ter. Andr. 610, 1 et pretium et -um generaliter pro bono aut malo facto redditur (SERV. Aen. 2, 537 GLOSS. V 323, 19). *ibid.* discernuntur hoc modo: pretium pro stultitia poena est, -um pro virtute et sapientia honor est et lucrum. Eun. 1057, 2 *differentia cum* donum *et* munus (*v. vol. VIII 1662, 81 sqq.; ceterum* Eun. 1057, 3 d. mu-

[Massaro]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nusque tam ante factum quam post factum datur, -um non nisi post factum est [*cf. p. 715, 72*]. 4 donum voluntarium est, -um debetur [*cf.* EVGRAPH. Ter. Eun. 1056 *-um* ob meritum datur]. 6). SERV. Aen. 11, 78 praeda est quae eripitur, -um quod offertur. SYNON. Cic. p. 433, 25 munera. dona. honores. -a. fructus. *eqs.* GLOSS. -um: *γέρας. al. legitur inde a* PLAVTO *per totam latinitatem* (*sc. in poesi dactylica non nisi plur.* -a *praeter 712, 73. 77 sq.; occurrit fere in quinto pede hexametri et initio alterius hemistichii pentametri*). [*non receptum videtur nisi in sermonem doctum (v. M.-L. 6721), sed cf. Corominas² IV 635. St.*] [*confunditur in codd. e. g. cum* proelium SIL. 9, 206 STAT. Theb. 10, 337. *al. (cf. lusum verborum p. 720, 51); falso e. g. pro* prooemium IVV. 3, 288 FLOR. epit. 2, 2, 19 ORIG. in Matth. 15, 22 p. 416, 32. *al., pro* gremium PLIN. epist. 8, 12, 1.]

significatur quod praecipuum possidetur, datur, sumitur sim. iuxta subst. notionis affinis: praeda PLAVT. Pseud. 1225 TRAG. inc. 30 CAES. civ. 2, 39, 3. 3, 82, 1 VERG. Aen. 11, 78 *al.*, donum TER. Eun. 1057 CIC. Tusc. 5, 20 OV. epist. 16(17), 132(*124* d.) *al.*, honos TRAG. inc. 30 CIC. inv. 2, 114 Phil. 8, 33 de orat. 1, 232 *al.* BELL. Alex. 77, 2 *et saepe*, pretium GRACCH. or. frg. (44 M.) Gell. 11, 10, 4 CIC. inv. 2, 115 leg. 1, 48 *al.* VERG. Aen. 5, 292 *et saepius*, merces CIC. inv. 2, 115 Verr. II 3, 140 *al.* SALL. Catil. 41, 2 or. Macri 5 *et saepe* (*cf. p. 720, 45*), laus CIC. Verr. II 5, 7 VAL. MAX. 4, 7, 7 *al.* (*cf. p. 720, 35*), commodum CIC. Mur. 72 dom. 145 Scaur. 36 *al.* EDICT. Caes. Oct. (Chart. lat. ant. X 416) 2, 17 *al.* (*cf. p. 720, 47*), emolumentum *v. vol. V 2, 520, 49 sqq.*, fructus *v. vol. VI 1, 1397, 8 sqq., et sim. al. opponuntur imprimis* poena CIC. inv. 2, 110 Verr. II 3, 140 *et passim* (*v. p. 715, 76 sqq.*), supplicium CIC. Verr. II 3, 141 *al.* SEN. contr. 10, 6, 1 *al.* (*cf. p. 715, 83*), periculum CIC. Cluent. 45 fam. 1, 9, 11 *al.* LIV. 2, 24, 2. 30, 32, 2 *al.*, damnum CIC. de orat. 1, 194 SEN. contr. exc. 3, 6, 2 PLIN. paneg. 35, 3 *al.*

I *usu generali de bonis, commodis, lucris sim.* (*praevalet vis incorporalis, sed non desunt loci qui respiciunt ipsam rem corpoream, praedam sim., ut p. 714, 42. 715, 15. 28. 35 et al. [homines pro praeda e. g. p. 714, 47. 715, 9]; vi deflexa de mera proprietate l. 59; cf.* SYNON. Cic. p. 435, 34 opes. -a . . . facultates. bona. *eqs.*): **A** *quae variis modis adsunt, contingunt*: **1** *sine respectu praebentis cuiusdam* (*saepe de iis bonis, quae ipsis rebus fere inhaerent, condicionum quarundam propria sunt; v. quae de hac notione nec non de* PLAVTO, CATVLLO, HOR. *al. infra et de locis sub bβ allatis exposui Invigilata Lucernis 5/6, 1983/4, 43 sqq.*): **a** *generatim*: PLAVT. Amph. 648 virtus -um est optumum (*652* virtus omnia in sese habet, omnia adsunt bona quem penest virtus). CIC. Vatin. 11 habeat hoc -i tua indignitas, ut adulescentiae turpitudo obscuritate . . . obtegatur. Cato 64 quae sunt . . . voluptates corporis cum auctoritatis -is comparandae, *qua senes gaudent*? CATVLL. 64, 102 *cum* aut mortem appeteret Theseus aut -a laudis. VERG. Aen. 4, 33 nec dulcis natos, Veneris nec -a noris (SERV. voluptates. *nisi ad 2*). PROP. 1, 14, 16 quis divitiis adverso gaudet Amore? nulla mihi tristi -a sint Venere. OV. am. 2, 9, 40 somnos -a magna vocat. SEN. benef. 3, 33, 4 in quo *generando filio pater* spectavit . . . -a patrum (*generaliter dictum; ad privilegia legibus data spectat* GELL. 5, 19, 15). PETRON. 100, 1 *cetera bona communia sunt*; solus ergo amor furtum potius quam -um erit? 119 vers. 32 omnia . . . orbis -a . . . miles *luxu corruptus* . . . esurit. PLIN. nat. 14, 142 (*ironice*) -um . . . summum ebrietatis libido portentosa ac iucundum nefas. 18, 4 (*de malignis quibusdam*) nec ullum aliud abominati spiritus -um novere, quam odisse omnia. PLIN. epist. 4, 15, 3 plerisque etiam singulos filios orbitatis -a graves faciunt. VLP. dig. 4, 2, 14, 5 in alterius -um verti alienum metum non oportet. *al. evanescente vi commodi sim. significari videtur praecipua quaedam proprietas, insigne sim.* (*cf. l. 79*): HOR. carm. 1, 1, 29 me doctarum hederae -a frontium dis miscent (*vix ad IIB2b*). epist. 1, 9, 11 *ne amicum destituam*, frontis ad urbanae descendi -a *eumque tibi commendo* (*Schol.* ut per impudentiam impetrarem). MART. CAP. 9, 902 (vers.; *verba Hymenaei*) Aurora exoriens . . . spectabit . . . floris resecti -a; ipse ego pallentem speculabor . . . puellam.

b *speciatim*: *α commoda, privilegia, quae propria sunt muneris administrandi, imperii sim.*: CIC. dom. 145 in consulatu meo commodis meis omnibus, emolumentis, -is praetermissis. Phil. 3, 10 quam hic immunitatem . . ., quod -um non . . . vendidit? (*antea*: commoda, beneficia, iura regni venalia). rep. 1, 27 imperia consulatusque nostros . . . non -orum aut gloriae causa adpetendos. CAES. Gall. 6, 14, 2 druides . . . tributa . . . *non* pendunt . . .; tantis excitati -is . . . multi in disciplinam conveniunt. SEN. Thy. 441 reducem . . . quanta -a expectent vide: . . . potes regnare. IVV. 16, 1 quis numerare queat . . . -a . . . militiae? (*Schol.* quanta in se habeat bona militia. *cf.* IVV. 16, 35 -a . . . atque . . . emolumenta . . . sacramentorum). TAC. hist. 1, 30, 1 haec *stupra sim.* principatus -a putat *Otho.* 2, 6, 2 ne penes ceteros *milites* imperii -a, penes ipsos tantum servitii necessitas esset. FRONTO p. 182, 14 v. d. H. ususne est *Volumnius* . . . omnibus decurionum -is commodisque ⟨in⟩ cenis publicis *eqs.*? *al. de ipsis muneris insignibus* (*cf. l. 59 et p. 717, 32, ubi viget respectus remunerationis*): HOR. sat. 1, 5, 35 insani . . . -a scribae *pro praetore se gerentis*, praetextam et latum clavum prunaeque vatillum. AVSON. 322, 92 p. 265 P. ut trabeam pictamque togam, mea -a, consul induerem. *β* -a vitae (*nisi quaedam ad 2 trahas; cf. l. 39; sing. p. 714, 4. 7. 10*): LVCR. 3, 899 *morte* omnia ademit una dies infesta tibi tot -a v. (3, 956 o. perfunctus v. -a marces). 5, 1151 metus maculat poenarum -a v. 5, 1450 -a, delicias quoque v. (*si gen. ἀπὸ κοινοῦ*). PLIN. nat. 9, 129 *de purpuris agam*, ut . . . omnes qui istis gaudent ⟨in⟩ -o v. suae calleant. 14, 4 *olim* abundabant et -a et opera v.; . . . postquam coepere . . . sola gaudia in possidendo *esse*, pessum iere v. pretia (*cf. 29, 19* rerum naturae pretia et vitae argumenta). 14, 137 ut magna pars non aliud v. -um intellegat *nisi vinum*. CENS. 3, 6 cum ex te tuaque amicitia honorem, dignitatem . . . , cuncta denique v. -a recipiam (*infra* vitae fructum). CYPR. mortal. 2 p. 298, 8 -um v. et gaudium salutis aeternae . . . iam veniunt (*nisi ad p. 716, 50*). DAMAS. epigr. 2, 12. *al.*

2 *de bonis ab alio collatis, donis sim.* (*sc. non meriti remunerandi causa; cf.* GLOSS.ᴸ I Ansil. PR 578 xenia. 579 dona. 580 munus): ACC. trag. 591 (*Polynices ad Eteoclea?*) num pariter videor patriis vesci -is? CIC. S. Rosc. 108 (*an ad II?*) si nihil . . . Roscii quod operae pretium esset fecerant, quam ob causam ⟨a⟩ Chrysogono tantis -is donabantur? ac. 2, 1 absens factus aedilis *Lucullus*, continuo praetor — licebat enim celerius legis -o. Tusc. 5, 20 Xerxes . . . refertus omnibus -is donisque fortunae (SEN. Herc. f. 525 o Fortuna, . . . quam non aequa bonis -a dividis. *cf. l. 34 et* STAT. Theb. 11, 444 laevae post -a sortis umbrarum custos *Pluto*. PANEG. 11, 19, 2 *pietas et felicitas* naturalia sunt . . . animorum bona et -a fatorum). CATVLL. 66, 86 (*loq. coma*) *mulieres castae mihi libent*; ab indignis -a nulla peto. PVBLIL. C 37 cum das avaro -um, ut noceat rogas (*si recte huc traximus*). CAES. Gall. 1, 43, 5 *Ariovistum* beneficio ac liberalitate . . . senatus ea -a consecutum. civ. 1, 86, 1 -um missionis (*opp.* aliquid . . . incommodi). 3, 4, 5. CIRIS 93 magna mihi cupido tribuistis -a, divae Pierides. VITR. 2, 1, 2 *homines* habentes ab natura -um . . ., ut non proni sed erecti ambularent. SEN. contr. 10, 1, 7 vestrae misericordiae -um petimus. SEN. epist. 74, 7 circa -um rixa est *in theatro* (*antea*: munuscula. *cf.* MART. 8, 56 [54], 3 sq. diligeris populo non propter -a, Caesar, te propter populus -a, Caesar, amat. COD. Theod. 15, 5, 2, 1). MART. 14, 1, 6 -a convivae dent sua quisque suo. TAC. hist. 1, 54, 1 *Lingones conquerentes* modo suas iniurias, modo vicinarum civitatium -a. PANEG. 3, 27, 2 quae maiora exspectabimus dei -a, quae uberiora dona Fortunae? (9, 16, 1 *principum* testimonia omnibus divitiis atque ipsis ⟨d⟩eorum -is *antepono. cf.* PRVD. cath. 5, 105 haec . . . patribus -a contulit insignis pietas numinis unici. CONC.ˢ I 4 p. 96, 22 Christo eis *ecclesiis* donante -um pacis [*gr. I 1, 7 p. 149, 18 τὴν εἰρήνην . . . βραβεύοντος*]. ARATOR act. 1, 964 spiritus almus nescia mensurae fert -a. *sim. al.*). *al.*

B *quae fructus sunt operae actionisve animantium*: **1** *cuiuslibet*: PLAVT. Pseud. 1225 de improbis viris auferri -um et praedam decet (*quae praecedunt v. p. 718, 29*). CIC. leg. 1, 49 qui virtutem -o metiuntur (*antea*: emolumentis . . ., commodum). OV. epist. 19(20), 67 invidiam patiar, passo sua -a dentur (*item in re amatoria*: ars 2, 702 si modo duraris, -a digna feres *e Venere sera. de ipso amasio*: PETRON. 80, 8 egreditur superbus cum -o [*sc. Gitone*] Ascyltos). fast. 3, 744 *apes* in arbore claudit inani Liber et inventi -a mellis habet. LIV. 4, 13, 4 *regnum* dignum tanto apparatu consiliorum et certamine . . . -um fore. 4, 25, 2 victoriae -um, quod petebatur, ut plebeius crearetur. MANIL. 3, 109 cultus (*i.* '*observantiae*' *Housman ad l.*) contingant -a. SEN. Oed. 803 quod subditivi -um nati petit *regina*? benef. 2, 20, 2 tam magnum -um erat et imperandi et serviendi. epist. 51, 9 libertas proposita est; ad hoc -um laboratur. *al.* CVRT. 5, 13, 4 tanta res (*sc. ut Dareus capiatur*) celeritatis est -um (*cf.* SIL. 15, 475 -a magna fugae). 10, 8, 16 inter se certantium -a, qui quieverint, occupabunt. PLIN. nat. 10, 2 -a ex iis *struthocamelis sunt* ova. PS. QVINT. decl. 13, 8 quod omnibus nascitur, *occupantis* industriae -um est. ITALA Tob. 4, 10 (Reg. *al.*, *sim.* VVLG.) *elemosinam faciendo* -um bonum repones tibi in die necessitatis (*gr. θέμα*). *al.*

2 *doli, sceleris, iniuriae sim.*: TER. Phorm. 771 eis nunc -umst, qui recta prava faciunt. CIC. Quinct. 74 (*nisi ad IIB*) quasi eximio -o sceleris exposito (S. Rosc. 117. SALL. Iug. 20, 1 Iugurtha . . . -a s. adeptum sese videt. OV. epist. 7, 114 met. 13, 433. LIV. 40, 56, 2 ne super impunitatem etiam -o s. frueretur. SEN. Phoen. 590). S. Rosc. 96 nullam . . . societatem neque sceleris neque -i. Verr. II 2, 45 populum Syracusanum in maximam invidiam sua infamia alieno -o pervenisse (*cf.* SALL. or. Lep. 23 invidiam suam, -a penes paucos *esse*). Cluent. 45 quae *mater* . . . aucta pecunia maiore -o, orbata filio minore periculo necaretur. prov. 3 quas *provincias* . . . pestiferi illi consules pro perversae rei publicae -is occupaverunt. part. 112 si iudicii poena levior quam facti -um. off. 3, 79 cum permagna -a sunt, est causa peccandi (*cf.* SALL. or. Phil. 9 ubi malos -a secuntur, haud facile quisquam gratuito bonus est. SALL. [?] rep. 2, 8, 3 malitia -is exercetur. SEN. benef. 4, 15, 1 -a in scelus hortantia. *sim. al.*). *al.* SALL. Catil. 17, 1 magna -a coniurationis. TIB. 1, 2, 26(28) qui corpora ferro vulneret aut rapta -a veste petat (*sc. grassator sim.; cf.* praemiator *sub 1 nec non* SEN. benef. 4, 17, 4 nequitiae -is . . . frui [*antea*: qui rapto vivunt]. INSCR. Année Epigr. 1957 n. 297 [*Moes. inf.*] immere(n)s hic occisus sum . . . sine ullo -o *grassatoris*). OV. met. 8, 850 qui raptae -a nobis virginitatis habes (*item in re amatoria*: fast. 4, 590 commissi -a raptor habet. 5, 204 *Boreas* ausus Erecthea -a ferre domo. OCTAVIA 299 [*interpol.?*]). *al.*

3 *belli externi vel civilis*: CIC. Verr. II 3, 12 Hispanis . . . quasi victoriae -um ac poena belli *impositum est vectigal stipendiarium*

[Massaro]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(fam. 6, 1, 3. Liv. 28, 44, 9 Carthago ... -um v. erit [30, 32, 2 orbem terrarum v. -um fore. Val. Max. 7, 6, 4. *al.*]. 29, 24, 11 non ad bellum duci ... sed ad certa v. -a. *al.*). 5, 125 vobiscum Africanus hostium spolia et -a laudis communicavit (Manil. 4, 141 nec -a l., sed terrae tribuet partus *Taurus* [*nisi ad A2*]. Homer. 717 [*loq. Dolon*] quanta ex morte mea capietis -a l.?). off. 2, 29 talibus *proscriptionum* -is propositis numquam defutura bella civilia. Sall. Catil. 20, 14 fortuna omnia ea, *libertatem divitias gloriam*, victoribus -a posuit (*cf.* Ov. met. 13, 414 Dardanidas matres ... invidiosa trahunt victores -a Grai. Liv. 9, 40, 6 ditem hostem quamvis pauperis victoris -um esse. 26, 11, 2 in qua *pugna* urbs Roma victori -um esset. *sim. al.*). 21, 1 quae -a armis peterent. or. Lep. 16 -a turbarum. Sall. (?) rep. 2, 13, 2 honestamenta pacis et -a belli (Tib. 2, 5, 115. Liv. 2, 24, 2 ut penes eosdem pericula b., penes quos -a, essent [*sim.* 33, 39, 6]. *et saepius*). Verg. Aen. 11, 78 -a pugnae aggerat et longo praedam iubet ordine duci *Aeneas*. 12, 437 te, *Ascani*, mea dextera bello defensum dabit et magna inter -a ducet. Prop. 2, 30b, 22 -a dira. Ov. am. 1, 15, 4 -a militiae pulverulenta sequi ([*vix ad p. 713, 74 vel 717, 83*]. Clavd. 27, 20 Phlegraeae ... -a m.). *al.*

4 *artis cuiusdam* (*ipsum honorarium v. sub IIB3*): Cic. Cael. 46 cur in tantis -is eloquentiae ..., tanta gratia, tanto honore tam sint pauci ..., qui in hoc labore versentur (de orat. 1, 16 amplissimis e. propositis -is. Brut. 56. 182. *al.*; *cf.* Cic. de orat. 1, 15 studio *eloquentiae* maxima ... exposita -a. Sen. contr. 1 praef. 7. *sim. al.*). Lvcr. 5, 5 *Epicurus* talia nobis pectore parta suo quaesitaque -a liquit (*item in philosophia*: Sen. epist. 89, 6 *sapientia philosophiae* effectus ac -um est. Ps. Varro sent. 81). Hor. epod. 2, 36 leporem et ... gruem iucunda captat -a (*venator ut*: Prop. 3, 13, 46 sive petes calamo -a sive cane. Ov. rem. 208. met. 6, 518 spectat sua -a raptor [*aquila tamquam venator*]. Val. Fl. 8, 253 silvestria. Nemes. ecl. 2, 68 silvarum). sat. 2, 1, 12 aude Caesaris invicti res dicere, multa laborum -a laturus (*arte scribendi ut*: Ov. trist. 5, 7, 68 -a si ... consequar ista [*sc. oblivionem miseriarum*]. Liv. praef. 5 hoc ... laboris -um petam, ut *eqs.* Aetna 223 Plin. nat. praef. 18. *al.*; *prope accedit p. 716, 9 sqq.*). Ov. fast. 1, 678 ut capiant *coloni* cultus -a digna sui (*item in agri cultura*: 4, 560. Plin. nat. 14, 47). *al.*

II *usu magis definito et sollemni de iis, quae remunerandi vel honorandi causa conferuntur* (*de mercede, pretio sim., sc. tam incorp., ut e. g. de honore, privilegio, quam corp., ut de rebus pretiosis, nummis sim.; -i loco sunt ipsi animantes e. g. p. 716, 58. 719, 41*): **A** *ex aestimatione praestantiae cuiusdam vel meriti*: **1** *-i loco est bonum vel optatum, gratum quoddam (mors l. 49. 68, infamia p. 716, 15), quo afficiuntur*: **a** *quilibet animantes* (*sol p. 716, 75*): *α pro vita proba, virtutibus animi, ingenio, recte factis sim. (ironice e. g. l. 61. 66); -a sunt*: Ⓘ *varia vel indefinita* (*saepe in sententiis generalibus; exempla inde a* Cic. *selecta*): Plavt. Poen. 1190 redde is *filiabus* libertatem, invictae -um ut esse sciam pietati (Ter. Hec. 584 apud me -um esse positum p. [-tis *var. l.*]. Cic. Tusc. 1, 113 ut id illis -i daret *dea* pro pietate [*sc. mortem*]. Cvlex 225 -a sunt pietatis ubi, pietatis honores? CE 1048, 2 [*saec. I ?*] *terra levis sit*, sentiat ut pietas -a quae meruit. *et saepius*). Cic. inv. 2, 113 in -i ... genere, ... quo et quanto quaeque res -o digna sit, considerabitur. Verr. II 5, 7 *venatorem quendam* ad laudem atque ad -um accucurrisse. Mil. 96 fortis et sapientis viros non tam -a sequi solere recte factorum quam ipsa recte facta (Ov. Pont. 2, 3, 13 r. facti si -a desint [*12* virtutem pretium ... esse sui]. Colvm. 12, 1, 3 tam malum vitare quam -um r. f. sperare. *cf.* Sen. epist. 81, 19 *virtutes* non exercentur ad -um: recte facti fecisse merces est. Plin. paneg. 44, 6). de orat. 2, 346 *facta*, quae suscepta videntur ... sine emolumento ac -o (*cf.* fin. 2, 45 *honestum* sine ullis -is fructibusve per se ipsum ... laudari. Tac. ann. 3, 26, 1). Sall.(?) rep. 1, 8, 6 *publicum* frumentum ... -um ignaviae fuit (*quasi virtutis; ironice*). Verg. Aen. 1, 461 sunt hic etiam sua -a laudi (*sc. virtuti sim. ut* 9, 253). Ov. fast. 3, 385 *Mamurio artifici* Numa munificus 'facti pete -a' dixit (*ille respondet 389*: merces mihi gloria detur. *in eadem re*: 3, 392 Pavl. Fest. p. 131). Liv. 22, 59, 10 nisi pernicitatis pedum et cursus aliquod -um est (*ironice respiciuntur milites fugientes*). Sen. contr. 1, 8, 4 desinit -um esse, cui necessitas iniungitur. Sen. benef. 3, 25 cum -a proditionis ingentia ostendantur, -um fidei mortem concupiscere (Ivst. 38, 9, 7). Stat. silv. 1, 4, 38 quae tibi sollicitus persolvit -a morum urbis amor (CE 1107, 1). Plin. epist. 1, 14, 8 debet ... hoc (*sc. pulchritudo futuri viri*) castitati puellarum quasi -um dari. Min. Fel. 37, 2 nemo ... -um percipit ante experimentum. Hier. epist. 21, 14, 1 *Iudaei* iusti sunt ..., ut a deo terrenae fertilitatis et longae vitae -um consequantur (*cf.* Avg. in psalm. 89, 17 *in lege per Moysen data* pro bonis operibus ... paene sola -a terrenorum bonorum deus polliceri videtur. *sim. al.*). *et saepe.* *opponitur* poena *sim.*: Plavt. Rud. 620 statuite exemplum impudenti, date pudori -um. Cic. inv. 1, 14 (*eadem fere* 2, 69. 109) *constitutio* iuridicialis est, in qua ... -i aut poenae ratio quaeritur (de orat. 3, 107. *al.* Caes. Gall. 6, 13, 5. Ov. Pont. 1, 2, 123 piger ad poenas princeps, ad -a velox. Qvint. inst. 2, 4, 38. Vlp. dig. 1, 1, 1, 1 metu poenarum, ... -orum ... exhortatione. Hier. epist. 21, 14, 2 timore poenarum aut -i aviditate. Avg. quant. anim. 36, 80 *al.*). 2, 113 num eiusmodi sit factum, ut, nisi fecisset, supplicio dignus esset, non, quia fecerit, -o (de orat. 1, 247 quia legibus et -a proposita sint

virtutibus et supplicia vitiis. nat. deor. 3, 85. *al.* Colvm. 11, 1, 14 [*de* -o *et* s. *vilici; cf.* 12, 1, 3 *ubi opp.* malum]. *al.*). de orat. 1, 194 honestus labor honoribus -is splendore decoratur, ... fraudes damnis ignominiis vinclis ... multantur. *al.*

Ⓘ *iudicium aliorum, laus, gloria sim.*: Plavt. Capt. 1036 qui pudicitiae esse voltis -um, plausum date. Trag. inc. 30 sapiens virtuti honorem -um, haud praedam petit (*cf.* Cic. Mil. 97 ex omnibus -is virtutis, si esset habenda ratio -orum, amplissimum esse -um gloriam. *sim. al.*). Ciris 2 me ... iactatum laudis amore irritaque expertum fallacis -a vulgi (*item de poetarum laude*: Hor. epist. 2, 1, 78 nec veniam antiquis *poetis*, sed honorem et -a posci. Mart. 9 praef. 2 vates, cui referet serus -a digna cinis. *cf. p. 715, 31 sqq.*). Prop. 4, 4, 94 *Tarpeia, quae nomen monti dedisti*, iniuste (iniustae *intell. alii*) -a sortis habes (*cf. infra l. 72. 77*). Sen. epist. 122, 18 nolunt solita peccare, quibus peccandi -um infamia est. Qvint. inst. 8, 3, 1 emendate ... ac lucide dicentium tenue -um est. Plin. epist. 3, 16, 6 sine -o aeternitatis, sine -o gloriae (9, 3, 1). 5, 1, 13 testificatio quaedam et quasi -um. Tert. mart. 4, 9 *ut* tormenta contemnat sub -o laudis humanae (Symm. epist. 1, 96 Avg. civ. 3, 14 p. 115, 1 D. CE 1088, 2. *al.*). *al.*

Ⓘ *conscientia, actio, qualitas ipsa agentis*: Cic. rep. 6, 8 sapientibus conscientia ipsa factorum egregiorum amplissimum virtutis est -um (Cels. frg. Quint. inst. 2, 15, 32 non ... bona c., sed victoria litigantis *oratoris* est -um. Symm. epist. 4, 4, 4 conscientiae bonae -um. Amm. 14, 6, 8 quasi plus -i de figmentis aereis ... adepturi *gloriae cupidi*, quam ex c. honeste recteque factorum). Paneg. 11, 1, 2 hoc ipsum mihi maximum dicendi -um videbatur, ut dicerem. Ps. Evseb. Gallic. hom. 62, 5 G. apud amatorem virtutis virtus ipsa iam -um est (*cf. p. 713, 41*). Boeth. cons. 4, 3, 12 W. sicut ... probis probitas ipsa fit -um, ita improbis nequitia ipsa supplicium est. *al.*

Ⓘ *vita post mortem: usu pagano*: Cic. rep. 6, 8 virtus non statuas ..., sed stabiliora quaedam et viridiora -orum genera desiderat (*ad b refert* Macr. somn. 1, 4, 3 -orum g., quae ipse vidisset in caelo bonis rerum publicarum servata rectoribus). 6, 26 tanto -o (*sc. caeli aditu*) exposito enitar multo vigilantius. Ov. met. 9, 257 siquis *Herculi* ... data *esse* -a nolet (*item de conferenda divinitate*: Tert. apol. 11, 10 Mart. Cap. 5, 437). CE 1031, 2 (*saec. I*) si qua manent obitis vi⟨tae sine fraude peractae⟩ -a sub terris. Apvl. flor. 15, 18 quae diis manibus pro merito suo cuique tormenta vel -a *essent*. Tert. anim. 33, 7 quaero -a *proborum*, sed potius invenio supplicia (*sc. metempsychosin*). 33, 10 (*ironice*) bene philosophi docetis ... leviora post mortem supplicia vel -a. Clavd. 10, 301 Elysias animarum -a valles. *al.* *usu christiano* (*cf.* merces *vol. VIII 796, 2 sqq.*): Tert. apol. 18, 3 quae ... desertis et observatis his *religionis disciplinis* -a destinarit *deus*. resurr. 15 p. 45, 10 iniustum *deum*, si sociam bonorum operum *carnem* a -is arceat (*in eadem re*: Ambr. paenit. 1, 17, 95 Pavl. Nol. carm. 31, 301). 40 p. 84, 16 (*ad Rom. 8, 17 sq.*) minora ostendit *Paulus* incommoda -is suis *futuris* (*cf.* Cypr. epist. 76, 1 p. 828, 12 habituri tot mercedes in caelestibus -is, quot nunc dies numeratis in poenis. *sim. al.*). Itala (= Vvlg.) IV Esdr. 2, 35 Weber parati estote ad -a regni (Cypr. eleem. 21 perpetuum -um r. caelestis). Cypr. Demetr. 23 qui credentibus -um vitae aeternae dabit (Damas. epigr. 13, 8 *al.*; *cf. p. 713, 83*). epist. 37, 3 *mors* immortalitatis -o vincitur (58, 3 Arnob. nat. 2, 66 p. 143, 19 M. Lact. inst. 5, 18, 11 Hil. trin. 1, 14. *al.*). Fort. 10 p. 332, 17 congressionem ... iustorum ad divinae sedis et salutis aeternae -um pervenire (Pass. Macc. 13, 11). hab. virg. 22 magna vos, *virgines*, merces habet, -um grande virtutis, munus maximum castitatis (Lact. inst. 5, 17, 16 eius ... -a, quae sunt aeterna et immortalia. Avg. civ. 22, 30 p. 631, 18 D. -um v. erit ipse *deus*, qui virtutem dedit. *al.*). Lact. inst. 6, 18, 3 -um caelestis illius ac divinae mercedis. Firm. err. 19, 6 felicium -orum promittitur munus. *et saepissime.*

β pro obsequio, beneficio sim. (*exempla inde a* Cic. *selecta*): Tvrpil. com. 209 cum interea nil quicquam a me est -i neque erat tuae benignitatis (-ti *L. Müller*) atque obsequellae. Gracch. or. frg. (44 M.) Gell. 11, 10, 4 qui suadent ut accipiatis *legem Aufeiam, re vera* ... petunt ... a Mitridate rei familiari[s] suae pretium et -um. Cic. Verr. II 1, 38 *Verri Sulla* -a ... liberaliter tribuit. Cael. 68 consciis servis ... -um persolutum *est* (*item -um ferunt servi de dominis bene meriti*: Mil. 58 omnibus -is dignissimos fuisse, qui domini caput defendissent. Sen. contr. 7, 6, 8. 10 Mart. 1, 101, 9. *al.*). Lvcr. 5, 870 *larga pabula pecudibus* damus utilitatis eorum -a causa. Verg. Aen. 1, 605 *Dido*, di tibi ... -a digna ferant (Sil. 4, 810. 7, 202 grates et -a digna ... reddere. *al.*). Ov. fast. 2, 422 *lupa* loco nomen fecit ...; magna dati nutrix -a lactis habet (5, 114 *capella* d. caelum -a l. habet). Gratt. 248 *canis* in partem praedae veniat ... et sua norit -a. Sen. benef. 4, 12, 5 officium est *solis* ... salutaria nobis facere sine -o. Tac. ann. 13, 21, 6 ultionem in delatores et -a amicis obtinuit *Agrippina*. Plin. epist. 4, 11, 13 exsilium ... molle velut -um dedit *Domitianus*. Sol. 36, 2 -um loci nomen dedit *Liber Scythis, qui novum oppidum colerent* (*sc. Scythopolin; cf. supra l. 13. 72*). *al.* *in re amatoria*: Ov. am. 1, 10, 53 nec ... indignum est a divite -a posci: munera ... habet. met. 7, 376 spreto totiens iratus amore -a poscenti taurum suprema negabat. 8, 92 -a nulla peto nisi te, *Minos* (*verba Scyllae; in eadem re*: 8, 105 sceleris ... -a). 12, 472. Sen. contr. 2, 7, 5 *stuprum negasti*, quod plerumque etiam impudicissima spe uberioris -i de industria simulat. *al.*

[Massaro]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

b *qui de re publica bene mereri putantur domi vel militiae*: *α generatim* (*-i loco sunt saepe honores; exempla selecta*): CIC. Cluent. 154 *in honoribus gerendis* cum summa recte factis . . . -a tum plura peccatis pericula proposita esse (*cf.* SALL. or. Phil. 4 quid ille ob bene facta cepisset, cuius sceleribus tanta -a tribuistis [*sc. consulatum et provinciam*]). Catil. 3, 26 urbem . . . servavi; quibus pro tantis rebus, Quirites, nullum ego a vobis -um virtutis, nullum insigne honoris . . . postulabo praeterquam . . . memoriam (Balb. 47. Brut. 281 cum honos sit -um v. iudicio . . . civium delatum ad aliquem. *al.* SALL. Catil. 52, 22 omnia v. -a ambitio possidet. Iug. 85, 20. LIV. 7, 32, 14 consulatus . . . *non* generis . . ., sed v. est -um. *al.*). Flacc. 1 quod . . . esset -um dignitatis quod populus Romanus . . . *Flacco* denegaret? (Balb. 10 amplissimae d. -a). Mil. 5 spe amplissimorum -orum ad rem publicam adducti (*opp.* suppliciorum). 82 populi grati est -is adficere bene meritos de re publica cives (HIRT. Gall. 8, 46, 5 *cum* b. meritis -a tribuisset. BELL. Alex. 65, 4 VELL. 2, 40, 5. *al.*). Brut. 312 *Molo* legatus ad senatum de Rhodiorum -is venerat. ad Brut. 23, 3 W. rem publicam contineri duabus rebus dixit *Solo*, -o et poena. CAES. Gall. 7, 34, 1 *ut Haedui ea*, quae meruissent, -a . . . exspectarent. SALL. Iug. 85, 42 turpissumi viri bonorum -a ereptum eunt (PLIN. paneg. 70, 2 *qui magistratus non* poenis malorum sed b. -is bonos facias). VERG. (?) catal. 9, 39 sqi *Roma* multa . . . donavit -a alumnis, -a Messallis maxima Poplicolis. HOR. epist. 2, 2, 38 (*ad militem*) i . . . grandia laturus meritorum -a (VELL. 2, 12, 6 consulatus veluti -um . . . m. datus). Ov. fast. 1, 12 quae . . . ferunt *Caesar et Augustus* . . . signantia fastos, tu quoque, *Germanice*, . . . -a . . . feres. SEN. contr. 10, 2 them. vir fortis quod volet -um optet (*argumentum declamationum tritum, v. e. g.* QVINT. decl. 249, 1 quae mens fuerit -um dantis rei publicae. *et saepe*). VAL. MAX. 1, 8, 6 qui id -um peteret (*sc. vallarem coronam. item de donis militaribus*: PLIN. nat. 22, 6 *corona graminea*. TAC. ann. 2, 9, 3 VOPISC. Prob. 5, 3 PRVD. perist. 1, 65. *al.*). PLIN. nat. 14, 19 *vitis, centurionum insigne, eos* opimo -o . . . ad lentas perducit aquilas *primipilatus* (*sim. tribuitur honoris insigne pro meritis*: CLAVD. 18, 370 [*cum contemptu*] *Eutropius* accipit . . . trabeas argutae -a dextrae. *cf. p. 713, 79*). *al.*

β speciatim -o donantur: Ⓘ *accusatores, delatores* (*ne exempla ad eandem rem pertinentia dividerentur, hic etiam pauca ad B1c referenda inseruimus, e. g. l. 50. 52 sq.*): RHET. Her. 4, 23, 33 -um aliquod ex lite aut iudicio cepit? CIC. inv. 2, 110 apud iudices de -o saepe accusatorum quaeritur ([MAR. VICTORIN. rhet. 2, 37 p. 289, 29 *ad l.*: accusatoribus lege -a dabantur hoc ipso, quod accusabant]. Balb. 54. S. C. Frontin. aq. 127, 2 ex quibus *HS* pars dimidia -um accusatori daretur. TAC. ann. 4, 30, 2 SVET. Tib. 61, 2 GAIVS dig. 29, 5, 25 pr. *et sim. al.*). Verr. II 2, 116 Veneri . . . deberi -um . . ., quae illam totam accusationem iudiciumque conflarat. 3, 1 qui alterum . . . nullo -o adducti . . . in iudicium . . . vocant (*cf.* CALL. dig. 49, 14, 2 pr. qui non -i consequendi . . . gratia adversarium suum deferunt). Cluent. 98 ad -a legis venire (Balb. 57. *cf.* ASCON. Mil. p. 45, 22 e lege -um datum est). Catil. 4, 10 indices . . . maximis -is adfecit (*ibid.* indici -um decrerit. LIV. 2, 5, 9 -um indici pecunia ex aerario, libertas et civitas data. 39, 19, 7 [*v. infra*]. *al.*; *cf.* SALL. Catil. 30, 6 si quis indicavisset . . ., -um servo libertatem *esse eqs.* 50, 1 conprobato eorum indicio, -a decernuntur. *sim. al.*). *al.* SALL. Catil. 36, 5 *nemo* -o inductus coniurationem patefecerat (LIV. 26, 27, 7 TAC. ann. 3, 28, 3. *cf.* LIV. 39, 14, 6 indices -is invitare. *sim. al.*). LIV. 39, 19, 7 de . . . indicum impunitate -isque (TAC. hist. 4, 7, 3 BOETH. cons. 1, 4, 46 W.). QVINT. inst. 12, 7, 3 accusatoriam vitam vivere et ad deferendos reos -o duci proximum latrocinio est. EDICT. leg. pr. pr. (Année Epigr. 1925 n. 126 b) 32 (*a. 91—93, Antioch. Pisid.*) delatoribus -i nomine octava portione *frumenti* constituta (MAVRIC. dig. 49, 14, 15, 1). *al.* Ⓘ *interfectores tyranni vel seditiosi cuiusdam*: CIC. inv. 2, 144 (*lex declamationis cuiusdam*) qui tyrannum occiderit, Olympionicarum -a capito (*item apud rhetores e. g.* SEN. contr. 9, 4 them. occiso tyranno -um accepit. QVINT. decl. 282 them. tyrannicidae -um. *et saepe. cf.* TAC. dial. 35, 5 tyrannicidarum -a . . . aut quicquid in schola cotidie agitur). Rab. perd. 31 *si Saturninum occidisset*, non supplicium deprecarer, sed -um postularem (*cf.* Mil. 39 quem *Clodium* qui tum interemisset, non de impunitate eius, sed de -is cogitaretur). *ibid. iterum.* Mil. 81 ex quo *facto* . . . -a laudis essent petenda. Phil. 2, 32 amplissimis -is dignissimos iudicatos *esse qui Caesarem necaverunt*. SVET. Tib. 4, 1 MARCELL. dig. 11, 7, 35. Ⓘ *copiae, multitudo militum, sc. stipendiis emeritis vel victoria parta sim.* (*-a virtuti singulorum collata v. supra; exempla selecta*): CIC. Phil. 3, 7 *militum* commoda, honores, -a . . . curae nobis fore (5, 4 de -is militum et de honoribus imperatorum. 5, 28. CAES. civ. 3, 83, 4 aut de h. suis aut de -is pecuniae. BELL. Alex. 77, 2 legionem sextam decedere ad -a atque h. accipiendos in Italiam iubet. EDICT. Caes. Oct. [Chart. lat. ant. X 416] 2, 17 *iuxta*: ⟨b⟩eneficia, commota [*i.*-da]. *al.*). 14, 38 (*in senatus consulto*) quae -a senatus militibus ante constituit, ea solvantur eorum, qui . . . occiderunt, parentibus. ad Brut. 26, 5 W. in duarum legionum -is . . . consumitur *tributum*. BRVT. Cic. fam. 11, 20, 3 de -is: . . . agros . . . dandos censeas. CAES. civ. 2, 39, 3 de -is vestris et de referenda gratia cogitare. 3, 82, 1 praedae ac -orum . . . esse participes. R. GEST. div. Aug. 3 *veteranis* agros a⟨dsignavi⟩ aut pecuniam pro p⟨raemis mil⟩itiae dedi (LIV. 10, 30, 10 data ex praeda militibus . . . *pecunia* sagaque et tunicae, -a . . . m. haudquaquam sper-nenda. TAC. ann. 1, 26, 1 de -is finitae m. *al.*). 17 ex ⟨q⟩uo *aerario* -a darentur militibus, qui vicena . . . sti⟨pendi⟩a emeruissent (*gr. δωρεαί*). DIRAE 85 rura reliqui, miles ut accipiat . . . -a belli (LVCAN. 1, 341). PLIN. nat. 19, 144 *milites* -orum parsimoniam cavillantes. SIL. 9, 206 electos optare dabo inter -a campos. SVET. Iul. 70 decimanos . . . missionem et -a flagitantes. *al.*

2 *-i loco est malum* (*saepe ironice; cf. p. 712, 81*): **a** *quodlibet*: PLAVT. Men. 1018 quia postremus cedis, hoc -i feres (*sc. pugnum sim.*). CATVLL. 64, 157 *Theseu perfide*, talia qui reddis pro dulci -a vita. SALL. epist. Pomp. 2 haec sunt -a pro volneribus? (*sc. subsidium negatum*). VERG. Aen. 2, 537 tibi pro scelere . . . di . . . persolvant grates dignas et -a reddant debita. Ov. epist. 14, 84 *me* raptam . . . — haec meruit pietas -a — carcer habet. PHAEDR. 4, 19, 30 (*Iuppiter ad canes*) hoc feretis pro iudicio (*corruptum?*) -um: non veto . . . cruciari fame. STAT. Theb. 2, 465 -a morum ac sceleris (SCHOL. id est poenas et captivitatem). APVL. met. 4, 34, 4 haec (*lacrimae sim.*) erunt . . . formonsitatis meae praeclara -a. 11, 15, 1 curiositatis . . . sinistrum -um reportasti. *al.* **b** *mors* (*de morte optata v. p. 715, 49. 68*): VERG. Aen. 11, 857 huc peritura veni, capias ut digna Camillae -a (SERV. auct. pro poena). 12, 360 haec -a, qui me ferro ausi temptare, ferunt. Ov. met. 8, 503 nunc merito moriere tuo; cape -a facti. 8, 767. SIL. 1, 485 fer debita fraudum -a. 15, 817 haec -a restant. AVIEN. Arat. 1190 *Orion* mali poenas luit; ista furori -a debentur. CHROMAT. serm. 6, 1 L. ut pro domino vitae -um mortis acciperet *Iudas*.

B *ex conventione quadam, qua -um proponitur certis condicionibus*: **1** *in quolibet pacto* (*sc. -um datur ei, qui efficit quod poscitur, singulariter autem ei, qui sponsione vincit, l. 29 et ei, cuius damnum sarcitur, l. 46*): **a** *generatim* (*exempla selecta inde ab* Ov.): PLAVT. Pseud. 1224 auferen tu id -um a me quod promisi per iocum? (*sc. sponsione 1070 sqq.; quae sequuntur v. p. 714, 42*). TER. Eun. 1057 hoc si effeceris, quodvis donum -um a me optato. CIC. Tusc. 5, 20 nos vellem -o elicere possemus, qui nobis *id probaret*. VARRO rust. 1, 17, 5 praefectos alacriores faciendum -is. Ov. epist. 15 (16), 19 -a magna quidem sed non indebita posco (*sc. Helenam a Venere promissam ut*: 16 [17], 132. ars 1, 683 laudatae . . . -a formae. OCTAVIA 774. *al.*). 17 (18), 165 ad sua -a tendunt *bracchia mea* (*antea*: pretium . . . laboris iam dominae vobis colla tenenda dabo). PHAEDR. 1, 8, 10 cum pactum flagitaret -um *grus* (*12* mercedem). 5, 5, 5 facturus ludos quidam . . . proposito cunctos invitavit -o, quam quisque posset ut novitatem ostenderet. PETRON. 101, 8 ut in aliquem portum navem deducat *gubernator*, non sine -o scilicet. PLIN. nat. 14, 140 -o invitatur ebrietas. APVL. apol. 33, 1 piscium genera tam necessaria . . . tamque rara . . ., ut merito statuto -o quaererentur (*in emptione ut*: met. 10, 27, 2 statutum -um *pro veneno*. PORPH. Hor. carm. 2, 16, 1—2 ['otium . . . non gemmis . . . venale nec auro'] cum nullis -is ematur. *al.*). met. 2, 23, 2 adest custos paratus; cedo -um. 2, 30, 6 -um non industriae sed debilitationis consecutus *custos, cui magae nasum et aures desecuerant*. TERT. apol. 37, 9 *daemonia* de vobis sine -o, sine mercede depellimus. *al.*

b *in re militari*: ENN. ann. 337 o Tite, si quid ego adiuero curamve levasso, . . . ecquid erit -i? VAL. ANT. hist. 21 *amicus Pyrrhi a consule* -um petivit et, si de -o conveniret, promisit regem venenis necare (*in eadem re*: QVADRIG. hist. 41 CIC. off. 3, 86). CAES. Gall. 3, 18, 2 huic magnis -is pollicitationibusque persuadet, uti ad hostes transeat (*speculandi gratia ut* BELL. Afr. 35, 2). 5, 40, 1 mittuntur . . . litterae, magnis propositis -is, si pertulissent (*item pro litteris vel mandatis ferendis*: 5, 45, 3. 5, 48, 3 civ. 1, 17, 1 LIV. 34, 61, 2. *al.*). 5, 55, 3 Indutiomarus . . . exules damnatosque . . . -is . . . allicere coepit (*ad militiam subeundam ut*: civ. 1, 3, 2 *veterani* spe -orum atque ordinum evocantur. LIV. 23, 15, 4. TAC. hist. 2, 82, 3 ut praetorianos . . . reciperandae militiae -o invitarent. *sim. al.*). 5, 58, 5 *Labienus* magna proponit eis, qui occiderint *in pugna Indutiomarum*, -a (*cf.* NEP. Hann. 10, 6 *regem* si aut cepissent aut interfecissent, magno iis pollicetur *Hannibal* -o fore. LIV. 29, 32, 1. *sim. al.*). 7, 27, 2 eis, qui primi murum ascendissent, -a proposuit (BELL. Alex. 17, 3 qui p. insulam cepisset. LIV. 2, 20, 12 CVRT. 7, 11, 12). *al.* PLANC. Cic. fam. 10, 8, 3 exercitus . . . saepe -is sollicitatus (*item ad defectionem vel etiam deditionem*: SALL. Iug. 23, 1 defensoribus . . . -a . . . ostentare [66, 1. 89, 1]. LIV. 42, 65, 11. *al.*). *al.*

c *in vita publica* (*saepe corrumpendi causa*): SISENNA hist. 43 (*si recte huc traximus*) servulum . . . -o libertatis inductum *ad facinus quoddam*. CIC. Cluent. 74 spe maiorum -orum (*in iudiciis corrumpendis ut*: 115. PORPH. Hor. carm. 4, 9, 40—44 ['dona nocentium'] -a oblata . . . respuit. COMM. instr. 1, 31, 8 vobis, *iudices*, . . . -a iura *sunt. al.*). Flacc. 15 locupletes metu, tenues -o . . . permovit (*in dando testimonio ut*: Scaur. 41 promissis aliorum et -is excitata *vox*. part. 49 si -o, si gratia adducti *testes. al.*). Mil. 56 vitam suam, quam maximis -is propositam et paene addictam sciebat *Milo* (*sim. in proscriptionibus*: Lig. 12 *Sulla* iubebat occidi . . ., -is invitabat. LEX Iul. munic. 122 [CIL I^2 593] quei . . . ob caput c(ivis) R(omanei) referundum pecuniam -um aliudve quid cepit. NEP. Att. 11, 1 VELL. 2, 28, 3. *al.*). Tusc. 5, 20 *Xerxes* -um proposuit, qui invenisset novam voluptatem (*in eadem re*: VAL. MAX. 9, 1 ext. 3 ut edicto -um ei proponeret). ad Q. fr. 3, 3, 2 suspicionem pactorum a candidatis -orum (*in petendis honoribus ut*: AMM. 26, 7, 6 GREG. M. epist. 3, 22 p. 180, 9. *al.*). *al.* SALL. Iug. 13, 8 *nobiles*

[Massaro]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quidam -o inducti singulos *senatores ambiebant*. or. Macri 5 imperia sua gratia aut spe aut -is *in populum convertunt magistratus*. NEP. Paus. 4, 6 magno ei -o futurum, *si crimen proditionis non detulisset*. SEN. contr. 9, 4, 14 -um ... tyrannici imperi. TAC. hist. 1, 24, 2. ann. 15, 43, 2 *Nero aedificiis reficiendis* addidit -a ... finivitque tempus, intra quod ... apiscerentur. PLIN. paneg. 26, 5 locupletes ad tollendos liberos ingentia -a et pares poenae cohortantur (*in eadem re*: SVET. Aug. 34, 1 GELL. 2, 15, 3 PANEG. 7, 2, 4). *al.* *de mercede actoris publici* (*nisi ad 3*): LEX Irnit. (Journ. Rom. Stud. 76, 1986, 153 sqq.) 8 A 34 de actore municipum constituendo ⟨deque⟩ -o mercede ve eius (*suppl. ibid.* 45).

2 *pro victoria in certamine parta* (*cf.* GLOSS. -um: ἔπαθλον): **a** *ludis sollemnibus*: PACVV. trag. 22 qui viget, vescatur armis, id (it *vel* ut *trad.*) percipiat -um (*si recte ad ludos funebres refertur*). CIC. inv. 2, 144 Olympionicarum -a (*v. p. 717, 61*). VERG. georg. 2, 382 -a ... ingeniis (ingentis *sim. var. l.*) ... posuere *capros ludis scaenicis antiquis* (*cf.* DIOM. gramm. I 487, 14 [= SVET. frg. p. 6, 3] olim actoribus tragicis τράγος ... -um cantus proponebatur. *sim.* HIER. chron. a. Abr. 1426 ISID. orig. 8, 7, 5). 3, 49 Olympiacae ... -a palmae (Aen. 5, 70 meritae ... -a p. *al.*; *cf.* INSCR. Année Epigr. 1939 n. 169 [*aet. imp. Aug.*; *vers.*] ⟨id⟩circo ⟨p⟩alma ... viret, ne desit ... -um victoribus. OV. met. 10, 102 lentae, victoris -a, p. *al.*). Aen. 5, 292 invitat pretiis animos *cursorum* et -a ponit. 5, 308 omnibus hic erit unus honos, *insuper* tres -a primi accipient (5, 346 *Diores* frustra ... ad -a venit ultima, si primi Salio reddantur h. VITR. 7 praef. 4 quemadmodum athletarum sic communium scriptorum victoribus -a et h. constituit *Ptolemaeus*). 12, 765 ludicra ... -a. *al.* HOR. epist. 1, 3, 25 (*in imag.*) seu linguam causis acuis, ... seu condis ... carmen, prima feres hederae victricis -a. carm. 4, 8, 3 tripodas, -a fortium Graiorum. PROP. 2, 25, 25 an quisquam ... infecto deposcit -a cursu? OV. trist. 4, 10, 96 *Olympiae iam* abstulerat decies -a victor equus (eques *trad.*), cum *eqs.* (*in aetatis ratione ut*: MART. 6, 85, 8 viderat Alphei -a quinta modo). PLIN. nat. 27, 45. STAT. silv. 5, 3, 57 frondentia vatum -a. GELL. 10, 18, 5 certamen laudibus eius *Mausoli* dicundis facit ponitque -a pecuniae. TERT. fug. 1, 5 a quo certamen edicitur, nisi a quo corona et -a proponuntur? legis edictum agonis istius in apocalypsi, quibus -is ad victoriam invitet (*apoc. 2, 7. 11. al.*; *eadem imagine respiciuntur martyres*: CE 681, 9 [*circa a. 400*] gaudet sibi -a reddi ... tenens ... coronam. CARM. de resurr. 183 gestantes rutilas -a vitae coronas [*metro corrupto*; -a *exspectes quinto pede hexametri ut quater apud eundem et alibi passim*]. *al.*). *al.* **b** *vario usu*: Acc. trag. 196 *Pelops* Pisaea -a arrepta a socro possedit suo (*sc. Hippodamian*; *item de mulieribus*: OV. epist. 15[16], 265 tulit Hippomenes Schoeneida -a cursus [*263* pretium ... certaminis]. met. 10, 571 -a veloci coniunx thalamique dabuntur, mors pretium tardis [*verba Atalantae*; *in eadem re*: 581. 680 duxit sua -a victor]). LIV. 6, 37, 7 lege obtinendum esse *plebi* ... alterum consulatum ..., quoniam in certamine relictus -um semper potentioris futurus sit. VAL. FL. 4, 231 nec pretium sonipes *in pugilatu Pollucis et Amyci* ..., -a sed manes reclusaque ianua leti. IVV. 6, 321 pendentis -a coxae (*sc. saltationis impudicae*). SVET. gramm. 17 *proposito discentibus* -o, quod victor auferret. GELL. 18, 2, 3 -um solvendae quaestionis. APVL. met. 10, 31, 4 si sibi *Iunoni* -um decoris addixisset *Paris*, *eqs.* (*in eadem re*: EPIGR. Bob. 15, 6 formae -a. AVG. civ. 4, 27 p. 180, 14 D. de -o pulchritudinis). *al.*

3 *pro arte exercita, professione, sc. de honorario, salario sim.* (*locos priores etiam ad IB4 referre possis*): PLIN. nat. 29, 5 *medicus* rege sanato centum talentis donatus est ..., ut incipiamus et -a artis ostendere. MART. 12, 72, 4 deseris urbanas ... lites *et* ... -a certa togae. TAC. ann. 13, 42, 3 sponte litigatoris -um honestae operae assequi (*l* qui pretio causas oravissent). VLP. dig. 3, 2, 2, 5 (*e Nerva filio et Pegaso*) omnes propter -um in scaenam prodeuntes famosos esse (*antea*: quaestus causa). PANEG. 9, 11, 2 in quem (*me rhetorem*) multo maiora ... -a contulerunt *principes* (*antea*: salarium). 9, 17, 1 docendi -a. AVSON. Symm. epist. 1, 32, 4 in comitatu ..., ubi tu veteris militiae -a tiro meruisti. SYMM. epist. 1, 79 ut disciplinarum professoribus -a opulenta pendantur (*antea*: salarii emolumenta). *al.* (*cf. l. 8*).

appendix iuncturarum notabiliorum: **1** *verbalium*: **a** -um *accipere, habere sim.*: PLAVT. Men. 1018 hoc -i feres (CAES. civ. 1, 86, 1 -um. VERG. Aen. 1, 605. 12, 360. *et saepe*; *cf.* auferre: PLAVT. Pseud. 1224 sq. TER. Eun. 1057 [feres *var. l.*]. OV. trist. 4, 10, 96. *al.*). PACVV. trag. 22 percipiat (CAES. civ. 2, 32, 6 SVET. Galba 6, 3. *al.*; *cf.* capere: RHET. Her. 4, 23, 33 CIC. inv. 2, 144. LEX Iul. munic. [CIL I² 593] 122. VERG. Aen. 5, 232. 11, 857. *et saepius*; accipere: BELL. Alex. 77, 2 VERG. Aen. 5, 308 DIRAE 85 LIV. 45, 23, 1. *et saepe*). CIC. Vatin. 11 habeat hoc -i (PROP. 4, 4, 94 OV. met. 8, 850. *al.* LIV. 33, 39, 6. *et saepe*). prov. 13 quae -*a* erant ... consecuti (BRVT. Cic. fam. 11, 20, 2 CAES. Gall. 1, 43, 5 OV. trist. 5, 7, 68. *et saepe*). *sim. al.* **b** -um *petere, sperare, merere sim.*: TRAG. inc. 30 petit (GRACCH. or. frg. [44 M.] Gell. 11, 10, 4 VAL. ANT. hist. 21 QVADRIG. hist. 41 CIC. inv. 2, 110. *et saepissime*). CIC. inv. 2, 113 postulet (Catil. 3, 26 Phil. 8, 25. *al.*). Phil. 12, 26 sperabit (OV. met. 2, 631 COLVM. 12, 1, 3 TAC. hist. 5, 16, 3. *al.*). LVCR. 5, 5 quaesita (VAL. FL. 8, 253 SIL. 2, 601 Ps. CYPR. tract. 37. *al.*). CAES. Gall. 7, 34, 1 meruissent (OV. epist. 14, 84 SEN. contr. exc. 8, 5, 1. *al.*). *ibid.* exspectarent (SALL. Iug. 85, 20 VERG. Aen. 5, 70. *al.*). HOR. epist. 2, 1, 78 posci (OV. am. 1, 10, 53 epist. 15[16], 19. *al.*). *sim. al.* **c** -um *ponere, dare*, -o *afficere sim.*: PLAVT. Rud. 620 date (CIC. inv. 2, 111 Verr. II 3, 143. *et saepissime*. *cf.* CIC. Verr. II 3, 140 -i nomine dare [GAIVS dig. 29, 5, 25, 1. 2]. LIV. 4, 61, 10 bona in -um data [ARNOB. nat. 7, 27 p. 376, 15 M. *al.*]. *ceterum* -um reddere: CATVLL. 64, 157 VERG. Aen. 2, 537 SEN. contr. exc. 8, 5, 1. *al.*). TER. Hec. 584 esse positum (CIC. Verr. II 2, 115 SALL. Catil. 20, 14 VERG. georg. 2, 382. *et saepius*. *cf.* proponere: CIC. Cluent. 154 Sest. 86. *al.* CAES. Gall. 5, 40, 1. 7, 27, 2. *et saepissime*. exponere *v. vol. V 2, 1761, 53*). CIC. inv. 2, 113 -o affici (Catil. 4, 10. *al.* HIRT. Gall. 8, 49, 3. *et saepe*). S. Rosc. 108 -is donabantur (Arch. 5 NEP. Ages. 3, 2. *al.*; -a donare: VERG. [?] catal. 9, 39 HOR. carm. 4, 8, 3). Verr. II 1, 38 -a ... tribuit (Arch. 25. *al.* CAES. civ. 2, 21, 3. *et saepissime*). Cael. 68 persolutum *est* (Planc. 101. *al.* R. GEST. div. Aug. 16 OV. fast. 3, 392. *al.*; *cf.* solvere: CIC. Phil. 14, 30. 38 [*in senatus consulto*]. VERG. Aen. 9, 253. *al.*). Phil. 5, 4 constituere (CAES. Gall. 6, 13, 5 LIV. 28, 46, 5 VITR. 7 praef. 4. *al.*). 11, 39 promissa sunt (14, 35 OV. met. 14, 810 fast. 3, 392. *al.*). *sim. al.* **d** -o *inducere, allicere sim.*: CALP. hist. 17 cuius unius -o multorum allicuit animos (CAES. Gall. 5, 55, 3 ARNOB. nat. 7, 12 p. 356, 23 M. *cf.* elicere: CIC. Balb. 37 Tusc. 5, 20. TAC. ann. 4, 30, 3 per -a. sollicitare: PLANC. Cic. fam. 10, 8, 3 CVRT. 5, 8, 9 FRONTIN. strat. 3, 6, 4. illicere: SALL. Iug. 97, 3 SCHOL. Cic. Bob. p. 114, 25). SISENNA hist. 43 inductum (SALL. Iug. 13, 8. *al.*, *v. p. 717, 52*. *cf.* adducere: CIC. Verr. II 3, 1 part. 49. deducere: Att. 2, 5, 1 CAES. Gall. 7, 37, 6. *sim. al.*). CIC. Scaur. 41 excitata (Rab. Post. 42 CAES. Gall. 3, 26, 1. *al.*; *cf.* incitare: CIC. or. frg. B 27 CAES. civ. 1, 56, 2 AMBR. paenit. 1, 16, 89. *al.*). Deiot. 2 corruptum (SEN. epist. 88, 29 FRONTIN. strat. 3, 3, 1. *al.*). *sim. al.*

2 *nominalium*: **a** *accedunt gen. varii* (*possess. vel explicat. vel etiam rei pro qua remuneratio fit. specimina se ecta*): SISENNA hist. 43 libertatis (FIRM. math. 7, 4, 1 COD. Theod. 7, 13, 16. *al.*). CIC. inv. 2, 113 laboris (Planc. 101 CAES. civ. 2, 32, 11 HOR. sat. 2, 1, 12. *al.*). 2, 114 virtutis (Balb. 26. *et saepe*, *v. e. g. p. 716, 56. 717, 7*). Quinct. 74 sceleris (*al.*, *v. p. 714, 63*). Verr. II 3, 12 victoriae (fam. 6, 1, 3 NEP. Milt. 6, 1 LIV. 4, 25, 2. *al.*; *cf.* victoris: OV. met. 10, 102 LIV. 9, 40, 6. 26, 32, 3. *al.*). 5, 125 laudis (Mil. 81 CATVLL. 64, 102 MANIL. 4, 141. *al.*; *v. etiam p. 716, 18*). LVCR. 3, 899 vitae (*et saepe*, *v. p. 713, 83 sqq. 716, 50*). SALL. (?) rep. 2, 13, 2 belli (DIRAE 85. *al.*, *v. p. 715, 13*; *cf.* pugnae: VERG. Aen. 11, 78 VAL. MAX. 2, 8, 2 p. 95, 3 AVSON. 1, 4 p. 320 P. *al.*). R. GEST. div. Aug. 3 ⟨mil⟩itiae (*al.*, *v. p. 715, 17. 717, 83*). VERG. georg. 3, 49 palmae (*al.*, *v. p. 719, 18*). CVLEX 225 pietatis (AVSON. 224, 3 p. 75 P. COD. Theod. 8, 13, 2. *al.*). HOR. epist. 2, 2, 38 meritorum (*al.*, *v. vol. VIII 816, 37 sq.*). QVINT. decl. 252, 20 operae (*al.*, *v. vol. IX 2, 663, 19 sqq.*). CYPR. epist. 37, 3 immortalitatis (*al.*, *v. p. 716, 52*). *al.* **b** *iuncturae cum gen. quodammodo abundantes* (*vergunt ad gen. inhaerentiae*): CIC. fin. 2, 99 -orum mercedibus (RVSTIC. Conc.^{s} I 4 p. 155, 24 mercedes recepti ... -i. *vice versa* -um mercedis: LACT. inst. 6, 18, 3 DYNAM. vita Max. 1 l. 31 G.). SVET. Aug. 24, 2 commoda emeritorum -orum (PAPIN. dig. 42, 1, 40 CASSIOD. var. 11, 33). APVL. met. 9, 29, 4 -i destinatum compendium. FIRM. err. 19, 6 -orum ... munus. **c** *in lusu verborum cum* praeda *v. p. 529, 32 sq.*, *cum* proelium (*scribitur* prael-) AVG. serm. 280, 1, 1 CAES. AREL. epist. ad virg. 2, 10 p. 143, 31.

deriv.: praemialis, praemiator, praemior, praemiosus.

Massaro.

praemixtio, -ōnis *f.* *a* praemiscere, praemixtus. *i. q. mixtio, commixtio* (*vis praeverbii vix apparet, cf.* praemisceo): CHIRON 29 causa, in qua duorum valitudinum -o invenitur (*sc. epiploce, v. vol. V 2, 674, 38 sqq. et cf. p. 706, 6*).

praemixtus *v.* praemisceo. *Blundell.*

praemoderor, -ārī. *a* prae *et* moderari. *i. q. praecedendo moderari*: GELL. 1, 11, 6 Cretenses ... proelia ingredi solitos *esse* ... praecinente ac -ante cithara gressibus.

praemodicus, -a, -um. *a* prae *et* modicus. *i. q. valde modicus* (*item* GLOSS. IV 156, 24 V 322, 63 GLOSS.^{L} I Ansil. PR 585): DRAC. laud. dei 2, 673 (*respicitur IV reg. 20, 1—6*) Ezechias ... prece ⌊-a vitae⌋ tria lustra meretur (*sc. prece exigua, brevi potius quam moderata sim., si recte restituit Peiper*; ⌊ ⌋ pmo dicavit *cod. Brux. falsa distinctione*, sub modica v. *excerpta Berol.*, permodica v. *Moussy*).

praemodulor, -ātum, -ārī. *a* prae *et* modulari. *i. q. praeoccupando modulari, praeformare*: QVINT. inst. 11, 3, 109 unde id ... fluit vitium, ut iuvenes cum scribunt, ⌊gestu -ti cogitationem⌋, sic componant quo modo casura manus est (⌊ ⌋ *var. l. codd. det.* gestum -ti cogitatione *praeferunt alii*).

praemodum *adv.* *a* prae *et* modus *sec.* admodum. *i. q. ratione modum excedente*: LIV. ANDR. carm. frg. 28 parcentes -m (*v. vol. X 1, 338, 23; explicat frg. afferens* GELL. 6, 7, 12 -m dicit quasi admodum: 'p.', inquit, '-m' [postmodum *var. l. utroque loco*], quod significat 'supra modum' dictumque est quasi 'praeter modum'; in quo scilicet prima syllaba acui debebit).

praemolestia, -ae *f.* *a* prae *et* molestia. *in sermone philos. de molestia quadam, quae ante veram molestiam est, fere i. q. molestia praevia*: CIC. Tusc. 4, 64 *quidam* metum -am (-a *var. l.*) appellabant, quod est quasi dux consequentis molestiae (*gr. προλύπησις, sc. Plat. rep. 584^{c} conferunt viri docti*).

[Bk.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

praemōlior, -īrī. *a* prae *et* moliri. *i. q. antea moliri, praeveniendo moliri*: LIV. 28, 17, 4 *Carthaginiensibus Hispania pulsis Scipio* iam Africam ... spectabat; itaque -endas sibi ratus iam res *eqs.*

praemollio, -ītum, -īre. *a* prae *et* mollire. *i. q. antea mollire* (*cf.* GLOSS. -o: *προμαλάσσω*): *corporaliter*: QVINT. inst. 2, 9, 3 frustra sparseris semina, nisi illa -tus foverit sulcus (*in comparatione*). FORTVN. rhet. 3, 17 quotiens declamandum fuerit ..., aliquid ante pronuntiabis, ut vocis itinera -as. CAEL. AVR. chron. 2, 6, 92 draganto ex mulso et vino -ito (*item madefaciendo*: 4, 3, 54 illa *specierum genera* ... infusione -enda *sunt*, radix autem coquenda). *incorporaliter* (*sc. dicendo*): QVINT. inst. 4, 3, 10 si quid erit asperum, -emus, quo facilius aures iudicum quae post dicturi erimus admittant (*-untur res dicendae ut* DON. Ter. Hec. 585, *v. supra p. 392, 48*). 6, 5, 9 quo genere defensionis ... offendisset *Cicero* nondum -tas iudicum mentes (*cf.* SERV. auct. Aen. 8, 374 ante causa dicenda est, ut -tis animis tunc quod petitur suggeratur. ANIAN. Chrysost. hom. 16, 10 p. 108, 10S. praeparans atque -ens auditoris animam [*Migne gr. 57, 253 προλεάνας*]).

praemollis, -e. *a* prae *et* mollis. *i. q. valde (vel nimis) mollis: de rebus corporeis*: PLIN. nat. 9, 165 ova -a *torpedinis*. 11, 181 *cor* -i firmoque opertum membranae involucro. *de clausularum numero*: QVINT. inst. 9, 4, 65 singulis verbis (*sc.* 'balneatori', 'archipiratae') bini pedes continentur, quod etiam in carminibus est -e. *Bk.*

ˢ**praemoneo,** -uī, -itum, -ēre. *a* prae *et* monere. *scribitur* pre- INSCR. Année Epigr. 1955 n. 156 (*e Numidia; a. 198/9?*). NOT. Tir. 53, 58ª -et. GLOSS. *προπαραινῶ. προμιμνήσκω. legitur inde a* CIC., POMP. *p. 722, 19*, TIB., OV., LIV.; *frequentat* CYPR. [*confunditur in codd. e. g. cum* prae- *vel* promovere CIC. har. resp. 10 HIER. epist. 65, 4, 1. *al.*, praeponere CYPR. laps. 7 (*falso trad.* PS. CYPR. mont. 9 p. 114, 19); *saepius falsa var. l. pro* praemunire (*v. ibi*); *e coni.* FRONTIN. strat. 2, 9, 7 qui *transfuga hostes* ⌊-ret de⌋ fuga (-ret se *vel* premoveret se *trad.*; -ret de *Hedicke, Hermes 6, 1872, 161, coll.* CIC. *p. 722, 35 vix recte, nam* -ere de *respicit rem sive faciendam, observandam p. 722, 11, sive imminentem p. 722, 34, non rem omittendam, cavendam*).]

i. q. antea monere. vis praeverbii haud raro minus manifesta est, cf. syn. vel iuxta pos. dicere CYPR. Demetr. 17 epist. 13, 3 *al.*, instruere CYPR. epist. 58, 7. 73, 16, docere CYPR. mortal. 9 zel. 1. *al.*, hortari AMM. 20, 11, 1, admonere PATRIC. conf. 40. *accedit* ante CYPR. epist. 70, 2 laps. 7 PELAG. in II Thess. 2, 2 RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 34, 2. *al.*, iam pridem CYPR. laps. 6. *-ent fere homines vel dei nec non eorum verba sim. (apud Christianos saepe ad verba scripturae afferenda adhibetur), animalia vel res maxime p. 722, 32 sqq., ceterum e. g.* SEN. Herc. O. 721 PLIN. nat. 25, 19 PLIN. paneg. 25, 1. *structuras indicantes, quid -atur, v. sub IA passim, nota* quod *p. 722, 29* (*cf.* quia *p. 723, 79 nisi a* meminisse *pendet*).

I *usu sollemni de monitione, quae antecedit quamlibet actionem*: **A** *indicatur, quid -atur (simul accedit acc. personae [nom. in struct. pass.]: iuxta acc. rei l. 55 [acc. subaud.]. 58. 62. p. 722, 56. 723, 21 sqq.; saepius iuxta alias struct., e. g. l. 68. p. 722, 34. 76. 723, 43 [reflex.]; accedit dat. personae p. 723, 29)*: **1** *praevalet notio q. e. (antea) commonefacere, docere sim.*: **a** *-entur varia (sc. iam exstantia vel gerenda, facienda), quae indicantur per*: *α casus*: Ⓘ *acc.*: CIC. leg. 2, 21 *augures eos*, qui ... agent rem duelli ..., auspicium -ento. LIV. 21, 45, 4 nihil umquam satis dictum -tumque ad cohortandos milites ratus *Hannibal*. COLVM. 11, 2, 1 *caeli* varietatem mutationemque si ex hoc commentario fuerit -tus vilicus. APVL. Socr. 17 p. 157 *deus Socratis* -enda -uit (*v. supra p. 396, 33 sq.*). CYPR. laps. 7 *dei* iram ostendens et poenae metum -ens ... dicit *scriptura eqs.* (praeponens *var. l.*). FIRM. err. 28, 3 hoc idem in psalmis -et spiritus sanctus (HIER. epist. 14, 6, 2 haec ego non ... quasi ignaros fluctuum doctus nauta -o, sed *eqs.* VINCENT. LER. 1, 8 [*in fine praefationis*]). HIL. trin. 11, 28 apostolus impietatis finem ... -ens ait (*seq. Phil. 3, 19 sq.; an ad bγ?*). *al.* Ⓘⓘ *gen.* (*cf. p. 722, 58*): HIER. epist. 65, 4, 1 quid necesse est audientem ⌊intellegentiae⌋ -eri? (*sc. sensus spiritalis, nisi pertinet ad 2;* -ere, praemoveri *var. ll.*).

β acc. c. inf. (*addidimus struct. impers.*): LIV. 10, 14, 7 -tis militibus adesse certamen (PRVD. cath. 1, 30 vox ... Christi docentis -et a. iam lucem prope). 25, 16, 4 cum haruspices ad imperatorem id pertinere prodigium -uissent et ab occultis cavendum hominibus (*cf.* ITIN. Alex. 19 vates ... *ea* et excidium urbi portendere ... et regi periculum -ent). SEN. Herc. O. 721 (*loq. Deianira*) fraudes esse -uit dolus *Nessi*. PLIN. paneg. 53, 5 licet nobis ... futuros *imperatores* sub exemplo -ere nullum locum esse *eqs.* VLP. dig. 19, 1, 13, 3 *venditor* -ere debuit *servum* furem esse. CYPR. Fort. 8 p. 329, 14 *Christus* -ens ... nos paratos semper esse debere, *sc. Luc. 12, 35 sqq.* (PS. HIL. libell. 18 p. 89, 30). *al.* *c. gerund.*: LIV. 25, 16, 4 (*v. l. 71*) cavendum *esse* (PLIN. nat. 19, 6 priore libro imbres et flatus cavendos ... -bamus. *al.; cf.* CHROMAT. in Matth. 35, 2 E.-L. falsos prophetas ... praecavendos esse). PAVL. FEST. p. 96. TERT. praescr. 5 l. 9 uti de ... temptationibus -ret *Paulus* non esse mirandum *eqs.* (*sc. I Cor. 11, 18 sq.*). HIL. in psalm. 65, 2. *al.*

γ orat. rectam (*nude positam vel additamentis praeparatam*): OV. trist. 5, 1, 16 siquis lasciva ... carmina quaerit, -o: non est, scripta quod ista legat. CYPR. epist. 43, 5 p. 594, 12 -ente domino et dicente: 'caeci sunt *eqs.*' (*Matth. 15, 14. sim. afferuntur loci scripturae*: Fort. 11 p. 334, 15 dominus ... -et et praenuntiat dicens: *eqs.* ASTER. ad Renat. l. 183 ita -emur: *eqs.* Ps. AVG. c. Fulg. Rev. Bénéd. 1948 p. 192, 22. *al.*).

δ interrog. obl.: PLIN. epist. 2, 6, 6 convenit ... sub exemplo -ere, quid debeas fugere. 3, 18, 2. CYPR. laps. 10 vox auditur e caelo -ens, quid dei servos facere conveniat. AMM. 29, 2, 8 eum, ... quibus figurarum commentis splendida loca attemptare debeat, -bat. PALLAD. hist. mon. II 9 p. 357ᴬ qualiter posset ... evadere.

ε praepos. de (*adde l. 34 et cf. fortasse* in *c. acc. l. 70; paulo aliter sub B2*): PLIN. nat. 18, 330 de ipsa regionis eius *Italiae* hora -uisse (*i. docere, qua hora quid facere oporteat*). TERT. apol. 21, 4 ut *Iudaei* de dei vocibus, quibus edocebantur, de promerendo deo et non offendendo -rentur (*item c. gerund.*: praescr. 14 l. 15 de refugiendis *haereticis*). Ps. EVSEB. GALLIC. hom. 72, 7 G. teneamus oboedientiam, de qua ille *Honoratius* semper ... studiosius -bat.

b *-entur eventus futuri (ut saepius vergat in notionem q. e. praedicere, maxime sub γ)*: *α ratione providente*: POMP. Cic. Att. 8, 12ᵈ, 1 quod putavi et -ui fit. OV. am. 2, 19, 47 iam ... ego -o: nisi tu servare puellam incipis, incipiet desinere esse mea. LIV. 33, 20, 12 *civitates socias iuverunt* providendo ac -endo conatus hostis. 36, 34, 3 quae tum maxime accidebant, casura -ens *T. Quinctius* (*pendet acc. c. inf. ut*: IVST. 2, 12, 12 -ente Themistocle, victoriam ... non finem ... belli fore. HIL. AREL. vita Honorat. 33 l. 16 *discipulum* afuturum [*antea*: praescius]). TERT. apol. 39, 3 *scripturas legimus*, si quid praesentium temporum qualitas aut -ere cogit aut recognoscere. AVIEN. Arat. 1690 *ubi stellae deciderunt*, inde ... ventos mox adfore -et usus. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 23 p. 385ᴮ si quis ... rudem ... -at, quod aestatis tempore fructuum fiat opulenta collectio (*Migne gr. 44, 208ᴰ προείποι*).

β signis variis, maxime prodigiis (*quae ad interpretationem signorum spectant v. p. 721, 56. 71 sq.*): CIC. har. resp. 10 ex hoc toto prodigio atque responso nos de istius scelere ... ac de impendentibus periculis ... prope iam voce Iovis ... -eri (pro-, promoveri, permoveri *var. ll.*). TIB. 2, 5, 78 *Caesare occiso* fata ... vocales -uisse boves. OV. met. 15, 785 *ferunt* audita ... cornua caelo -uisse nefas. PLIN. nat. 8, 102 *animalia* pericula -ent ... fibris ... extisque *eqs.* (DRAC. laud. dei 1, 41 -et ante pius *deus* quam ⟨mittat⟩ tanta p.). 18, 347 *luna rutila* imbres -bit (*antea*: praesagit. *item de prognosticis*: AVIEN. Arat. 1857 lupus villarum proxima oberrans ... consurgere nubila caelo -et. *cf. l. 28*). AMM. 19, 12, 19 partus ita distortus -bat rem publicam in statum verti deformem (praeman- *trad.*). VVLG. sap. 18, 19 visiones ... haec -bant (pro-, promin- *var. ll.; gr. προεμήνυσαν*).

γ vaticinatione, prophetia; accedit: Ⓘ *acc. c. inf.* (*pro acc. ponitur enunt.* TERT.): OV. epist. 16 (17), 240 quos *vates* ... Ilion arsurum -uisse ferunt. TERT. adv. Iud. 2, 9 *deus* -uit futurum, ut *eqs.* (NOVATIAN. trin. 1, 9 D. quo *mandato* ... futurum *esse malum* ... -retur. SVLP. SEV. chron. 1, 12, 4 famem. CHROMAT. in Matth. 35, 1 E.-L. pseudoprophetas). CYPR. mortal. 2 p. 298, 3 in novissimis temporibus adversa crebrescere ante -uit *dominus, sc. Luc. 21, 7 sqq.* (*antea*: praedixerit; praenuntiavit). *al.* Ⓘⓘ *casus: acc.* (*subaudiendus* CYPR.): PLIN. nat. 2, 147 *cum ferro pluisset*, haruspices -uerunt superna vulnera. CYPR. laps. 7 p. 242, 8 quicquid nunc geritur et geretur, nonne ante -uit *Christus*? IVST. 43, 1, 8 *Fatua* divino spiritu inpleta ... futura -bat (EPIPHAN. in euang. 38 p. 85, 14 cum omnia f. eos -uerit [-ret, premoverit *var. ll.; antea*: edocuit eos]). HIL. trin. 4, 38 idipsum. PELAG. in II Thess. 2, 2 hoc. *gen.* (*cf. p. 721, 65*): HESYCH. in lev. 2, 13 p. 812ᴬ testamenti euangelici et salis apostolici -ere nos legislator vult. Ⓘⓘⓘ *orat. recta* (*additamentis praeparata vel nude posita*): CYPR. epist. 11, 2 sicut -uit divina censura dicens: *eqs.* (58, 7 apocalypsis instruit et -et d. laps. 27 -at et praestruat d.). 55, 27 cum dominus -at et dicat: *eqs.* (unit. eccl. 10. 14. *cf.* laps. 6 cum iam pridem -uerit ac dixerit). unit. eccl. 16 praenuntiante per apostolum nobis et -ente spiritu sancto: *eqs.* Ⓘⓥ *alia*: PLIN. nat. 16, 199 urbis -ta⟨e⟩ (post monita *var. l.*) oraculo, cum arbor arma peperisset (*obi. enuntiato secund. circumscribitur, cf.* RVFIN. hist. mon. 1 p. 393ᶜ si ... correptio a deo immineret, ... -bat [*gr. Pallad. hist. mon. 1, 11 προαπήγγειλε. antea*: praedicebat]). IREN. 1, 30, 11 Sophiam ... *per prophetas* -entem et rememorantem homines in incorruptibile lumen et in primum hominem et de descensione Christi (CONSVLT. Zacch. 2, 6 p. 59, 11 vere ... de salvatore -tum [*sc. Is. 33, 10* nunc resurgam *eqs.*]).

2 *praevalet notio q. e. (antea) hortari, impellere ad aliquid (ad 1 relegavimus ea, quae docent necessitatem agendi, e. g. p. 721, 78 sqq.); ad quid -amur, indicatur per*: **a** *enunt. secund.* (*quae praeparantur pronominibus v. sub c*): *α* ut: CIC. Verr. I 23 me ut ... caverem -bat (VELL. 2, 57, 2 haruspices -uerant, ut ... iduum Martiarum caveret diem). VAL. MAX. 1, 7 ext. 2 Alexander per quietem visa imagine -tus erat, ut vitae suae custos esset. PLIN. paneg. 15, 1 iam tunc -ente fortuna, ut ... perdisceres *eqs.* SVET. Otho 6, 2 -tis consciis, ut se ... opperirentur. CYPR. eleem. 12 cum dominus ..., ut nobis amicos ... faceremus, ... fideliter ac salubriter -ret (*sc. Luc. 16, 9*). IVST. 1, 6, 1 *somnio* -tus, ut *eqs.* AMM. 20, 11, 1 Constantius ... regem ... -bat et hortabatur, ut ... perseveraret. *al.* *β* ne: COLVM. 1, 3, 7 *Cato* *[Scotti]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

futurum agricolam -uit, ne sua sponte ad eam *pestem* (*sc. vicinum malum*) perveniret. 1, 8, 1 -o, ne ... instituamus *eqs.* QVINT. inst. 6, 1, 20 ne ipsius *reae* discrimen obiciatur sibi, -et *accusator*. TERT. adv. Marc. 4, 28 p. 517, 13 quos ... -et *Christus*, ne timeant *eqs.* (*sc. Luc. 12, 4*). GARG. MART. pom. 1, 1 ne cum ceteris pomis cydoneum misceatur. CYPR. epist. 73, 16. IVST. 12, 14, 7 -to filio, ne ... crederet (AVG. c. Cresc. 4, 60, 73 p. 573, 4). COD. Theod. 9, 45, 4, 3 ne hoc faciant (*gr. ὑπομιμνήσκομεν*). *al.* *γ coni. nudus*: PLIN. epist. 4, 11, 11 *Licinianus arreptus* -etur, ... ad confessionem confugeret. 6, 22, 7 ut te ... -rem, plurimum tibi credas nec cuiquam satis fidas *eqs.*

b *orat. rectam* (*nude positam vel additamentis praeparatam* [*v. etiam l. 20. 28. 44*]): TIB. 2, 5, 114 at tu ..., -o, vati parce, puella, sacro. CYPR. Demetr. 17 *cum* spiritus sanctus -at et dicat: 'ne dixeris *eqs.*' (*sc. prov. 20, 22. sim. afferuntur adhortationes scripturae*: epist. 13, 3. 58, 7). mortal. 9 docet et -et scriptura divina dicens: 'fili, ... sta *eqs.*' (*Sirach 2, 4sq.; sim.* zel. 1 PS. CYPR. singul. cler. 7 p. 181, 3 PATRIC. conf. 40. *al.*). AVIAN. fab. 3, 4 hunc *cancrum saxis laesum* genitrix ... talibus alloquiis -uisse datur: 'ne tibi ... placeant *eqs.*'

c *acc.* (*maxime neutr. pron., quod saepe aliis structuris explicatur*): OV. epist. 13, 99 hoc ... -o: de nave novissimus exi (CYPR. zel. 14 AMBROSIAST. in Rom. 12, 17, 2 quia. AVG. in psalm. 36, serm. 3, 8 hoc te -ueram, ne ... poneres *eqs.* serm. coll. Morin. p. 320, 12 hoc ... illos [*ad Matth. 7, 6* nolite dare *eqs.*]. *cf.* LIV. 22, 18, 10 haec nequiquam -to magistro equitum). COLVM. 3, 19, 2 illud ... serentem -o ... immodicum ventum ... vitare (COD. Theod. 15, 5, 2 illud ... -emus, ne quis *eqs.* LEO M. epist. 4, 4 illud ... duximus -endum, ut *eqs.*). CYPR. epist. 70, 2 p. 768, 22 quod ante in psalmis -uit ..., ne quis *eqs.* (NICET. spir. 2 p. 19, 22 B. quod -et Paulus: 'videte *eqs.*'). PS. CYPR. tract. 12 *ut mulier* vicinis laudem -ret dicens: 'congaudete *eqs.*' CHROMAT. in Matth. 33, 3 E.-L. idipsum.

d *inf.* (PS. AVG. hypomn.) *et acc. vel nom. c. inf.* (*structuris mancis* PS. AVG. serm., COMM.): PS. CYPR. tract. 21 viderit ..., quam non corpore tantum sed et corde ... sincerum ... hominem Christus ... -at esse (-et *var. l.*). TRACT. Pelag. 4 p. 106 (*sec. Eph. 5, 4. 6*) illos etiam ab ... vanitate alienos esse desideravi atque -ui. PAVL. NOL. epist. 13, 17 p. 98, 23 -emur ponere ori nostro custodiam. PS. AVG. hypomn. 3, 1 l. 13 nolle -uit *deus* (*sc. gen. 2, 17; antea*: velle permisit). serm. 50, 1 promptiorem me ad loquendum vestra sanctitas -et. COMM. apol. 204 abscisos ... a saeculo -et esse. LEO M. epist. 6, 4 quod dilectionem tuam sollicitius agere -emus. PS. VIGIL. THAPS. c. Marivad. 1, 43 l. 33 eos in lucem ... incedere.

e *alia*: TERT. orat. 4 p. 183, 25 hoc dicto ('*fiat voluntas tua*') ad sufferentiam nosmetipsos -emus (CHROMAT. in Matth. 15, 3 E.-L. per David spiritus sanctus ad paenitentiam populum ... ante -uit dicendo *eqs.* [*si recte iunximus*]). RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 34, 2 *non est deviis* intendendum, sicut et proverbialis ante sermo -uit (*sc. prov. 4, 27*).

B *indicatur tantum, quis -atur* (*v. quae ad A monuimus*): **1** *acc.* (*nom. in struct. pass.; saepe forma p. p. p.*): LVCAN. 2, 690 ne tuba -tos (per-, ter monitus *var. ll.*) perducat ad aequora nautas, praecepit *Pompeius* (*i. ut antea instructi silentio proficiscerentur, nisi fallimur*). PLIN. nat. 28, 15. QVINT. inst. 6, 1, 39 is a nobis -tus discesserat. FLOR. epit. 4, 12, 56 a quibus *proditoribus* -tus ... advenit *legatus*. HYG. fab. 54, 2 Prometheus Iovi pollicetur se eum -turum. ITALA Matth. 14, 8 (cod. a *al., sim.* VVLG.) -ta a matre sua *Herodiade* dixit: 'da mihi ... caput Iohannis' (*gr. προβιβασθεῖσα*). INSCR. Année Epigr. 1955 n. 156 (*e Numidia; a. 198/9?*) *mulier* somnio -ta (CE 263, 1). VICTORIN. POETOV. in apoc. 2, 4 arguit et -et ceteros. HIER. in Ezech. lib. 4 praef. lectoris sollicitudinem -entes (*i. lectorem sollicitum*). AVG. serm. 196, 4, 4 'si ante -remur, non faceremus; ipsi -uissent presbyteri, non fecissemus.' ecce episcopus -et; moneo *eqs.* CAEL. AVR. chron. 1, 4, 106 *signis accessionis* -tus epilepticus. *al.* **2** *dat.* (*cf. supra l. 29*): PETIL. Aug. c. Petil. 2, 19, 42 de Iudaeis et paganis nobis -et Christus (*sc. Iudaeos et p. respiciens nos monet, ut fugiamus, Matth. 10, 23*).

C *absolute*: PLIN. nat. 25, 19 si ... -ret tempusque formidinis demonstraret *natura nobis herba quadam serpentes indicans*. CYPR. Demetr. 23 per prophetam deus -ens hortatur *eqs.* (*item part. praes.*: epist. 59, 7 p. 674, 4 apostoli -entis mandata. CLAVD. DON. Aen. 11, 45 p. 413, 16 VINCENT. LER. 11, 8. *al.*). ANTH. 459, 2 ante dies multos nisi te, Basilissa, rogavi et nisi -ui, te dare posse negas (*nisi ad B1*). FACVND. defens. praef. 4 idcirco ... praeloqui ac -ere curavi, ut neminem ... offendat ista diversitas. *al.*

II *usu peculiari de monitione, quae antecedit aliam monitionem, orationem sim.* (*notabiliora; huc fortasse l. 70. p. 721, 63*): TAC. ann. 11, 35, 2 apud quos *milites*, -ente Narcisso, pauca verba fecit *Claudius*. TERT. monog. 3, 11 quod -uit *olim Paracletus, nunc* definit; quod sustinuit, exposcit. TER. MAVR. 1874 -ui chorion dici, quem saepe trochaeum dicimus. QVEROL. p. 8, 17 R. -ueram, *sc. p. 8, 5*, de tridente; cave abstine! RVFIN. Orig. in cant. 1 p. 89, 5 meminisse oportet illud, quod in praefatione -uimus, quia libellus hic ... dramatis in modum conscribitur. GREG. ILIB. fid. 5, 38 -ui, *sc. 5, 1sqq.*, ut ... de unitate substantiae crederes. MART. CAP. 8, 817 hoc ... -to illud insinuo, quod *eqs.*

p. p. p. neutr. plur. praemonita, -ōrum *pro subst.*: GELL. 14, 2, 3 generalia ... quaedam -a et praecepta sunt, quibus ... iudex praeparari ... debeat. ITIN. Alex. 41 *Alexandrum* prohibitum Syrae vatis multis -is (*si locum recte restituit Volkmann, v. app. crit.*).

gerund. neutr. plur. praemonenda *pro subst. v. p. 721, 59.*

deriv.: praemonitio, praemonitor, praemonitorius, praemonitus (-ūs). *Scotti.*

praemonitio, -ōnis *f.* *a* praemonere. *i. q. actio praemonendi, monitio antecedens:* *quamlibet actionem*: TERT. adv. Marc. 2, 4 p. 339, 8 agnosce ... bonitatem dei ... ex legibus et -bus (*trad.* -mun-, *corr. Gelenius*) bonis et benignis (*respicitur gen. 2, 17 ut* patient. 5 p. 7, 21 dei -em). RVFIN. hist. mon. 1 p. 402[A] de futuris rebus a deo -es fiebant. EPIST. pontif. 761 Schwartz p. 157, 3 -is formam. CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 267 regi ... talia facienti secundum -em vatis (*gr. προαγόρευσιν. cf. 1, 257* praecepit *eqs.*). PS. IGNAT. Trall. 8, 1 praevidens seditiones iniqui -e conforto vos (*gr. παραγγελίαις*). *alia dicta*: CONSVLT. Zacch. 3, 1 p. 95, 35 non absurda -o est tutis primordiis munire proposita.

praemonitor, -ōris *m.* *a* praemonere. *i. qui praemonet*: APVL. Socr. 16 p. 156 *proprius daemon est* in rebus incertis prospector, dubiis -r, periculosis tutator.

praemonitōrius, -a, -um. *a* praemonere. *i. q. ad praemonendum aptus, praemonens*: TERT. anim. 3, 1 *Paulus* concepit -⟨i⟩um illud edictum (*sc. Col. 2, 8. cf. iuncturam sollemnem* edictum peremptorium).

praemonitum *v. p. 723, 83.*

praemonitus, -ūs *m.* *a* praemonere. [*falsa var. l. pro* spreti monitus VAL. MAX. 1, 6, 11.] *i. q. praemonitio* (*cf. vol. VIII 1419, 28. 1421, 47sq.*): OV. met. 15, 800 non tamen insidias venturaque vincere fata *Caesaris* -us potuere deum (*cf. 785* praemonuisse). *Flury.*

praemōnstrātio, -ōnis *f.* *a* praemonstrare. *i. q. actio praemonstrandi, quae fit:* *praefiguratione*: LACT. inst. 7, 14, 12 minora et exigua magnorum figuras et -es esse. *institutione*: AVG. mus. 6, 8, 22 indigebamus aliqua -e, ut sequeremur *numeros.*

praemōnstrātor, -ōris *m.* *a* praemonstrare. *i. qui praemonstrat, praeceptor*: TER. Haut. 875 (*ironice*) adiutor meus et monitor et -r Chremes.

praemōnstro, -āvī, -ātum, -āre. *a* prae *et* monstrare. *scribitur*: -mostr- *in var. l.* PLAVT. Trin. 342 (*B*; -monstr- *A ut etiam* 854) *et* CYPR. epist. 63, 5 (*S*). *de notione*: GLOSS. II 419, 12 *προμηνύω*: -o, praesago. *legitur inde a* PLAVTO, CIC., LVCR., PLIN. nat., STAT. [*confunditur in codd. maxime cum* demonstrare TERT. praescr. 22 l. 24 AVG. epist. 55, 3 p. 155, 3 in psalm. 63, 1. *al.* (*falsa var. l.* CHALC. transl. p. 48[A]), *ceterum cum* praedemonstrare *supra p. 534, 33; e coni. dub.* AMM. 18, 6, 9 (per- *trad.*).]

i. q. antea monstrare (*sc. vi praeverbii temporali; fere abundanter accedit* prius *l. 55*, ante *p. 725, 27; pro obi. sunt enunt. interrog. l. 53 l. 68. 78. al.*, quia *p. 725, 21*, ?ut *l. 57, acc. c. inf. l. 75. p. 725, 6 [addas l. 74. p. 725, 26, nisi sunt acc. praedicat.; l. 67 part. attributive ponitur]; absolute l. 61sq. p. 725, 32 et fortasse l. 63; part. praes. pro subst. p. 725, 31?*): **1** *-atur aliquid, antequam aliud quiddam monstretur vel fiat; praemons ratio fit:* **a** *dictis, scriptis:* *α ante varias actiones vel eventus*: PLAVT. Epid. 317 ei *fidicinae* -bitur, quo pacto fiat subdola (*item cum enunt. interrog.*: Persa 148 -a docte, praecipe astu filiae, quid fabuletur. Trin. 854 quae voluit mihi dixit, docuit et -vit prius, quo modo quicque agerem. CHROMAT. serm. 17[a], 1 L.). Merc. 577 (*ironice; v. Enk, 1932, ad l.*) scio pol te amare, quom istaec -as mihi. Trin. 342 ego hoc verbum quom illi quoidam dico, -o tibi, ut ita te aliorum miserescat, ne tis alios misereat (*minus probabiliter enunt. fin. pro obi. accipiunt alii*). LVCR. 6, 93 (*nisi ad b*) tu mihi ... currenti spatium -a, ... Calliope (*inde fortasse* VERS. metr. Diom. gramm. I 512, 2 scribenti mihi -a dea). STAT. Theb. 1, 67 (*verba Oedipodis*) Sphingos ... ambages te, *Tisiphone*, -ante resolvi (temet monstrante *var. l.*). ITALA Ezech. 33, 7 (Aug. serm. 46, 20) audies ex ore meo sermonem ⌊et -bis eis ex me⌋ (*sc.* sermonem, *an absolute?* ⌊ ⌋ *om. LXX, sed exhibent e. g. Constit. Apost. 2, 6, 8 διαφυλάξεις καὶ διαγγελεῖς αὐτόν et Vulg.* adnuntiabis). DON. Ter. Hec. 807 '*Bacchidem* exeuntem video': docte poeta -at locuturam personam. VINCENT. LER. 6, 1 *beati confessores* clarissimam posteris formulam -arunt, quonammodo ... conteratur audacia haereticorum. PAVL. PETRIC. Mart. 2, 159 quamquam ... ⌊facti sit⌋ -are gerendum (⌊ ⌋ *si recte coni. Petschenig*, factis id *codd.*). DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 21 p. 381[D] -ans serpens fructum peccati (*Migne gr. 44, 200[C] προδείκνυσιν*). *β ante alia docenda*: IREN. 3, 10, 6 quem ... deum confessi sunt *prophetae*, hunc patrem ... Christi -ans *Marcus initio euangelii*. PRISC. gramm. II 477, 25 secundum -tam regulam (*item* 497, 24). III 91, 10 '*a*' *est* interiectio, ut -vimus in bucolico esse positum.

b *quibuslibet signis*: TERT. adv. Marc. 2, 4 p. 338, 5 mundus ex bonis omnibus constitit, satis -ans, quantum boni pararetur *homini futuro*. monog. 3, 11 disciplina ... -ta ... in carne domini et in voluntate (*nisi ad 2a*). IVL. VAL. 2, 26 p. 82, 4 accepto habitu, quem deus monitor -verat *somnio*. PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 7, 12 p. 821 deum ... hominibus consulere, modisque omnibus -are, quae sint eorum generi salutaria (*var. l.* per- *ed. Schüsslerii 1470, sc.* 7, 18, *at v. gr. 6, 310 προσημαίνοντα*). AVG. in psalm. 63, 1 nisi talia sperarent *martyres* in resur- *[Dc Luca]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

rectione, qualia ipse *Christus* de se -vit (de- *var. l.; item -atur resurrectio Christi*: serm. 361, 19, 18. 362, 14, 15 quod -tum est in capite, tempore suo demonstretur in membris).

2 *-atur aliquid futurum, sc. antequam id ipsum eveniat; praemonstratio fit*: **a** *quibuslibet signis*: **α** *vario usu*: CIC. progn. frg. 3 ventos -at saepe futuros inflatum mare. har. resp. 20 *v. supra p. 440, 36*. PLIN. nat. 10, 82 *canendi* suavitatem -tam *esse* . . . auspicio, cum *luscinia* in ore Stesichori cecinit infantis. GELL. 14, 1, 14 quid -ret aut coetus stellarum aut circuitus aut transitus? 14, 1, 20 *ut* stellae istae -are debuerint, qualis *homo* . . . futurus sit. AMM. 21, 1, 9 volatus avium dirigit deus, ut rostrum sonans aut praetervolans pinna . . . futura -et. PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 5, 12 p. 768 *signa* imperium -antia (*gr. 4, 623 προφαίνοντα*). **β** *per praefigurationem*: GAVDENT. serm. 15, 18 G. praesumitur ista *mater Macchabaeorum* ecclesiae sanctae imaginem -asse. AVG. divers. quaest. 58, 2 p. 42 duo populi in geminis, Esau scilicet et Iacob, -antur. epist. 55, 3 p. 173, 13 hoc . . . ecclesia . . . expectat in fine saeculi, quod in . . . Christi corpore -atum est (demon-, praesentatum *var. ll.; nisi ad l. 1. ceterum -atur vita aeterna fidelium*: epist. 55, 17 p. 187, 17. in psalm. 26, serm. 2, 2 l. 27 sacramento -atur [*antea*: praefiguratur]). c. Faust. 32, 10 hoc ipsum (*sc. deut. 25, 5 sqq.*) . . . quid aliud in figura -at, nisi quia *eqs.* serm. 201, 2 *magi ab oriente venerant* (*Matth. 2, 1*), ut ille . . . olivae inserendus iam -retur oleaster (*Rom. 11, 24*). PS. AVG. serm. 153, 2. serm. ed. Mai 93, 3. ALC. AVIT. carm. 5, 249 *sanguis* -ti dudum . . . agni.

b *dictis, scriptis*: TERT. praescr. 22 l. 24 *Iohanni* soli dominus Iudam traditorem -vit (*Ioh. 13, 26*; demon- *var. l.*). CYPR. epist. 63, 5 per Salomonem spiritus sanctus typum dominici sacrificii ante -at (*per prov. 9, 1 sqq.; postea*: prophetica voce praenuntiat). IREN. 5, 17, 3 David praedixit: '. . .' (*psalm. 31, 1 sq.*), eam, quae per adventum eius *domini* est, remissionem -ans. AMM. 30, 4, 11 *quidam gravitatem simulantes* velut fata natalicia -antes aut . . . oraculorum interpretes. MAX. TAVR. (?) serm. 59 p. 649^{D} *cum Elisabeth* angelo -ante conciperet.

deriv.: praemonstratio, praemonstrator. *De Luca.*

praemordeo, -morsī (-mordī), -morsum, -ēre. *a* prae *et* mordere. *de formis*: GELL. 6, 9, 7 Plautus in Trigeminis neque 'praememordisse' ⟨neque 'praemomordisse'⟩ dicit, sed 'praemorsisse'. PRISC. gramm. II 482, 2 -eo, -mordi. *iuxta* mordeo *affert* MACR. exc. gramm. V 637, 15.

i. q. mordere ita, ut pars anterior, extrema vel superficies alicuius rei aut laedatur aut auferatur: **1** *proprie*: PLAVT. Trig. frg. 1 nisi fugissem . . ., credo, -isset ⟨mihi manum⟩ (*supplet Leo e. g.*). SEN. clem. 1, 5, 5 ferarum *est* . . . -ere et urguere proiectos. LVCAN. 6, 568 *maga Thessala mortui* linguam -ens. 10, 446 fera nobilis abdita claustris . . . frangit rabidos -so carcere dentes. **2** *translate*: IVV. 7, 218 ex hoc (*sc. mercede grammatici*) . . . discipuli custos -et (*sc. partem sumit*) . . . et qui dispensat frangit sibi.

[**praemordicus** *falso editum est* HIER. reg. Pachom. 52 *Migne 23, 71*^{B}; permodicus *sec. codd. ed. Boon p. 29, 4.*] *Flury.*

^{x}**praemorior,** -tuus sum, -ī. *a* prae *et* mori. *inter formas longe praevalet part. perf. (rarius usu verbali, saepe fere pro adi., pro subst. p. 726, 26); imperf. deest. inde ab* OV., LIV.; *saepius in* NOVELL. Iust. *pro gr. προτελευτᾶν vel προαπελθεῖν.* [*e coni.* GLOSS. II 416, 12 *προαποθνήσκω*: emorio (praemorior *ed. Stephani*); *falso trad.* CAEL. AVR. *p. 726, 55.*]

i. q. antea mori: **I** *-untur vel -tui sunt animantes eorumve partes vel qualitates*: **A** *strictius respicitur ipsa mors, quae praevenit*: **1** *finem vitae naturalem* (*fit abortu l. 59*): OV. epist. 8, 121 (*loq. Hermione*) aut ego -ar primoque exstinguar in aevo, aut *eqs.* FIRM. math. 1, 8, 6 in maternis visceribus immatura festinatione -itur. 3, 4, 16 Mars . . . in curvis signis *constitutus* -i facit. **2** *mortem alterius*: **a** *dativo vel abl. compar. indicatur, quem quis morte antecedat*: PETR. CHRYS. serm. 153, 2 (*de infantibus Bethlehemiticis*) coorta regi cohors regi suo magis -i quam commori . . . gestiit. ENNOD. carm. 2, 117, 8 quod votum est sanctis, coniuge -or (epist. 7, 29, 5 p. 196, 8 [vers.]). NOVELL. Iust. 2, 2 pr. si vero -antur omnes matri filii. 22, 26 pr. *si* -atur eis *filiis* parens. **b** *nude*: NOVELL. Iust. 2, 1 si quidem mater -atur, *sc. filiae.* 2, 3 pr. licet -antur filii omnes (*antea*: praeobeuntes). 22, 26 pr. -ente genitore. 22, 26, 1 -entis parentis aut secundi morientis. 127 praef. si quis moriatur relinquens . . . filios alterius -tui fratris. *al. ibid.* **3** *supplicium destinatum*: EVSEB. EMES. serm. 6, 24 (*mater ad filias*) certe propositum est nobis *martyribus* mori, -amur.

B *laxius vel translate respiciuntur variae debilitationes* (*sc. fere ipsam mortem antecedentes vel imitantes; additur* velut OV., quasi SVET.; *cum abl. resp. l. 84. p. 726, 5. 13. 25,* ab *p. 726, 17,* ex *p. 726, 11,* in *p. 726, 5*): **1** *afficitur potius status corporis vel membrorum*: **a** *variis causis*: OV. am. 3, 7, 65 (*de mentula*) nostra . . . iacuere velut -tua membra. PLIN. nat. 29, 38 tradunt . . . -i *partem caudae ovium praeligatae.* PS. QVINT. decl. 12, 7 iam -tuas vires *fame laborantium.* SVET. gramm. 3, 3 parte ea corporis (*sc. pedibus veneno tractatis*) quasi -tuā (-tui *codd.*). HIER. epist. 22, 7, 2 *ieiunantis* iam carne -tua. MACR. somn. 1, 6, 67 in utero sic -tuum ut tantummodo spirans nascatur (*de fetu ante partum quasi mortuo ut ibid. iterum*). GREG. TVR. glor. mart. 95 iam carne *martyrum* -tua (*sc. frigore ut*: VEN. FORT. vita Radeg. 5, 14 *ut* iaceret gelu penetrata, tota carne -tua). **b** *aetate progrediente, senectute*: SEN. epist. 58, 33 *si* integri sensus animum iuvant nec defectum et -tuum corpus est. PLIN. nat. 7, 168 *in senectute* -itur visus, auditus, incessus, dentes etiam. PS. QVINT. decl. 4, 10 per exigua festinantis aevi momenta -imur. HIER. in Am. lib. 2 praef. l. 23 *senectus* multis membris -tua. epist. 10, 2, 3 adhuc viventes -untur in carne. 23, 4 cum cotidie (secundum corpus loquor) -amur, in ceteris non nos perpetuos aestimemus. ORIENT. comm. 2, 196 hoc quoque, quo loquimur tempore, -imur. DRAC. laud. dei 2, 633 *Sara* ⌊-tua⌋ membra trahebat (*Arevalo,* prom- *vel* prope mortua *codd.*). **c** *morbo sim.*: CARM. adv. Marc. 2, 206 carnis -tua membra curabat *Christus* (EVCHER. pass. Acaun. 8). SVLP. SEV. Mart. 16, 2 *puella paralytica* omni ex parte -tua (VITA Marcell. Ebred. [BHL 5228] 23 paene). 16, 4 solo spiritu vivit iam carne -tua. GREG. TVR. Mart. 3, 49 omnium membrorum usu -tuus *puer.* vit. patr. 19, 4 p. 740, 27 *puer* -tuus, accepta salute, surrexit . . . redivivus. VEN. FORT. vita Albin. 10, 26 -tuae palmae . . . se . . . tepor infudit. 20, 57 nervi -tui *paralyticorum.* vita Germ. 11, 37 (*bis; syn.* exanimis, semiviva). GREG. M. dial. 4, 40, 3 corpus eius ab extrema fuerat parte -tuum (*item* in euang. 38, 16 p. 1292^{D}, *sim. in eadem re* dial. 4, 40, 6 in euang. 19, 7. 38, 16 p. 1293^{B}).

2 *afficitur potius status animi*: LIV. 3, 72, 5 etsi -tui iam sit pudoris *senex quidam.* AMM. 29, 1, 14 advenit . . . Theodorus *maiestatis accusatus* -tuus et atratus (*sc. terrore ut*: IVLIAN. in Am. 1, 13—15 ita consternabuntur, ut videantur et -i). PS. EVSEB. GALLIC. hom. 8, 3 G. tunc plane vera mors est: quando homo anima -ente deteriore sibi parte hominis sit superstes. 50, 1 hominem . . . fidei igne -tuum. 51, 8 l. 129 *in sicario* non tam persona vivit quam umbra -tui. PS. PRIMAS. in Rom. p. 444^{A} dum de filiis perditionis filii adoptionis efficimur, priori naturae secunda nativitate -imur.

II *-tuae sunt res naturales*: RVRIC. epist. 1, 5 p. 358, 12 quicquid . . . ariditate -tuum hactenus fuit, *vere ineunte* ad instar resurrectionis emergit.

praemortuus, -a, -um. *a* prae *et* mortuus (*part. perf.* -us *v. sub* praemorior). *i. q. antea vita carens* (*cf. vol. VIII 1497, 36 sqq.*): PRISCILL. tract. 3, 70 si duritia petrarum naturaliter -a ad dandum testimonium deo . . . animatur.

praemōstro *v.* praemonstro. *Suter.*

[**praemōtio:** *προβιβασμός* GLOSS.^{L} II Philox. PR 94. *legas* promotio *coll. ibid. 337.*]

praemoveo, -mōtum, -ēre. *a* prae *et* movere. *inf. praes. pass.* -vi CAEL. AVR. chron. 5, 7, 81 (*folia Zwiccaviensia,* -eri *Sichardus*). [*de loco vix sano* FRONTIN. strat. 2, 9, 7 *v. sub* praemoneo. *ceterum falso trad.* ZENO 2, 38 (1, 24, 2 L.) *pro* promotus. *e coni. dub.*: CAEL. AVR. acut. 2, 40, 232. chron. 1, 5, 168 (*Bendz, Gnomon 24, 1952, 21 pro* renovandae).]

1 *vi praeverbii temporali i. q. antea movere* (*sc. corpus vel partes eius*): **a** *commotione naturali*: PS. RVFIN. Clement. 3, 5, 1 omne, quod servit muliebribus desideriis, -etur et praemeditatur naturaliter secundum uniuscuiusque aetatem. CAEL. AVR. chron. 5, 7, 81 -i (*inf. pass., v. supra*) corpus et praetangi accessione *morbi* ventura. **b** *remediis praeparantibus*: CAEL. AVR. chron. 1, 5, 168 quoties *partes* longe remotae -entur *ante ipsas partes patientes* (*antea*: praetangendae). **c** *gestatione quadam*: CAEL. AVR. chron. 2, 1, 46 -tis . . . vel exercitis *paralyticis* (*aut partibus aut hominibus*). salut. praec. 61 ut paulatim se -endo (*Rose,* seremovendo *trad., fortasse* sese movendo*?*) futurae peregrinationi componant. *ibid.* ut -tum (*Rose,* praemortuum *trad.*) corpus . . . longiori peregrinationi praeparetur.

? **2** *vi praeverbii locali*: **a** *i. q. promovere* (*per mutationem praeverbiorum*): HIER. c. Ioh. 11 p. 364^{A} non potuit -ere gradum (*sed fortasse* prom- *legendum*). **b** *i. q. prae se movere*: PHYSIOGN. 98 *androgynus* resupinatas plerumque manus -et (*cf. gr. Adamant. 2, 52 χειρῶν φοραὶ ὕπτιαι. Foerster in app. crit. suspicatur* permovet).

praemulceo, -mulsum, -ēre. *a* prae *et* mulcere. *formas primae et quartae coniug. praebent* GLOSS.; *cf. vol. VIII 1561, 75 sqq.*

1 *vi praeverbii locali i. q. a fronte mulcere* (*ludit inter* prae- *et* pro- APVL.): APVL. flor. 3, 10 *crines Apollinis* -sis antiis et promulsis caproneis anteventuli et propenduli. GLOSS. V 323, 21 -ere (-mulgare *trad.*) sive lucernam spiritu[s] ardentem sive calamum scribentem (*v. quae adnotavit Lindsay ad Gloss.*^{L} *Corp. P 755 p. 207*). **2** *vi praeverbii comparativa i. q. mulcendo praestare*: GLOSS.^{L} Aa P 1013 -et: plus lenit (*sim.* II Abav. PR 22 -lcat. GLOSS.^{L} Corp. P 16 -it [*item* GLOSS. V 383, 16]).

? **praemulco,** -āvī, -āre. *si recte restituitur, a* prae *et* mulcare. [*non huc pertinet l. 70.*] GLOSS.^{L} Corp. P 755 -arit (*restit. Lindsay,* -mulg- *trad.*): inpress⟨er⟩it.

? **praemulgo,** -āre. *per variationem praeverbii ex* promulgare, *nisi hoc restituere mavis.* [*non huc pertinent l. 66. 74.*] GLOSS.^{L} I Ansil. PR 586 -ans: porrigens.

praemundo, -ātum, -āre. *a* prae *et* mundare. *i. q. antea mundare: a sordibus corporeis*: THEOD. PRISC. eup. faen. 32 *ut hoc* adhibeamus, -tis . . . oculis molli . . . penicillo a pituitis aegri tunc oculis inhaerentibus (*cf. Cass. Fel. 29 p. 50, 7* primo . . . detrahere). *a maculis status non ingenui*: NOVELL. Iust. 74, 1 modus, qui libertos ad ingenuitatem deducit -ans eos alio quodam actu (*i. per ius anuli aurei. gr. προκαθαίρων*).

[Rosellini]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

? **praemunero,** -āre. *a* prae *et* munerare. [*e coni. dub. l. 20.*] *i. q. prae aliis munerare*: PHILO quaest. in gen. 4, 245 l. 16 P. ut rursus acciperet *Esau Mahelet uxorem* et -ret eam, quae vitam sine vita conficiunt (*de acc. dupl. cogitat Petit ad l. sensum parum dilucidans; fortasse quasi per ironiam referendum ad sterilitatem eius uxoris, coll. Lib. geneal. chron. I p. 173, 270, ut sit sensus: prae aliis uxoribus eam condicionibus sterilitatis donavit; nisi conicias* remun-, *si recte latere putatur gr. ἀντιδιδόναι*).

***praemūnio,** -īvī (-iī), -ītum, -īre. *a* prae *et* munire. *formae perf. traduntur stirpis longioris* -vit CAES. civ. 3, 58, 1 RVFIN. Basil. hom. 5, 6, -verit AVG. anim. 2, 17, 23 p. 357, 21 (-ierit *var. l.*), *stirpis brevioris* -iit CAES. civ. 3, 112, 7 (-nit, -niti *sim. var. l.*), -ierant Ps. RVFIN. Ios. bell. Iud. 6, 4 p. 677, -nisset CASSIOD. Didym. in Ioh. 5, 18 p. 78, 21 GREG. M. epist. 10, 20, -ierim GLOSS. *l. 16* (*cf. l. 11*). *de notione*: GLOSS. II 423, 60 *προτειχίζω*: -o. IV 156, 6 praestrincxerim: -ierim (*inde* 552, 24 V 235, 20. praestruxerim *coni. Thomson* GLOSS.^{L} III Abstr. PRAE 66). *legitur inde a* CIC., CAES. *in prosa tantum oratione.* [*confunditur in codd. maxime cum* praemonere, *e. g.* QVINT. inst. 9, 1, 43 AVG. doctr. christ. 3, 1, 1. *vix recte trad.* GLOSS. II 424, 10 *προτιμῶ*: -o, praefero (pro- *trad.*), praepono (praemunero *vel* praemio *coni. Heraeus in exemplaribus suis*).]

I *transitive vel absolute fere i. q. ante munire* (*sc. vi praeverbii locali sub A1a, sed potius temporali sub A1b, A2, B, nisi est minus conspicua. obi. indicat passim id, quod munimento tegitur [saepe structura plena 'aliquid aliqua re'], rarius id, quod muniendo opponitur vel efficitur, v. A1b, B1a et 2a ['aliquid alicui rei' non nisi l. 52]; pro obi. ponitur inf. l. 53, enunt. secund. l. 58. 73 [iuxta pron. neutr. l. 78]; arcenda vel impugnanda indicantur praepos.* adversus *p. 728, 11. 32,* contra *l. 48. p. 728, 28. 37,* ab *p. 728, 14, cf. et* ad *p. 728, 31*): **A** *corporaliter, pro munimento est*: **1** *vallum, fossa, murus sim.* (*in re militari praeter* Ps. RVFIN.): **a** *-itur quod tegitur, defenditur*: CAES. civ. 3, 56, 3 Rutilius Lupus ... Isthmum -ire instituit. 3, 58, 1 Caesar ... aditus duos ... magnis operibus -vit. 3, 112, 7 loca. TAC. hist. 3, 21, 2 *legio* septima Claudiana agresti fossa ... -ta. VEG. mil. 4, 16 *machinae quaedam in obsidione* itinera ... -unt. Ps. RVFIN. Ios. bell. Iud. 6, 4 p. 777 quibus *saepibus* hortos ... incolae -ierant (*gr. 5, 107 προαναστήσαντο*). *in imagine*: GELL. 13, 28, 4 *pancratiastae* os suum manibus oppositis quasi vallo -unt. PORPH. Hor. sat. 1, 2, 96 ('si interdicta petes, vallo circumdata', *sc. mulieres honestas*) custodiis septa ac -ta. **b** *-itur vallum*: LIV. 5, 38, 1 tribuni militum non loco castris ante capto, non -to vallo ... instruunt aciem.

2 *medicamentum sim.*: SVET. Cal. 29, 1 *fratrem* metu venenorum -iri medicamentis suspicabatur. Nero 34, 2 *matrem* antidotis -tam. RVFIN. hist. praef. p. 951, 5 quo *medicamento* -ti homines ab imminenti defendantur exitio. Ps. DIOSC. herb. fem. 42(41) adipe vel oleo vel vino corpus -ire, *ne herbā aduratur. in imagine*: Ps. IGNAT. Trall. 8, 1 praemonitione conforto vos ... praepotans vos medicamine -ente contra imminentem pestilentiam (*gr. τὰ φυλακτικά*).

B *incorporaliter*: **1** *fere technice in arte rhetorica* (*v. sub* praemunitio): **a** *pro obi. est id, quod firmandi vel defendendi causa profertur*: CIC. Cael. 19 quae ex accusatorum oratione -iri iam et fingi intellegebam. leg. 1, 34 quae -untur omnia reliquo sermoni disputationique nostrae. IVL. RVF. rhet. 32 Cicero pro Milone ante -it, licere hominem occidere, et tum subicit occisum P. Clodium iure. SCHOL. Cic. Bob. p. 119, 32 *ut* semina futurarum quaestionum ad defensionem Milonis pertinentium ... -at (*nisi aliud obi. excidit lacuna cod.*). CAELEST. Aug. pecc. orig. 6, 6 hoc -ire ..., ne *eqs.* CASSIOD. Didym. in I Ioh. 5, 18 p. 78, 21 dum -isset, quoniam filius est dei homo huiusmodi, ... adiecit '...' (-monuisset *var. l.; gr. ἀσφαλιζόμενος*). **b** *pro obi. est id, quod firmatur*: CIC. de orat. 3, 32 *genus dicendi* -tum et ex omni parte causae saeptum, acre, acutum *eqs.* QVINT. inst. 4, 2, 71 propositione -iri potest causa, deinde exponi (*cf. 4, 2, 74* primae propositionis defensione mollita *crimina sim.*). 7, 10, 12 quaestiones ... praeparatione -endae. SCHOL. Cic. Bob. p. 119, 30 -tam ⌊*διήγησιν*⌋ (*supplevit Ziegler in lacuna cod.; cf. p. 119, 27* praeparationibus instructa narratio). AVG. anim. 2, 17, 23 p. 357, 21 cum ille *Vincentius Victor* suos libros et initio -verit et termino communiverit (*cf. 2, 16, 22 p. 357, 4* humiliter praelocutus est). **c** *absolute*: CIC. orat. 137 sic ... dicet *orator* ..., ut ante -at. QVINT. inst. 8, 3, 37 si quid periculosius finxisse videbimur, quibusdam remediis -endum est: 'ut ita dicam, si licet dicere *eqs.*' FRONTO p. 140, 13 v. d. H. *Chrysippus* exaggerat, -it, iterat *eqs.* AQVILA rhet. 1 *προδιόρθωσις*, praecedens correctio: haec figura ... -it. **d** *per enunt. fin. indicatur quod -endo cavetur:* IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 2, 63, 3 *haec dicens apostolus* commendare et -ire (-mon- *var. l.*) curavit, ne vestro dogmati opitulatus aliquid putaretur.

2 *usu vario*: **a** *pro obi. sunt quae muniendo efficiuntur vel praeparantur, ut esse possint*: CIC. Att. 5, 13, 3 illud praefulci atque ⌊-i, quaeso, ut simus⌋ annui, ne intercaletur quidem (⌊ ⌋ -tus que(s)o simus *codd. plerique*). VELL. 2, 6, 2 *Gaius Gracchus* vel vindicandae fraternae mortis gratia vel -endae regalis potentiae ... tribunatum ingressus. TERT. ieiun. 12 p. 290, 16 ad -endam per nosmet ipsos novissimorum temporum condicionem. CIL X 6892 (*aet. Diocl.?*) firmitate sua ⟨durat⟩uram itineris facili⟨tatem⟩ com(m)eantibus -ret (*sc. via?*). MAR. MERC. Conc.^{S} I 5 p. 41, 25 quae *vox* et genetricis ⟨hominis et genetricis⟩ dei -at intellectum. BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 10 p. 24, 16 *animus* viam sibi ad incorporalia intellegenda -it.

b *pro obi. sunt quae munimento firmantur, defenduntur*: *α usu communi, sc. act. vel pass.* (*-untur animantes vel partes eorum passim, res rarius, e. g. l. 22*): RVFIN. apol. Orig. 1 p. 556^{A} *diabolus decipit eos,* qui non omni custodia sua corda -unt. Ps. RVFIN. Ios. bell. Iud. 2, 7 p. 666 *Essaei* execrationibus explorant et quasi -unt accedentes (*gr. 2, 142 ἐξασφαλίζονται tantum*). PAVL. NOL. epist. 23, 26 salutis titulo -ta fronte. AVG. doctr. christ. prol. 1 *reprehensores quidam alios* movere possent, nisi -tos praeparatosque invenirent. AVG. (?) un. eccl. 11, 28 p. 263, 11 aures nostras adversus eos, quos *eqs.* LEO M. serm. 34, 1 *fides* contra omnes -iebatur errores. EVGIPP. Sev. 27, 2 instruxerunt aciem, non tam ... armis quam sancti viri orationibus -ti. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 186, 16 quae *satisfactio* ab omni ... dubitatione valeat -ire *conscientiam.* CASSIOD. in psalm. 59, 10(8) vitae nostrae ... institutum ... euangelica -it auctoritas, ut tali beneficio communiti *eqs.* PRIMAS. in apoc. p. 879^{C} his *operibus* ecclesia dicitur sicut alis aquilae... -iri (*apoc. 12, 14*). Ps. PRIMAS. in Rom. p. 470^{C} *voluit deus Israelitas* ad cavendum iniquitatem ... terrore suae potentiae -ire. ORIG. in Matth. ser. 75 p. 175, 26 *Christus passionem* praedicit ... discipulis suis -ens eos, ut ne *eqs.* GREG. M. epist. 2, 38 p. 136, 8 quemadmodum eum admonendo et terrendo -as (-mon- *var. l.*), ut *eqs.* 5, 9 res ecclesiasticae (*sc. vasa sim.*) cauta debent sollicitudine -iri. *al. β reflexive*: POMPON. dig. 1, 2, 2, 10 magistratus ..., ut scirent cives ... seque -re⟨n⟩t, edicta proponebant. RVFIN. Basil. hom. 5, 6 p. 1768^{D} eruditionibus se atque institutionibus assiduis -vit. PHYSIOGN. 11 p. 20, 1 *huius artis peritus* ex improviso nec praecaventem aut se -entem considerabit. EPIST. pontif. Arel. 14 *ut* contra eos *haereticos* spiritali se virtute -ant. GREG. TVR. Mart. 2, 45 nec se ... signo salutare *crucis* -unt. *γ mediopassive*: GELL. 14, 2, 3 quaedam praemonita et praecepta sunt, quibus ante causam -iri iudex praepararique ad incertos casus ... debeat. TERT. idol. 2 p. 32, 12 uti adversus abundantiam idololatriae -amur. AVG. util. cred. 1, 2 p. 4, 9 *qui,* antequam ... verum ... intueri queant, ⌊credendo⌋ -untur et inluminaturo praeparantur deo (⌊ ⌋ *abl. gerundii potius quam dat. gerundivi*).

c *absolute*: IREN. 3, 16, 2 providens spiritus sanctus depravatores et -ens contra fraudulentiam eorum (MAR. MERC. Conc.^{S} I 5 p. 42, 16 c. eorum *haereticorum* morbum). GREG. M. moral. 26, 87 *vitia* incerta -entes devitant *homines pii* (*antea*: ne veniant medentur).

II *intransitive fere i. q. munitioni esse sim.* (*sc. a fronte*): APVL. Plat. 1, 15 superciliorum saepes -unt oculis (oculos *var. l.; cf. Cic. nat. deor. 2, 143* munitae ... sunt palpebrae tamquam vallo pilorum).

homoeoprophoron AVG. doctr. christ. prol. 1 -tos praeparatosque (*cf. etiam supra l. 31*); *ceterum cum acumine quodam iungitur cum* praemoneo, praemonitio *l. 30. p. 727, 47.*

p. p. p. praemunītus, -a, -um *vergit in vim adi. maxime l. 10. p. 727, 60.*

deriv.: praemunitio.

praemūnītio, -ōnis *f. a* praemunire. *plur. non legitur.* [*confunditur in codd. cum* praemonitio CIC. de orat. 3, 204 AMBR. Isaac 4, 37 (*falso trad.* TERT. adv. Marc. 2, 4 p. 339, 8).]

i. q. actio vel effectus praemuniendi: **1** *technice in arte rhetorica de figura, qua quis firmando vel excusando praeparat, quod postea dicturus est, vel infirmando praeoccupat, quod adversarium dicturum esse suspicatur* (*cf.* praemunio *IB1 et v. ad rem Martin, Antike Rhetorik, 1974, 277*): CIC. de orat. 2, 304 si in homines caros ... sine ulla -e orationis acerbius ... invehare. 3, 204 -o ... est ad id, quod adgrediare. QVINT. inst. 9, 2, 2 -o (*in enumeratione figurarum*). 9, 2, 17 (*inter varias species figurae q. e. praesumptio*) est ... -o, qualis Ciceronis contra Q. Caecilium (*respicit div. in Caec. 1*). IVL. RVF. rhet. 32 *προυπεργασία* vel *προπαρασκευή*, -o, qua ante utimur, ut confirmetur id, quod subiecturi sumus. **2** *usu vario*: ITALA cant. 2, 14 (Ambr. Isaac 4, 37 in psalm. 118 serm. 6, 33) veni tu, columba mea integimento (*vel* in t.) petrae iuxta -em (*gr. ἐχόμενα τοῦ προτειχίσματος, Hier. adv. Iovin. 1, 30* iuxta promurale, *Vulg.* in caverna maceriae. *explicat* AMBR. Isaac *l. c.* haec *fides sim.* illis *animis piorum* est -o. *in psalm. l. c.* propugnacula fidei tuae gesta sunt Christi *eqs.*).

praemunītus *v.* praemunio.

praenarrātio, -ōnis *f. a* praenarrare (*nisi a* prae *et* narratio). *i. quod praenarratur* (*de praefatione carminis epici*): COMMENT. Lucan. 1, 183 hinc incipit narratio; ante enim -o fuit.

praenarro, -āvī, -āre. *a* prae *et* narrare. *i. q. antea narrare*: TER. Eun. 982 recte sane interrogasti: oportuit rem -asse me. *deriv.*: praenarratio. *Rosellini.*

praenāscor, -nātus (sum), -nāsci. *a* prae *et* nasci. -gnatus GLOSS. [*dub.*: COMM. instr. 1, 6, 13 -i C^{2} (*fortasse recte, cf. p. 729, 4 et Schwyzer, Zeitschr. vergl. Sprachf. 56, 1929, 14*), pronasci C^{1}, *edd. rec.; falsa var. l.* praegnatum *pro* pro- Ps. APVL. Ascl. 23.]

1 *usu sollemni i. q. antea nasci vel oriri* (*cf.* GLOSS. II 416, 40 *προγεννηθείς*: praegnatus): CHALC. comm. 143 iuxta Platonem -itur (-nosc- *var. l.*) providentia *ante fatum* (*antea*: praecedit). AVG. catech. rud. 3, 6 Iacob manum prius, dum nasceretur, emisit ex utero, qua ... pedem -entis fratris tenebat. serm. coll. Morin p. 351, 11 verbum in

[Wieland]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mente -itur, quo vox loquentis fiat *eqs.* HIPPOCR. progn. 21 si ... aliquid signorum ... -untur *ante dolores* (*gr. cod. unus προγίγνοιτο, plerique προσγ-*).

? 2 vi praeverbii mutata i. q. prognatus (*sc.* male, bene -tus *i. mala vel bona natura praeditus*): CHIRON 775 equus male -tus si erit. 776 equus bene -tus (pedatus *trad., quod utroque loco legendum putat O. Skutsch, Class. Rev. 51, 1937, 56 coll. Hippiatr. gr. I 324, 11 sq. μαλακόπους ... στερεόπους*). *Wieland.*

praenato, -āre. *a* prae *et* natare. **1** *trans. de fluminibus i. q. ante natando tangere, sc. praefluere* (*de vi praeverbii v. p. 645, 69 sqq.*): VERG. Aen. 6, 705 Lethaeum ..., domos placidas qui -at, amnem (SERV. -at [per- *var. l.*]: praeterfluit [*inde* GLOSS. V 556, 12]; et contrarie dictum est: nam non natant aquae, sed nos in ipsis natamus; Ennium ... secutus est [*affert ann. 596* fluctus ... natantes]). CYPR. GALL. gen. 550 celer Euphratis Syrorum -at urbes. **2** *intrans. de animantibus i. q. ante natare, sc.: ante locum vel ante quendam loco morantem*: OV. hal. 15 *si scarus* ⌊dum -at, arto⌋ (*corrupte trad.; emend. Heinsius*) ... luctantem *alium scarum* ... in vimine vidit (*inde Plin. nat. 32, 11 si* extrinsecus videat). PLIN. nat. 9, 146 *urtica* -ante pisciculo frondem suam spargit complectensque devorat. *ante quendam sequentem*: PLIN. nat. 9, 186 vada -ans demonstrat *musculus ballaenae*. STAT. silv. 3, 2, 36 *Neptunus navi adsit*; hinc ... Proteus ... *et* hinc ... Triton -et. *? in summa parte aquarum* (*vi praeverbii deflexa, cf.* praelabor *1ay*): PRVD. perist. 7, 73 (*loq. martyr fluvio mergendus*) ut ... suspendar leve -ans summo gurgite fluminis (*nisi coll. 7, 31 sqq. eum natare putes ante populum spectantem, ut locus ad l. 17 pertineat*).

praenātus *v.* praenascor. **praenāvigans** *v.* praenavigo.

praenāvigātio, -ōnis *f.* *a* praenavigare. *i. q. actio praenavigandi vel via a praenavigantibus confecta*: PLIN. nat. 4, 57 Aegina ..., cuius XVIIII *milium passuum* -o est (praeternavi- *ed. Gelenii*). 6, 199 *ab Atlantide insula tot* dierum ⌊-e⌋ *sunt* solitudines ad Aethiopas Hesperios (⌊ ⌋ *sc. secundum oram facta? var. ll.* navi-, pernavigationis). 6, 201 -e Atlantis *montis*.

praenāvigo, -āvī, -āre. *a* prae *et* navigare. GLOSS. II 395, 56 *παραπλέω*: praetervehor, -o (*sic codd.*, praetervehо, praeternavigo *ed. Stephani*). [*apud* FLOR. epit. 3, 8, 3 *edd. praeferunt lectionem cod. Bamb.* praeternavigantes (praen- *classis altera*).]

i. q. navigando praelabi (*sc. vi praeverbii locali, quae vergit in notionem q. e. praeter maxime l. 42. 46*): **1** *trans.*: VAL. MAX. 1, 8, 9 Lentulus litus -ans. SEN. dial. 5, 21, 5 *C. Caesar villam quandam diruendo praeclaram reddidit*: stantem enim -bamus (*sc. eam neglegentes*), nunc causa dirutae quaeritur. MELA 2, 45 ab eo *Pagasaeo sinu* ad Sunium tendentibus illa -anda: Maliacus ... sinus, ... Thermopylae *eqs.* PLIN. nat. 6, 146 quidam et alia duo oppida longis intervallis Tigri -ari tradunt. HYG. fab. 141, 2 astutia ... sua cum -asset *Vlixes* scopulos, ... praecipitarunt *Sirenes* se in mare (praetern- *ed. princ.; antea*: praetervectus, *ut bis loco gemino 125, 13*). *in imagine*: SEN. epist. 70, 2 -vimus (-amus *var. l.*) ... vitam, et quemadmodum in mari ... 'terrae ... recedunt' (*Verg. Aen. 3, 72*), sic in hoc cursu ... primum pueritiam abscondimus *eqs.* (*sc. vita comparatur litori sim. e nave conspecto, non mari, ut putat Blase, Woch. Klass. Phil. 1916, 309*).
2 *sine obi.*: SEN. dial. 6, 18, 7 quaedam *animalia* (*sc. ballaenae*) haurientia undas et magno -antium periculo efflantia. epist. 51, 12 ut *Baiis commorans* -antes adulteras dinumeraret et tot *cumbas*. PLIN. nat. 6, 97 (*in descriptione orae*) deinde Icthyophagi tam longo tractu, ut XX dierum spatio -verint *Onesicritus et Nearchus*. HYG. fab. 15, 2 Argonautae -antes Lemno accesserunt. 199, 2 Vlyxem -antem sociis spoliavit *Scylla*.

part. praes. praenāvigāns *pro subst. masc. v. l. 54.*

deriv.: praenavigatio. *Friis-Jensen.*

praendo *v.* prehendo.

praeneco, -āre. *a* prae *et* necare. *i. q. praeveniendo necare*: CASSIAN. inst. 11, 17, 2 animarum medici emersuras valitudines cordium spiritali conlatione velut ... antidoto -antes (*antea*: praevenire).

praenecto, -xum, -ere. *a* prae *et* nectere. *non nisi p. p. p.* praenexus, -a, -um *pro adi. i. q. ante nexus, praeligatus*: SOL. 1, 6 *diva Angerona* praesul silenti ipsius -xo obsignatoque ore simulacrum habet (*Plin. nat. 3, 65* obligato obsignatoque).

[praenego, -āre *sec. versionem aetatis recentioris perperam editum est* BOETH. elench. soph. 2, 3 *Migne 64, 1029*^{B} (*v. ed. crit.* Arist. lat. 177a19 prius negare).**]**

praenexus *v.* praenecto.

? ἱματίου σ(ε)ιρά: **praenicula** GLOSS. II 332, 17 ([perni- *ed. Stephani*]. *eadem fere* 431, 49. *cf.* I p. 42 prinicula: ornatus vestimentorum, borda [*anglosax.*]). *vocem quodam modo deformatam esse ex* *penicula, *subst. cum* peniculamentum *coniungendo, suspicatus est Svennung per litteras; vix subest* nere *notione texendi adhibitum et* prae.

*deriv.: ?*praenicularius.

? **praeniculārius,** *subst. a* praenicula *derivandum et significans eum qui praeniculas facit, coni. Schlutter in schedis ad* GLOSS. II 570, 14 (*v. supra vol. II 2049, 77*).

praenimis (praenimium, praenimiō) *adv.* *a* prae *et* nimis (nimium, nimio). *i. q. nimis* (*sc. abundanter accedente praeverbio; formas* -um, -o *vix pro adi. accipias*): GELL. 19, 10, 9 *verbum 'praeterpropter'* -s plebeium est. CHAR. gramm. p. 306, 5 B. (*ex Palaem.*) *'prae' praepositio* accipitur ... pro valde, ut cum dicimus ... -um opulentae divitiae (*item* -um: GLOSS. validum vel multum). GLOSS. -o ⌊valido vel⌋ multo (⌊ ⌋ valde *suspicatur Thomson* GLOSS.^{L} III Abstr. PRAE 27. *item* -o: GLOSS. valde multo. GLOSS.^{L} I Ansil. PRAE 590. 591 Corp. P 579).

praenīsus: ante conatus GLOSS. V 474, 65. *a* prae *et* niti (nisus). *Bk.*

praeniteo, -uī, -ēre. *a* prae *et* nitere. *de notione*: SYNON. Cic. p. 439, 13 praestat. melius est. antecellit. eminet. emicat. elucet. enitet. praefulget. -et. GLOSS. V 474, 64 -et: antestat. GLOSS.^{L} I Ansil. PR 594 -ens: valde splendens. *inde ab* HOR., VELL., SEN. *trag.*, PLIN. nat. *saepe apud* MART. CAP.

i. q. prae aliis nitere, nitendo eminere, praefulgere sim. (*sc. vi praeverbii comparativa, sed sub 2 saepe minus perspicua, ut hic illic vergat in notionem q. e. valde vel late nitere, maxime part. praes., quod inter formas praevalet [cf. l. 14; vergit in vim adi. l. 49. 61]. est verbum intrans., sed accedit acc. gr. l. 54, obi. int. l. 40*): **1** *pleno respectu eorum, quae minus nitent, nitore superantur*: **a** *structuris positis: dat.* (*structuram testatur* PRISC. gramm. III 268, 21): HOR. carm. 1, 33, 3 cur tibi iunior *rivalis* laesa -at fide (PORPH.: apud Glyceram scilicet -at. *ad nitorem formae spectare videtur ut*: SEN. Med. 94 unius *sponsae* facies -et omnibus *virginibus*). SYMM. epist. 1, 4, 1 *tua* epigrammata puto hebdomadon *Varronis* elogiis -ere (*cf.* 10, 2, 1 sermonem illum *Gratiani* -ere ... rescriptis aliis). *praepos.* inter: MART. CAP. 5, 436 inter utrumque ... columen sectatorum *Rhetoricae* -at Tullius meus.
b *structuris e contextu subaudiendis* (*certiora; cetera v. sub 2*): SYMM. epist. 1, 5, 1 licet Campaniae amoena -ant, *sc. Praenestinis*. SEDVL. op. pasch. 2, 4 *Christi* species divina videbatur gratia -ere (*sc. hominibus; affertur enim psalm. 44, 3* speciosus forma prae filiis hominum).

2 *minus manifesto vel evanescente respectu eorum, quae minus nitent* (*saepius accedit abl. instr.*, in *c. abl. l. 60*): **a** *proprie spectat potius ad nitorem oculis percipiendum: α -ent res variae*: PLIN. nat. 2, 42 *luna* maculosa eademque subito -ens. APVL. met. 2, 7, 3 russea fasceola -ente ... succinctula *mulier*. 5, 9, 5 -ent vestes. 5, 22, 2 lucernae ... lumen ... increbruit et ... novacula -bat. PRVD. cath. 7, 80 metalli ... lux argentei sudum polito -ens purgamine. PAVL. NOL. carm. 21, 826 (*ad urbem Nolam*) cerne tuam faciem, qua nunc nova -uisti (paenituisti *trad., corr. Zechmeister*). epist. 34, 2 *cur* -at *mensa eleemosynarum in ecclesia*. MART. CAP. 1, 7 -ens speculum (2, 169). 1, 15 *fluvii* lactei -ens unda. 1, 67 *peplum Iunonis*, si ... *lumine* tangeretur, inter obumbrantes nebulas sudae perspicuitatis gratia -ret. 2, 114 *diadema* maxime medialis gemmae lumine -bat. 2, 176 -ens virga *Mercurii*, cuius caput auratum. 3, 223 *ferculum* levi exterius elephanto -bat. 6, 593 Canopum ac Berenices crinem, stellas admodum -entes (*ibid.* conspicuae ac -entes. *sec. Plin. nat. 2, 178, ubi* insignes). *β -ent homines eorumve partes*: STAT. silv. 2, 7, 130 *coniugis vultus* simili notatus auro stratis *viduae* -et. APVL. met. 11, 9, 5 veste nivea ... -ens ... chorus (PRVD. perist. 2, 234 v. et ore -ent *principes* [praeminet *var. l.*]. *cf.* MART. CAP. 1, 67 lacteo quodam calymmate -bat *Iuno*). 11, 10, 1 *viri* capillum derasi funditus verticem -entes (vertice *edd. vet.*). LACT. opif. 10, 3 *oculi membrana*, nisi umore adsiduo tersa -at, obsolescit (reniteat, pure niteat *var. ll.*). FIRM. math. 1, 10, 2 cur ... alibi puro ... splendore -ant *corpora hominum* (*opp.* nigro ... colore sordescunt).

b *translate spectat potius ad nitorem, praestantiam mente percipiendam*: VELL. 2, 35, 1 virtutem M. Catonis ... multis in rebus conspicuam atque -entem. 2, 39, 2 gentes, quarum titulis forum eius *Augusti* -et. PLIN. nat. 5, 108 Caria interiorum nominum fama -et. AMBR. exc. Sat. 1, 22 *fratre absente in altero fratre* non vigor solitus -bat. in psalm. 43, 25, 3 *tempore David* adhuc fides electi populi -bat. MART. CAP. 2, 127 matronae ... simplici quadam comitate -entes. 5, 429 inter quos *sectatores Rhetoricae erant* ... duo ... -entes (*sc. Cicero et Demosthenes*). ENNOD. opusc. 6, 7 p. 404, 7 (vers.; *loq. Castitas*) nil moror adflictos ... prodere vultus, dum mihi -ant casti monumenta decoris. *Tesařová.*

praenōbilis, -e. *a* prae *et* nobilis. *compar.* -ior, *sc. fere pro* nobilior, APVL. flor., *superl. deest.* [*e coni. dub. v. sub* praenotabilis.]

i. q. valde nobilis (*cum ironia quadam* PRVD. c. Symm.): *de animantibus*: APVL. met. 8, 1, 5 erat ... iuvenis natalibus -is, quo clarus et (eo *trad.*) pecuniae fuit satis locuples (*item c. abl.*: flor. 16, 31 *Strabo Aemilianus* est ... tantus in studiis, ⟨ut⟩ -ior sit proprio ingenio quam patricio consulatu. PRVD. ham. 698 [*deus ad Adam*] vade, homo, adflatu nostri -is oris). PRVD. c. Symm. 1, 111 hic deus *Priapus* e patrio -is Hellesponto venit. 2, 644 -is ille senator *Symmachus*, orandi arte potens *eqs.* *de medicamento*: APVL. met. 10, 25, 3 illa -is potio, quam ⌊sacram⌋ doctiores nominant (⌊ ⌋ *cf.* hiera antidotos *vol. VI 3, 2782, 77 sqq.*). *Bk.*

***praenōmen,** -inis *n.* *a* prae *et* nomen. NOT. Tir. 21, 79. GLOSS. *παρώνυμον, προωνύμιον. χρηματισμός.* cognomen. *legitur inde a* RHET. Her., CIC., VARRONE, *saepius apud gramm.; in versibus*

[Maslowski]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

apud Hor. sat., Ter. Mavr., Avson. *al.* [*confunditur in codd. saepius cum* pronomen, *e. g.* Vlp. dig. 28, 2, 1 Cod. Iust. 6, 23, 4 Oros. hist. 7, 13, 5; *v. etiam p. 732, 5. falso traditur* Apvl. Socr. 15 p. 153.]

I *notione originaria de nomine proprio animantium, fere i. q. nomen antecedens* (*vi praeverbii neglecta de quolibet nomine* Schol. *et* Avg. *sub B3*): **A** *usu sollemni de primo membro nominis Romanorum tripertiti*: **1** *definitiones, explicationes sim. grammaticorum* (*rem fusius tractat* Lib. de praen.): **a** *agitur de origine* -um: Varro ling. 9, 60 in -bus *non sunt tria genera* . . ., quod haec instituta *sunt* ad usum singularia, quibus discernerentur nomina gentilicia. 9, 61 *e -bus masculis* declinarant -a mulierum antiqua, Mania, Lucia, Postuma (*cf.* Lib. de praen. 7). Fest. p. 130 Mamercus -n Oscum est ab eo, quod hi Martem Mamertem appellant. Pavl. Fest. p. 26 Aquilius -n ab aquilo colore . . . est dictum. p. 96 Gneus et corporis insigne et -n a generando dicta esse . . . apparet. p. 119. p. 148 Manius -n dictum est ab eo, quod mane quis initio natus sit *eqs.* p. 366 *e voce 'tituli'* Titi -n ortum est. Mar. Victorin. rhet. 1, 24 p. 214, 37 fuit . . . nonnulla aput maiores nostros -is ratio; nam et Quintum ideo dixerunt, quod quinto fortassis loco natus esset *eqs.* Lib. de praen. 4 Hostus -n fuit in eo, qui peregre apud hospitem natus erat *eqs. al.* **b** *agitur de notis -um*: Prob. litt. sing. gramm. IV 271, 8 *usus notarum* in -bus . . . etiamnunc manet. Qvint. inst. 1, 7, 29 in -is nota (Dosith. gramm. VII 382, 11. 385, 2. *et saepe*). Ter. Mavr. 893. 897 'Gaius' -n . . . c notatur, g sonat. Mar. Victorin. rhet. 1, 24 p. 214, 35 -n . . . interdum una, interdum duabus, interdum tribus litteris continetur (*sim.* Don. gramm. IV 373, 10. Prisc. gramm. II 57, 18. *al.*). *al.* **c** *varia*: Fest. p. 359 Talus Sabinorum nominibus -is loco videtur fuisse. Pavl. Fest. p. 224 -bus feminas esse appellatas testimonio sunt Caecilia et Taracia, *sc. Gaiae appellatae*. Qvint. inst. 7, 3, 27 propria liberi, quod nemo habet nisi liber, -n, nomen, cognomen, tribum: habet haec addictus (*cf.* Pomp. gramm. V 141, 12 -n est, quod ad dignitatem pertinet; nullus enim servus habet -n. Frg. Bob. gramm. VII 540, 14 Isid. diff. 1, 388). Lib. de praen. 3 Varro putat fuisse . . . -a circa XXX. *ibid.* quae olim -a fuerunt, nunc cognomina sunt, ut Postumus. Don. gramm. IV 373, 9 propriorum nominum secundum Latinos quattuor sunt species, -n nomen cognomen agnomen (*sim. distinguunt*: Char. gramm. p. 193, 16 B. Serv. gramm. IV 429, 2. *al.*). Dosith. gramm. VII 390, 7 -a, quae nominibus gentiliciis praeponuntur (*sim. definiunt*: Diom. gramm. I 321, 4 Prisc. gramm. II 57, 13. *al.*). Explan. in Don. gramm. IV 536, 6 -a tantum Romanis hominibus sunt (*cf.* Prisc. gramm. II 57, 17 ut nemo Romanus sit absque -e). Prisc. gramm. II 58, 8 quae in aliis personis sunt -a (pro- *var. l.*), haec in aliis loco nominis accipiuntur, ut 'Tullius Servilius' . . . 'M.' vero 'Tullius'. *al.*

2 *cetera exempla*: **a** *usu vario*: Cic. Att. 4, 15, 1 *Eutychides libertus nunc tuo* vetere -e, novo nomine T. erit Caecilius. fam. 7, 32, 1 sine -e *tuo* familiariter . . . ad me epistulam misisti. Phil. 13, 28 ut in eorum *Sasernarum* -bus errem (Ivlian. dig. 37, 11, 8, 2 cum in -e cognomine erratum est [*in testamento ut*: Vlp. dig. 28, 1, 21, 1. *al.*]. Pompon. dig. 5, 1, 80). Lex Iul. munic. (CIL I² 593) 146 *civium* nomina, -a, patres aut patronos, tribus, cognomina *censor* . . . accipito (*in simili serie* Lex Irnit. [Journ. Rom. Stud. 76, 1986, 153 sqq.] 9 C 20). Hor. sat. 2, 5, 32 gaudent -e molles auriculae. Fest. p. 257 Quintipor servile nomen . . . erat, a -e domini ductum. Pavl. Fest. p. 366. Sen. benef. 4, 8, 3 sive -n eius *creditoris* sive nomen dixisses sive cognomen, idem tamen ille esset. Ascon. Scaur. p. 27, 19. Qvint. inst. 3, 7, 20 *Marci Manlii* -n e familia in posterum exemptum est (*de simili damnatione memoriae cf.* Gell. 9, 2, 11). Tac. ann. 3, 17, 4 *ut Piso* -n mutaret (*item mutatur*: Svet. Galba 4, 1. *cf.* Cod. Iust. 9, 25, 1 [*a. 293*] initio nominis, cognominis, -is . . . impositio privatim libera est . . .; mutare itaque . . . -n [pro- *var. l.*] . . . minime prohiberis). Svet. Nero 1, 2 ne -a quidem ulla praeterquam Gnaei et Luci usurparunt *Ahenobarbi*. Vit. 2, 2 filios . . . cognomines ac tantum -bus distinctos. Vlp. dig. 28, 2, 1 nomen et -n (pro- *var. l.*) et cognomen eius, *qui nominatim exheredatur*, dicendum est an sufficit vel unum ex his? *al.* *explicatur nomen piscis*: Avson. Mos. 120 Latio risus -e . . . lucius. **b** *vox -n ponitur iuxta singula praenomina*: Rhet. Her. 3, 18, 31 cui -n sit Decumo (*sim.* Liv. 30, 18, 15 cui Marco -n erat). Fest. p. 170 Numerius -n numquam ante fuisse in patricia familia dicitur (*item ponitur eodem casu*: Lib. de praen. 4 Ancum -n . . . e Sabinis translatum putat. 6 Appius ab Atto . . . -e. *cf. etiam l. 13. 14. 15. 23*). 171 ut . . . -e avi materni Numerius appellaretur (*cf.* Avg. *sub B3 et abl. sine verbo*: Svet. Claud. 1, 1 Drusum, olim Decimum mox Neronem -e. CE 428, 5 [*aet. Hadr.*] in his iaceo . . . sedibus . . . -e Gaius olim). Svet. Tib. 1, 2 *gens Claudia* Luci -n consensu repudiavit (*item gen.*: Cal. 60 quibus Gai -n fuerit. Nero 1, 2. Avson. 263, 1 p. 187 P. -n Tiberi nanctus Nero. *cf. l. 16. 61. 82. p. 732, 13*). Insor. Année Epigr. 1966 n. 372 (*e Dacia*) -n Aurel(ius) nomenque Claudiu⟨s⟩ habebat (*de nominativo cf. l. 11*).

B *transfertur*: **1** *ad titulum honorificum fere pro nomine usurpatum*: **a** *principis, sc. ad vocem q. e.* imperator (*qua Caesar potius pro titulo, Augustus tamen pro -e sollemni usus est, cf. vol. VII 1, 556, 33 sqq. 558, 47 sqq. nec non comm. ad Suet. Tib. 26, 2, sc. Rietra 1928, Vogt 1975*): Svet. Iul. 76, 1 *recepit* -n Imperatoris, cognomen Patris patriae (Tib. 26, 2 recusavit. Claud. 12, 1 -e I. abstinuit). **b** *Christi*: Hil. trin. 9, 33 omnem -um et cognominum suorum vel naturalium vel adsumptorum consuetudinem praetermisit *Christus* (*antea*: 'filium hominis' *al.*).

2 *temporibus recentioribus ad nomen sollemne gentis vel familiae* (*cf. Veyne, Rev. Phil. 38, 1964, 253 sqq.; vulgo huc trahuntur loci quidam Hist. Augustae, ubi traditur* pronomen *quosque sub illa voce tractabimus; non huc pertinet* Ven. Fort. carm. 4, 5, 9 [-e *Migne 88, 157*, spe nomine *codd. et Leo*]): Amm. 28, 4, 7 -um claritudine conspicui quidam *Romanorum*, ut putant, . . . semet extollunt, cum Reburri et Flavonii . . . appellentur . . . aliisque ita decens sonantibus originum insignibus. Epigr. Bob. 8, 9 -n *Iunius* (*vel Iulius*) ductum ex atavis. Oros. hist. 7, 13, 5 *Hadrianus Hierusalem* Aeliam vocari de -e (pro- *var. l.*) suo praecepit. CE 567, 3 matris de nomine . . . Plotia, patris -e Aemilia. 845, 2 -n Marciae pestis . . . negavit *ancillae ante manumissionem mortuae*.

3 *ad varia nomina peregrinorum*: Diom. gramm. I 321, 23 Achilles -n est, nomen Aeacides, cognomen . . . podoces (*nomina Graeca ad morem Romanum revocat, cf. ibid.* l. 14 Alexander proonymos est *Paridis*, quod nos -n dicimus). Schol. Stat. Theb. 3, 441 'Perseius heros': mos poetae huius est . . . personas nondum cognitis -bus invocare, ut nunc Adrastum significat. Avg. c. adv. leg. 2, 12, 42 Manichei *cuiusdam*, qui -e Addas dictus est.

II *peculiariter vel abusive:* ? **A** *de quolibet subst., quod aliud subst. antecedit*: Varro ling. 9, 54 *genetivo* praeponuntur -a (nomina *man. pr. cod. et Kent, fort. recte*) plura, ut hic casus Terentii, hunc casum Terentii *eqs.* **B** *de appellatione magistratus* (*in versione parum apta*): Novell. Iust. 13 praef. (*de praefectis noctium*) appellationem istam . . . obscuram et noctis -n (*gr. προσηγορίαν . . σκοτεινὴν καὶ τῆς νυκτὸς ἐπώνυμον*).

deriv.: 1. praenomino; *cf.* praenominativus

praenōminātīvus, -a, -um. *a* 1. praenominare (*cf.* praenomen). *i. q. praenomen indicans*: Explan. in Don. gramm. IV 535, 35 *nomina* aut praenomina sunt, quae nomini praeponuntur et -a dicuntur, ut Lucius Quintus; aut nomina gentis *eqs.* (*distinguuntur* cognominativa, agnominativa. *sim.* Consent. gramm. V 339, 13).

1. praenōmino, -ātum, -āre. *a* praenomen. *i. q. praenomine afficere, ornare*: Varro frg. Non. p. 352, 32 qui . . . celeriter erant nati fere Numerios -bant (praemoniebant, -muniebant *codd.*). Lib. de praen. 4 (*e Varrone ?*) Tullus -tus est ominis gratia quasi tollendus.

deriv.: praenominativus.

2. praenōmino, -ātum, -āre. *a* prae *et* nominare. [-tus: *cf. hisp.* pornombrado; *v. Corominas² IV 235. St.*]

i. q. antea nominare: **1** *formae finitae*: Tert. adv. Marc. 5, 15 p. 629, 8 qui salutem carnis abnuitis et si quando corpus . . . -atur, aliud . . . interpretamini (*fortasse de scripturae textu explicationi proposito, nisi spectat ad ordinem verborum in I Thess. 5, 23, ubi apud Tert. aliosque vox* corpus *antecedit. cum* 1. praenominare *iungere temptat Oehler*). Rvstic. c. aceph. p. 1236ᴬ nonnumquam -atur caro et postea deitas (*antea*: divinitas . . . post carnem nominatur; *postea*: prius nominans). **2** *p. p. p.* -tus *pro adi. fere i. q. praedictus, praefatus*: Greg. M. epist. 4, 22 clericos . . . -tae civitatis (*syn.* praedicto). 9, 197 ex testamento -tae Syricae (supranominatae, praemonitae *var. ll.; syn.* suprascripta, memorata). 14, 13 in -ta . . . ecclesia (Pap. Tjäder 16, 37 [*scribitur* -num- *ut* l. 58]. 69. 80. 90 [*ibid. l. 20* supranominatae]). 14, 14 suprascriptam massam . . . cum -tis omnibus fundis. *Maslowski.*

praenōscentia, -ae *f.* *a* praenoscere, *sed notio sub 1 illustrata potius a* prae *et* noscentia *derivanda esse videtur.* **1** *in sermone philosophico i. q. cognitio, quae ante cognitionem est* (*v. Hadot, Christl. Platonismus, 1967, 380 adn. 192; cf.* praecognoscentia): Mar. Victorin. adv. Arium 1, 33 p. 1066ᴬ si . . . aliud *est* deo esse, aliud deum esse, praeexistentiale est deo esse . . .; et dicunt istud -a concipi, quae ipsa per semet nihil est, sed conceptione, quod praeexsistit, suscipitur. **2** *in sermone medicorum i. q. actio praenoscendi, prognosis* (*cf. p. 733, 18 sqq.*): Vindic. med. 40 -am, quam prognosin dicimus (*inter partes quattuor medicinae*).

***praenōsco,** -nōvī, -nōtum, -ere. *a* prae *et* noscere. *de formis: stirpis perf. non inveniuntur nisi* -nosti Ivl. Val. 1, 4 p. 7, 27, -novit Ps. Avg. praed. dei 5, 7, -novimus Ov. met. 12, 86, -noverat Greg. M. in I reg. 5, 102, -nosse Stat. Theb. 1, 706. *al.* Ivl. Val. 1, 8 p. 16, 11. *p. p. p. non nisi* Hier. in Is. 16, 13 p. 173ᶜ (*ratione contraria* praecognoscere, *v. p. 501, 9 sqq. et nota p. 734, 15*). *legitur in versu dactyl. inde a* Cic. Arat., Ov., Lvcano; *in prosa apud* Cic. div. *quater, singulis locis apud* Sen. *phil.*, Colvm., Plin. nat. *al.*, *saepius inde a* Ivl. Val. [*confunditur in codd. cum* pernoscere Stat. Theb. 3, 490. *restituitur pro* pronoscere Avien. Arat. 864.]

i. q. antea noscere, praescire (*formis perf. act. [v. l. 67] de statu praesenti praeter* Ps. Avg.; *vi praeverbii temporali evanescente p. 733, 50. 734, 49 et sub IIB, aliter p. 734, 26. plus minus abundanter accedunt* ante Veg. mil. 4, 38 p. 154, 10 Rvfin. Orig. in Rom. 7, 8 p. 1124ᶜ, prius Avg. gen. ad litt. 4, 32 p. 131, 12 [*cf.* priusquam *ibid.* l. 16]). *fere pro syn. iuxta ponuntur e. g.* praevidere Rvfin. Orig. in num. 10, 2 p. 72, 18. *al.* (*cf.* prov- Rvfin. hist. 1, 3, 3), praescire Avg. in euang. Ioh. 66, 1 Ps. Avg. praed. dei 5, 7 Favst. Rei. grat. 2, 3 p. 63, 11. *al.*, praecognoscere Favst. Rei. grat. 2, 3 p. 63, 26; *opponuntur vel di-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

stinguuntur e. g. noscere RVFIN. Orig. in Rom. 7, 8 p. 1125[B] VINCENT. LER. 10, 4. *al.*, cognoscere AVG. gen. ad litt. 4, 35 p. 136, 8. *al.*

I *cum respectu futuri sim:* **A** *usu communi pro obi. sunt res rariusque personae, quae cognoscuntur antequam ipsae exsistunt, eveniunt* (*antequam adsunt, sensibus corporeis percipi possunt sim. e. g. l. 12. 26. 44. 70. et al.; antequam ad effectum perveniunt l. 48. 53, fortasse l. 29; absolute ursupatur l. 24. 75. p. 734, 11 sqq.*): **1** *-unt homines vel res ad eos pertinentes* (*-unt gramina per prosopopoeiam l. 50; sententiam generalem v. p. 734, 15*): **a** *ratione, consilio, sagacitate sim., vel modo incerto* (*pro obi. sunt fere quae facultatibus mere humanis cognoscuntur*): *α in prognosticis et medicina* (*cf. p. 734, 37 sq.*): CIC. Arat. 75 hoc signum (*i. sidus*) veniens poterunt -ere nautae. COLVM. 1 praef. 23 *non* omnibus annis eodem vultu venit aestas aut hiems . . .; quae -ere *difficile est.* AVIEN. Arat. 864 hoc . . . notum -ere (pro- *trad.*) signo nox docuit. 1384 motus . . . aerios. 1721 instantes -ere . . . imbres (*cf. gr. 987 περισκοπέων ὑετοῖο*). 1755 hibernae -ere dura procellae (*cf. gr. 1018 ἐπὶ χεῖμα δόκευε*). MACR. Sat. 1, 20, 5 medicus vel commoda vel incommoda in corpore futura -it. Ps. HIPPOCR. epist. 1 ut . . . quibus -rentur indiciis *morbi* . . . ostenderem (*Paul. Aeg. 1, 100, 1 τίνων προγενομένων σημείων*). 7 haec sunt de -endis praeveniendisque morborum causis. CAEL. AVR. chron. 1, 4, 67 *epileptici* -entes futura (*i. morbi accessionem*) motibus solitis admoniti. 1, 4, 70 accessionem futuram. gyn. 2, 59 quae *corruptio uteri* -itur, cum mammarum marcor accesserit. SIDON. epist. 5, 2, 1 dialectica disputat et astrologia -it. *β in quibuslibet condicionibus:* OV. met. 12, 86 (*Cygnus ad Achillem*) te fama -vimus. SEN. dial. 3, 1, 7 nec ignoro .*.*. audaciam dare sui signa et posse -i. PLIN. nat. 18, 206 facta . . ., quae futura -i non possint. SIL. 8, 302 multo . . . didici casus -ere Marte. STAT. silv. 5, 1, 99 *libertum ab epistulis oportet* mille . . . -nosse vices, an merserit agros Nilus *eqs.* (*sc. antequam earum effectus sentiri possint?*). NEMES. cyn. 139 pondere . . . catuli poteris perpendere vires corporibusque leves gravibus -ere cursu (*cf. Gratt. 298* manibus vires . . . futuras perpensare). IVL. VAL. 1, 8 p. 16, 11 (*pater Alexandri procul a patria sepultus est*) fuit . . . inde -nosse, quid huic genito ad vitae clausulam deberetur. SERV. auct. Aen. 8, 654 sacrificiorum . . . dies. CLAVD. DON. Aen. 11, 330 p. 462, 29 *rami pacis* praenuntii monstrantur, ut adhuc tacente legatione quid velit . . . -i possit. VEG. mil. 1, 1 profuit . . ., quaecumque evenire in . . . proeliis possunt, omnia in campestri meditatione -ere. HIER. in Eph. 4, 13 apostolus homo erat . . ., qui ad primos quosque disputantium conatus sagaci mente, quae erant inferenda, -ret. PRVD. apoth. 854 *anima* certum sapere et -ere iussa. AVG. c. Cresc. 1, 8, 10 p. 333, 11 futuram fidem perfidiamve hominum -ere non valemus (*cf. ibid. l. 7 Christus* noverat, quia praescius erat *eqs.*). CYPR. GALL. gen. 1152 quem *Ioseph* procul ut varia licuit -ere veste (*cf. Itala gen. 37, 18* [*Ambr. Ioseph 3, 11*] praeviderunt illum). CLAVD. MAM. anim. 2, 9 p. 137, 15 -i . . . licet, tacerene (*v. vol. VI 3, 2454, 75*; tacere ne *edd.*) habeam facta, quorum nomina non tacebo. CASSIOD. Ios. antiq. 5, 249 *cum rupem* murare niterentur, voluntatem eorum Abimelech -ens super eos cum exercitu venit (*gr. ἔφθη . . . μαθών*). *al. per prosopopoeiam:* ENNOD. carm. 2, 111, 13 *in horto regis* gramina cultorem -unt, muta locuntur; quod tetigit princeps, ver habet in glacie.

b *divinatione, inspiratione divina, portentis observandis sim.:* CIC. div. 2, 130 (*sec. Chrysippum*) officium . . . esse eius *divinationis* -ere, dei erga homines mente qua sint quidque significent *eqs.* LVCAN. 6, 423 stimulante metu fati -ere cursus, *Sex. Pompeius veneficam consuluit.* 6, 615 (*loq. venefica*) si -ere casus contentus *es.* VAL. FL. 1, 732 siquid ab excitis melius -ret umbris *Alcimede.* SIL. 3, 7 rerum -ere fata (ANTH. 406, 1). STAT. Theb. 3, 490 nos . . . venturum . . . sinas, *Iuppiter,* caelo -nosse laborem. FRONTIN. strat. 1, 11, 13 ab ea *cerva alba Sertorius* se, quae agenda aut vitanda essent, -ere asseverabat. SVET. Nero 56 volebat . . . credi monitione eius *imagunculae* futura -ere (FIRM. math. 3, 10, 3 deorum monitu. CHALC. comm. 250. AMM. 21, 1, 7 -endi f. pravas artes. *al.; cf.* GELL. 14, 1, 6 si homines quoque, *sicut dei,* res omnis post futuras -rent. *sim.* GREG. M. moral. 24, 19 p. 297[A] omnia ventura). ITALA gen. 15, 13 (Quodv. prom. 1, 12, 18) dictum . . . est ad eum *Abram:* sciens -e, quod peregrinum erit semen tuum (*gr. γινώσκων γνώσῃ,* VVLG. scito -ens. *inde* CYPR. GALL. gen. 538 venturae -it semina gentis. MAR. VICTOR aleth. 3, 532). IVL. VAL. 1, 4 p. 7, 27 (*explanatur somnium Philippi*) *pudendorum uxoris tuae* consignatio . . . fides est . . ., ex quo -nosti, quod illa conceperit. ARNOB. nat. 1, 43 imminentia. AMM. 23, 5, 14 si exinde (*sc. a fulmine*) -itur aliquid, incrementa claritudinis imperatori portendi. 29, 2, 5 altiora. RVFIN. Clement. 2, 13, 7 *anima* cum excedit a corpore, statim -it futurum esse iudicium (*antea:* praescientiam habet. *-it anima morientis* GREG. M. dial. 4, 28, 1). 2, 51, 5 est . . . sextus sensus, id est -endi (*postea: sensus* praescientiae . . ., quem habuerunt prophetae). AVG. perf. iust. 19, 42 iusti antiqui . . . gratia eius *Christi* adiuti, ut gaudentes eum -rent et quidam etiam praenuntiarent esse venturum. VINCENT. LER. 10, 4 quae humana sunt, nosse, . . . quae supra hominem sunt, -ere. *al.*

2 *-unt dei vel natura* (*nec non deorum qualitates; angeli p. 734, 26 sqq.*): **a** *apud paganos* (*cf.* GELL. *sub 1b*): CIC. div. 1, 82 (*sec. Stoicos*) neque non possunt *di* futura -ere (= 2, 102. 2, 106). STAT. Theb. 1, 706 (*invocatur Apollo*) tu doctus iniquas Parcarum -nosse manus . . . et summo placitura Iovi, quis letifer annus *eqs.* silv. 1, 2, 178 cuius *imperatoris* -ere mentem fas mihi *Veneri.* AMM. 21, 10, 3 tamquam natura in dicionem Romanam redigendas nationes circumsitas -ente.

b *apud Christianos* (*pro obi. sunt res passim, homines non nisi l. 16* [*aliter* praecognosco, *v. p. 501, 45 sqq.*]): HIER. in Is. 16, 13 p. 173[C] non quod praescientia dei causam vastitatis attulerit, sed quod vastitas futura dei maiestati -nota sit. RVFIN. Orig. in num. 9, 3 p. 58, 17 salvator noster, qui cuncta -it (*cf.* 10, 2 p. 72, 18 qui omnia praevidet et -it. BOETH. cons. 5, 3, 3 W. universa [*postea:* prospicit, praeviderit]). Orig. in Rom. 7, 8 p. 1124[C] *quidam* praescientiam dei in hoc tantum accipiunt, quasi qui ea, quae . . . futura sunt, ante -at. p. 1125[A] *sermonem* de -endo vel de praedestinando (*sc. Rom. 8, 29* quos praescivit, hos et praedestinavit. *item absolute:* p. 1125[B] quomodo noscat vel -at deus. AVG. in euang. Ioh. 66, 1 iste *Petrus* promittebat, ille *Christus* -bat [*syn.* praesciebat]. FAVST. REI. grat. 2, 3 p. 63, 26 [*in sententia generali*] non ad -entis sed ad praecogniti pertinebit reatum omne delictum. *al.*). AVG. anim. 1, 7, 7 praescientia . . . dei eos, quos sanaturus est, peccatores -it, non facit (*cf.* catech. rud. 18, 7 quamvis eum peccaturum -ret). praed. sanct. 12, 24 quasi futurum peccatum *a deo* -i possit nec possit ignosci. FAVST. REI. grat. 2, 2 p. 62, 6 tu, *homo,* me . . ., ut de te malum -rem, compulisti (*loq. divina providentia, cf.* BOETH. cons. 5, 6, 37 W. quae illa *providentia* -it. *v. etiam l. 24*). 2, 3 p. 63, 11 aliud est praescire, aliud praedestinare: praescientia . . . gerenda -it, . . . praedestinatio retribuenda describit; illa praevidet merita *eqs.* BOETH. cons. 5, 3, 5 W. si . . . *humanas* voluntates . . . -it (*sc. deus vel providentia*), nulla erit arbitrii libertas (*postea:* praesenserit). *al. ratione temporis quodammodo sublata dicuntur angeli sim. ex verbo dei -ere id quod creatur* (*in explicatione gen. 1, 3 sqq.*): AVG. gen. ad litt. 4, 32 p. 131, 12 (*130, 26* etiamsi nulla hic morarum temporalium sint intervalla) *erat* aliud -endum, quod fuerat verbo dei faciendum, prius in cognitione mentis angelicae, deinde in natura ipsius firmamenti. p. 131, 16 in cognitione spiritalis creaturae hoc, priusquam in eo ipso fieret, -entis. 4, 35 p. 136, 8.

B *usu deflexo pro obi. sunt ipsa signa, ex quibus futura cognoscuntur:* VAL. FL. 1, 231 *Idmoni Apollo* genitor tribuit monitu -ere divum omina (SIL. 16, 124 deum . . . o.). CYPR. ad Donat. 4 p. 6, 19 hic (*sc. in hoc saeculo*) adhuc positi futurorum indicia -imus. AVIEN. Arat. 1732 venturae -ere signa procellae ([*verbo gr. 994 σκέπτεο respondent* -ere . . . convenit ac . . . inspice]. VEG. mil. 4, 38 p. 154, 10 turbinum s. debet ante -ere.).

II *cum respectu ordinis; pro obi. sunt quae ante alia cognoscuntur, cogitantur:* **A** *pertinet ad ordinem temporalem; -untur quae cognoscuntur:* **1** *antequam alia eveniunt* (*actio, quae secutura erat, reprimitur apud* Ps. AVG.): OV. fast. 3, 159 *Caesar* promissum . . . sibi voluit -ere caelum, nec deus ignotas hospes inire domos. STAT. silv. 5, 2, 41 iter -nosse timendum (*sc. antequam exercitus sequatur*). RVFIN. Clement. 2, 3, 3 scire . . . velim, quibus sit moribus *Simo* . . .; refert enim ista -ere (*sc. antequam cum eo disputo*). AVG. trin. 10, 1, 2 l. 75 *ut studiosi* usu amplectantur, quod ratione -unt. Ps. AVG. serm. 195, 4 (*loq. Ioseph*) *Mariam non tetigi,* quia et David filiam esse et regali me functum sacerdotio -bam. GREG. M. in I reg. 4, 70. **2** *antequam alia cognoscuntur, cogitantur, considerantur sim.:* CHALC. comm. 353 potentias eius *materiae* necesse est . . . -i mentibus. AVG. in psalm. 93, 5 l. 5 *apostolus* admonuit nos et istum psalmum intellegere et -ere titulum ipsius. CAEL. AVR. acut. 1, 8, 56 siquidem -entes animae regalia in capite constituta exinde mentis alienationem fieri acceperimus. BOETH. in Porph. comm. sec. 1, 9 p. 157, 17 quae . . . priora sunt, ea et -untur et notiora sunt sequentibus naturaliter. PRISC. gramm. III 122, 21 si -itur, quis sit . . ., tunc supra dictis *interrogationibus de accidentibus* utendum est. PRIMAS. in apoc. 2, 7, 102 (*contextu parum dilucido*).

B *pertinet ad ordinem logicum; -untur quae cognoscuntur antea esse, prius ponenda esse quam alia:* CHALC. comm. 123 hoc *punctum, cui terra comparatur,* . . . antiquius esse omni magnitudine . . . naturali quadam mentis conceptione -itur. 226 constat . . . *essentiam* esse antiquissimam *categoriam* -ique generibus ceteris (*abl. compar., nisi dat. ut Waszink in indice ed. p. 419*). MAR. VICTORIN. Boeth. in Porph. comm. pr. 2, 29 p. 128, 23 species -untur (nosc- *var. l.*) ⌊quam accidentia⌋ (*om. cod. nonnulli; fortasse non versioni tribuenda sed Boethii explicationi:* -untur, id est praeintelleguntur, hoc est ante esse cognoscuntur q. a.; *gr. p. 21, 12 προεπινοεῖται τῶν συμβεβηκότων. cf. Boeth. Porph. isag. p. 50, 13* ante subintellegi quam accidentia).

syntactica quaedam: **1** *pro obi. accedit structura verbalis:* **a** *enunt. secund.:* *α interrog.:* CIC. div. 2, 130 dei . . . mente qua sint *eqs.* (*item cum pron.* STAT. Theb. 1, 706 FRONTIN. strat. 1, 11, 13. *al.*). STAT. silv. 5, 1, 99 -nosse vices, an merserit agros Nilus *eqs.* CLAVD. MAM. anim. 2, 9 p. 137, 15 -i . . ., tacerene habeam facta (*v. p. 733, 46*). GREG. M. in I reg. 4, 70. *β* quod, quia (*in struct. pass. personali* PROSP.): ITALA gen. 15, 13 (Quodv. prom. 1, 12, 18) quod ([*v. p. 733, 66*]. IVL. VAL. 1, 4 p. 7, 27 RVFIN. hist. 1, 3, 3. PROSP. epist. 1, 6 quia *plurimi,* q. nec renovari velle habeant, -antur). ALC. AVIT. c. Eutych. 1 p. 20, 29 'discite . . ., quia' (*Matth. 11, 29*), . . . -ite, quia. **b** *acc. (nom.) cum inf.* (*nisi quaedam pro acc. dupl. accipias, ut* AVG. anim. 1, 7, 7 eos . . . peccatores): CHALC. comm. 123 hoc *punctum* . . . antiquius esse . . . -itur. AMM. 21, 10, 3 redigendas nationes. RVFIN. Clement. 2, 13, 7 AVG. epist. 102, 14. *et saepe.*

[Baumgartner]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2 *indicatur a quo vel quo indicio sim. quid -atur* (*cf. ipsa signa pro obi. sub IB*): **a** *abl.*: Ov. met. 12, 86 te fama -vimus. Val. Fl. 1, 231 monitu (Firm. math. 3, 10, 3. *cf.* Svet. Nero 56 monitione). Stat. Theb. 3, 490 caelo. *al.* **b** *praepos.*: Val. Fl. 1, 732 ab excitis ... umbris (Frontin. strat. 1, 11, 13). Anth. 406, 1 per humanas fibras (Ennod. epist. 8, 17, 1 p. 212, 1. *al.*). Ivl. Val. 1, 4 p. 7, 27 ex quo *facto* (Greg. M. moral. 1, 4). **c** *adv.*: Ivl. Val. 1, 8 p. 16, 11 inde (*sim. al.*). 2, 1 p. 67, 3 divinitus.

3 *accedit abl. compar. p. 734, 56. 64* (*conferasne* quam *p. 734, 66?*). *in lusu verborum cum* ignoscere *p. 734, 19.*

deriv.: praenoscentia, praenotio.

[praenōsticātio *subst. apud* Alex. Trall. 1, 72 *editum vix ipsi antiquitati tribuendum est, cum voces* praenostico, pro(g)nostico, pro(g)nosticatio *propriae sint medii aevi; gr. I 559 P. non exstat subst. quod respondeat,* prognosticum *exhibet cod. Monac. lat. 344 quem inspeximus.*] *Baumgartner.*

? **praenotābilis,** -e. *a* prae *et* notabilis, *si recte conicitur. i. q. valde vel maxime notandum*: Symm. epist. 2, 16 *Promoto* iamdiu -i familiaritate sociatur *Nicasius* (*Seeck*; praenotalis, -natalis *sim. trad.*; praenobili *Callu, alii alia*).

praenotātio, -ōnis *f.* *a* praenotare. *i. quod ante notatur, scribitur* (*de actione praenotandi fort.* Greg. M.): Avg. perf. iust. 1, 1 quae -o *chartulae,* credo, quod non illius *Caelestii* sed eorum sit, qui hoc attulerunt. Prosp. c. coll. 2, 1 in libro cuius -o est 'de protectione dei' (*sim. forma*: Isid. vir. ill. 19). in psalm. 119 instr. -o tituli ... indicat *eqs.* (Ivst. Vrgell. prol. Migne suppl. 4, 236). Ennod. opusc. 2, 7 p. 289, 14 cum in -e ipsa significantia operis innotescat immundi. Verec. in cant. 3, 1 D. nullis -ibus *titulare.* Facvnd. defens. 5, 3, 15 dierum -o *in gestis synodi.* Greg. M. dial. 1 praef. 7 *quae in dialogo* dicta sunt, sola nominum -e distinguo. *Newman.*

praenōtio, -ōnis *f.* *a* praenosco, *nisi sub 1 intellegere malis compos. a* prae *et* notio.

1 *in versione t. t. phil. Epicureae προλήψις de notione omnium hominum communi, quae facta est ante singulas cognitiones* (*paulo aliter ac Epicurus fere de notionibus innatis cogitavisse videtur* Cic.; *ad rem v. Überweg-Prächter, Grundriß der Gesch. der Phil., 1¹², 1926, 448 et Philippson, Hermes 51, 1916, 576*): Cic. nat. deor. 1, 44 hanc nos habere sive anticipationem ... sive -em deorum — sunt enim rebus novis nova ponenda nomina, ut Epicurus ipse prolepsin appellavit, quam antea nemo eo verbo nominavit — hanc igitur habemus, ut deos ... immortales putemus (*antea*: insitas eorum *deorum* vel potius innatas cognitiones. *cf. etiam* anteceptam animo rei quandam informationem). **2** *i. q. praescientia* (*sc. futurorum*): Boeth. cons. 5, 4, 6 W. -o nullam futuris rebus adicit necessitatem (*loco gemino 5, 3, 9* praescientia). 5, 4, 21 earum rerum, quae necessarios exitus non habent, ... -o (*20* praescientia). 5, 5, 12 *apud deum* quonam modo ..., quae certos exitus non habent, certa ... videat ... -o neque id sit opinio, sed summae ... scientiae ... simplicitas. 5, 6, 21 divina -o. *Bk.*

ˣpraenoto, -āvī, -ātum, -āre. *a* prae *et* notare. *legitur inde ab* Apvl., Tert.; *in versibus apud* Prvd. (*2*) *et* Pavl. Nol. (*1*).

i. q. (ante) notare. dicuntur -ari sive ipsae notae sim. (v. IA1b, 2b, 3b et p. 736, 68. 737, 8. 15; struct. plena aliquid alicui p. 736, 28. 43. al.), sive id quod nota distinguitur vel significatur (structura plena aliquid aliqua re l. 72 [reflex. l. 82] et saepe, iuxta acc. relationis p. 736, 84; pro abl. ponuntur in *c. abl. p. 736, 59,* sub *c. abl. l. 74, verba tituli l. 83 sqq.). ceterum accedunt subst. vel adi. praedicative posita p. 734, 64. 737, 20, partic. (ut etiam de supplendo inf. cogitare possis) p. 736, 57. 68; pro obi. ponitur or. recta p. 736, 17 (cf. p. 736, 27), enunt. secund. p. 736, 33. 78, fort. etiam p. 736, 82, acc. c. inf. p. 736, 22. 737, 14.*

I *magis minusve vigente vi praeverbii*: **A** *locali* (*cf. B2a*): **1** *usu vario* (*huc pertinere videtur locus structurae parum perspicuae* Ivst. Vrgell. in cant. 21): **a** *-atur id, cui quid anteponitur, quod nota afficitur*: Apvl. met. 10, 9, 3 in hoc ipso sacculo conditos eos *aureos* anulo tuo -a, donec altera die ... comprobentur. Pavl. Nol. epist. 32, 12 omne cubiculum *basilicae* binis per liminum frontes versibus -atur. **b** *-atur id, quod anteponitur*: Avg. in psalm. 53, 1 hoc ... in ipso poste -tum est (*antea*: quod in domus fronte praefixum est). Mart. Cap. 2, 178 ibis -tum gerit nomen mensis cuiusdam Memphitici.

2 *spectat ad titulum, initium libri totius vel capitum eius*: **a** *-atur id, cui quid anteponitur*: *α vario usu*: Hil. psalm. instr. 8 *psalmi* illic, *sc. apud Hebraeos, non* primus aut secundus ... -antur. 17 qui *psalmi* auctorum suorum nominibus aut causarum vel temporum significationibus -antur (Hier. epist. 133, 3, 8 Avg. civ. 17, 14 p. 236, 12 D. epist. 187, 1. *al.; cf.* Hier. in psalm. 80 p. 62, 20 sub Asaph nomine [Avell. p. 286, 24]. Clavd. Mam. anim. 1, 2 p. 25, 24 Pauli multorumque sanctorum vocabulis -ta *scripta*). Hier. epist. 107, 12, 3 *apocrypha* non eorum esse, quorum titulis -antur (in Matth. 21, 33 l. 1556. *et saepe.* Avg. cons. euang. 1, 10, 15 epistulari t. *al.*). Avg. epist. 51, 1 sic epistolam -vi (perf. iust. 1, 1 Cassiod. in psalm. 16 praef. p. 115ᴰ. *al.; cf.* Avg. nupt. et concup. 2, 4, 11 ita [in psalm. 87, 1 l. 19. *al.*]). in psalm. 105, 1 l. 37 eodem numero -atur. *al.* *in imag.*: Hier. tract. in psalm. II p. 12, 16 nullus est ..., qui hoc se audeat titulo -are. *β afferuntur ipsa verba tituli: oratione recta*: Hil. psalm. instr. 22 cum 'illius David' vel 'illi David' ... in titulo ... -antur (*sc. psalmi, nisi ad l. 17*). Hier. in Gal. 1, 11 p. 323ᴮ Ciceronis libros, qui 'de quaestionibus philosophiae' -antur. praef. Vulg. reg. p. 5, 11 *liber,* qui deuteronomium -atur. Avg. civ. 8, 14 p. 342, 22 D. ut 'de deo Socratis' -ret librum *Apuleius.* Clavd. Mam. anim. 2, 7 p. 120, 14 voluminum, quae *περὶ ῥυθμῶν* ... -at *Philolaus. et al., imprimis apud* Hier. *et* Avg. *variis structuris*: Hier. praef. Vulg. Salom. p. 4, 11 *librum* parabolas -tum (*cf.* vir. ill. 23 quem -vit *Ψάλτην* [*Euseb. hist. 4, 18, 5 ἐπιγεγραμμένον Ψάλτης*]). tract. in psalm. I p. 106, 4 psalmi, qui oratione -antur. Cassian. inst. 2, 11, 3 *psalmus* in titulo suo alleluiae inscriptione -atur. Greg. M. moral. 9, 64 psalmi quidam ... ad respondendum scripti -antur. *γ dicitur -ari liber sim., cuius partibus tituli praefiguntur*: Cassiod. in psalm. 67 praef. p. 461ᴰ longus psalmus ... quinque diapsalmatibus -tus. Isid. vir. ill. 41 *Leander* edidit unum ... libellum titulorum distinctionibus -tum.

b *-atur id, quod anteponitur*: *α pro obi. sunt ipsa verba tituli*: Hil. in psalm. 56, 1 ubi 'pro populo ...' -tum est (*Zingerle,* enotatum, enigmatum *sim. trad.; postea*: praescribitur. *item oratione recta*: 68, 1 ubi '...' -atur. Hier. tract. in psalm. I p. 206, 1 in titulo 'alleluia' -tum est. *al.; intercedente verbo dicendi*: Apon. 12 p. 221 sicut ... in epistola sua -at Paulus dicendo: 'Paulus *eqs.*' [*Rom. 1, 1*]). Hier. in Abd. 1 l. 43 titulo -at visionem. Consvlt. Zacch. 2, 14 p. 78, 11 in ... titulo -tum, a Sabellianis ... spiritum denegari. Arnob. in psalm. 65 p. 414ᴰ psalmus hic resurrectionem in titulo -at. *β cetera exempla*: Hil. psalm. instr. 2 quorundam psalmorum superscriptionibus *prophetarum* nomina -are *visum est* (Avg. anim. 1, 1, 1 Clavd. Mam. anim. 1, 2 p. 25, 18. Greg. Tvr. Mart. 3, 45 in paginis. *al.*). Hier. epist. 54, 4, 3 psalmi titulus -atur 'pro oculis filii' (in Gal. 5, 26 p. 424ᶜ proprii nominis titulos -are. vir. ill. 23 cui *volumini* t. -vit *ἔλεγχος.* Cassiod. var. praef. 15. *al.*). Pelag. in I Tim. 1, 1 p. 474, 10 auctoritas et nominis et officii -atur *a Paulo.* Avg. coll. c. Don. 3, 17, 31 p. 80, 19 temporum attestatio -ta (*cf.* p. 80, 26 prophetas indicia ... temporum suis litteris -asse. adv. Don. 15, 19 p. 117, 15). Cono. Aurel. a. 549 p. 101, 6 quae conveniant ... custodiri, ... signanter est titulis -tum.

3 *spectat ad varia signa, quae verbis, sententiis sim. anteponuntur*: **a** *-atur id, cui quid anteponitur*: Hier. in Dan. prol. p. 493ᴬ has visiones obelo -vimus significantes eas in hebraico non haberi (*al., v. vol. IX 2, 45, 30 sqq.*). in Ier. 29, 14—20 hucusque in LXX non habetur, quae asteriscis -vi (in Is. 23, 6—7. *cf.* Avg. in psalm. 67, 16 l. 4 stellā appositā). Cassiod. in psalm. 136 praef. p. 974ᶜ liber, qui quadrifario -atur alphabeto (*respicitur thren. 1—4 in textu hebr.*). **b** *-atur id, quod anteponitur*: Hier. epist. 112, 19, 1 interpretatio asteriscos ... *habet* et virgulas -tas. Avg. in psalm. 89, 17 cui versui ... docti -ant stellam, quos asteriscos vocant (105, 7). Ps. Avg. c. Felician. 1 -tis ... principalibus nominum litteris (*in partibus dialogi ut* Rvstic. c. aceph. p. 1170ᴮ propria per singula -atur ... persona). Ps. Prisc. gramm. III p. 520, 4 decem accentus, quos ita huic operi dignum existimavi -are. *usu deflexo -atur non ipsa nota, sed id quod nota indicatur, ut vergat in notionem q. e. notando anteponere*: Gramm. suppl. 65, 12 sqq. praenomen dicitur, eo quod singulis litteris -atur *eqs.* (*sec. Don. gramm. IV 373, 10, ubi* notantur).

2, 34, 6 Bell. Alex. 63, 2 Liv. 6, 20, 10. *al.* Iren. 2, 11, 2. *al.*; *refl.* se -are Apring. in apoc. 2, 6; *absolute, ni fallimer, l. 45; accedit passim abl. instr. [cf.* in *c. abl. l. 27. 31], adv.* male *l. 73; res occupans ponitur pro subi. e. g. l. 22. 33. 67. 70 al.*): **1** *qui opprimuntur vel deprehenduntur sim.*: **a** *cum respectu infestandi, perdendi, impediendi sim.*: **α** *-ant viri armati, vi utentes sim.* (*adventus ducis* Caes., *deus, sc. in imag.*, Hier.): Caes. civ. 3, 78, 2 *Caesar* timens Domitio, ne adventu Pompei -retur, ad eum *properabat*. Nep. Dion 4, 1 ne cum inter se timerent *Dionysius et Dion*, alteruter alterum -ret. Itala II Macc. 14, 41 (rec. M) *quidam* videns se -ari *a militibus eqs.* (*gr.* περιχατάληπτος γενόμενος, *Vulg.* cum iam comprehenderetur). Lact. inst. 6, 4, 16 -bit . . . adversarius non resistentem. Veg. mil. 3, 18 p. 104, 3 tu instructus . . . adversarium -as *imparatum*. Hier. psalt. sec. Hebr. 35, 3 domine . . ., evagina gladium et -a . . . persequentem me. Oros. hist. 3, 12, 7 Thessalis ex inproviso -tis atque in potestatem redactis. Max. Tavr. serm. 92, 2 M. fit, ut inopinatus -etur populus *ab inimico*. **β** *-ant res variae*: Sen. epist. 50, 7 ad neminem ante bona mens venit quam mala; omnes -ti sumus (*antea*: malitia nos iam tenet. *cf.* 75, 16 -ti sumus, ad virtutem contendimus inter vitia districti). Colvm. 7, 13, 1 *aures canum, ne exulcerentur*, linendae sunt; quod si ulceribus iam -tae fuerint *eqs.* Itala Esth. 6, 13 (Complut.) ex quo loqueris de Iudaeis malum, semper -at te malum (*gr. rec. L* προσπορεύεταί σοι τὰ κακά). psalm. 17, 6 (cod. 304 = Vvlg.) -verunt me laquei mortis (*Veron., Psalt. Rom.* praevenerunt, *gr.* προέφθασαν. *cf.* Vvlg. sap. 4, 7 iustus . . . si morte -tus fuerit [*gr.* ἐὰν φθάσῃ τελευτῆσαι, *Paul. Nol. epist. 13, 5* praeventus]). Gal. 6, 1 (cod. d *al.* = Vvlg.) si -tus fuerit homo in aliquo delicto (*gr.* προλημφθῇ. *interpretantur e. g.* Ambrosiast. *ad l.* qui forte a peccato circumventus fuisset. Avg. quaest. hept. 3, 20 p. 249, 18 *-tum* inprudenter lapsum esse. *hinc pendere videtur e. g.* Avg. pecc. mer. 2, 2, 2 cum fallit et -at nescientes *temptatio*). Ps. Philo antiq. 40, 3 (*loq. filia Iepthae*) in oratione *voti sui* -tus est pater meus. Chiron 426 si quod iumentum coleribus ⟨humidis⟩ -tum fuerit. Avg. in psalm. 86, 9 l. 50 *quidam ieiunant*, ne ventrem -ent vilia et non possit admittere pretiosa. Cael. Avr. chron. 1, 4, 105 *febris* accessione imminente corpora -ta. *al.*

b *mero respectu conveniendi, superveniendi sim.*: **α** *-ant homines primi occurrentes*: Rvfin. hist. mon. 5 *cives portas observant*, ut, sicubi apparuerit peregrinus aut pauper, certatim ad eum qui -verit adductus *alatur* (*obi. suppl.; an ad IA1?*). Verec. in cant. 4, 24 l. 57 D. (*ad* psalm. 94, 2, *v. p. 743, 31*) *Paulus*, licet evocatione fuisset multis posterior, -bat tamen paene cunctis maioribus suis faciem domini. **β** *-at tempus subito incidens* (*nisi ad I trahere malis*): Avg. civ. 20, 8 p. 426, 19 D. *infantes* nondum baptizatos -ari . . . illo tempore, *quo solutus erit diabolus*. Vita Abr. B II 16 (Rev. Bénéd. 50, 1938, 239) -ante . . . nocte somno adgravesco (*absolute; an* -ante *sc. me? gr. Ephraem ed. Assemani II 20*^{B} φθασάσης, *altera rec. Migne 73, 660*^{A} cum . . . nox advenerit).

2 *qui animi motibus et opinionibus nec non eorum causis, auctoribus afficiuntur et detinentur*: **a** *obligatione beneficiorum sim.*: Caes. civ. 2, 17, 2 *Varro dixit* -tum sese legatione ab Cn. Pompeio teneri obstrictum fide. Bell. Alex. 63, 2 ne -tus animus Lepidi esset obsequio adversarii, verebatur *Cassius*. Liv. 6, 20, 10 numquam fore in -tis beneficio animis vero crimini locum (8, 13, 17 animos . . . seu poena seu b. -ari). 21, 20, 8 -tos iam ante ab Hannibale Gallorum animos esse. 35, 18, 8 si et loca opportuna et socii -rentur. Rvfin. Orig. in iud. 2, 3 p. 476, 6 *deus* -are . . . erga se cupiens totos humanae mentis affectus. Mvtian. Chrysost. hom. 3, 3 p. 255/6 usquequo -et et obtineat . . . adstructionibus auditorem *Paulus* (*gr. p. 31* προκαταλάβῃ καὶ κατάσχῃ). **b** *quolibet modo* (*cf. varias lect. ab ed. plerisque spretas pro* occupare Caes. Gall. 6, 41, 3 Petron. 113, 4): **α** *vario usu*: Caes. civ. 2, 34, 6 -tus animus . . . militum timore et fuga et caede suorum nihil de resistendo cogitabat. Liv. 8, 13, 17 poena (*v. sub a*). 29, 22, 7 apud -tos . . . clade animos nullum misericordiae locum habuerunt *rei*. 29, 24, 4 *Scipio* avertit a vero falsis -ando mentes hominum. 37, 11, 4 animus errore et spe vana -tus (Chromat. serm. 32, 3 L. *synagoga* -ta infidelitatis e. *cf.* Avg. doctr. christ. 3, 10, 15 si animum -vit . . . erroris opinio). 42, 5, 6 *cives* fama et maiestate Macedonum regum -ti ad spernendam originem novi regni. Sen. epist. 94, 13 debemus . . . mentem . . . ad peiora pronam -are. Iren. 2, 11, 2 si perseveraverint in ea quae -vit (occ- *var. l.*) animum ipsorum vana gloria. Serv. Aen. 1, 721 ('praevertere amore . . . animos') praevertere: -are. Avg. grat. Christ. 24, 25 cor neutra affectione -tum. Rvstic. Conc.^{s} I 4 p. 62, 12 *non potuimus* persuadere . . . illos . . ., eo quod illos . . . male -ari contigerit (*Conc.*^{s} *I 5 p. 288, 1* propter praesumptionem, *gr. I 1, 3 p. 38, 24* διὰ τὴν . . . πρόληψιν). *al.* **β** *-antur* aures: Liv. 38, 10, 3 *legati* -tas a. animosque . . . criminibus Philippi invenerunt (*cf.* 42, 14, 2 -tis non a. magis quam animis ab Eumene). Nicet. spir. 1 -tas a. et sensus alia opinione gravatos (*postea*: praeventio).

3 *qui quolibet negotio, studio sim. detinentur*: Vvlg. sap. 17, 16 *si quis* agri laborum operarius -tus esset (*gr.* προλημφθείς, *sed cum sequentibus iungendum*). Avg. ord. 1, 3, 9 ne frustra occupare -tum *canendi studio* . . . vellem. 2, 5, 15 negotiis -ti (occ- *var. l.*). Ennod. epist. 3, 27, 2 p. 91, 13 aliis hactenus -tus studiis. Regvla mag. 18, 7 -to in cocina praeposito.

deriv.: praeoccupatio. *Blundell.*

praeoccursio, -ōnis *f.* *sec. t. t. gr. formatum tamquam deriv. verbi a* prae *et* occurrere *compositi.* *t. t. gramm. et rhet. quo significatur chiasmus q. d.* (*ad rem v. Lausberg, Handbuch der lit. Rhetorik § 865*): Carm. de fig. 154 προυπάντησις: fit -o, si reddas prius posteriori, ut: '. . . nolle . . . ac cupere . . ., cupiunt . . . noluntque'.

praeoleo (-olo), -ēre (-ere). *a* prae *et* 1. olere. *ad formam tertiae coniug.* -at *cf. vol. IX 2, 542, 82 sqq.* *i. q. ante olere* (*vi praeverbii potius temporali quam locali [sc. qua de odore tamquam viae duce cogitare possis]; in imagine vel translate*): Plavt. Mil. 41 novisse mores tuos me . . . decet curamque adhibere, ut -at (*A*, -volat, -volet *cett.*) mihi quod tu velis. Fronto p. 8, 25 v. d. H. ut crocus ita somnus, priusquam prope adsit, longe -et longeque delectat.

praeoperor (-o*?*), -ātum, -āri (-āre*?*). *a* prae *et* operari (-are). *i. q. antea operari:* *part. praes. vi activa* (*sc. opera praeveniens sim.*): Prosp. Aug. epist. 225, 8 p. 466, 5 quo modo per istam -antem et cooperantem gratiam liberum non impediatur arbitrium. *part. perf. vi passiva* (*sc. opera praeparatus sim.*): Hesych. in lev. 25, 8—13 p. 1114^{B} non quae tunc seminantur nec quae coluntur, sed olim praeseminata et -ta *comedetis*.

praeopīmus, -a, -um. *a* prae *et* opimus. *i. q. valde opimus*: Tert. paenit. 8, 6 *pater* immolans vitulum -um (praeoptimum, pro eo optimum *var. ll.; cf. Vulg. Luc. 15, 23* saginatum). Isid. orig. 10, 208 -us prae ceteris opibus copiosus (*inde* Gloss. V 135, 38). Gloss. -us: perpinguis. praepinguis vel copiosus. *Bk.*

praeoptābilis, -e. *a* praeoptare. *i. q. praeoptandus, praeferendus*: Avell. p. 736, 11 durum est, ut . . . praeoptabi⟨lius esse⟩ putetur so⟨lvere se cum⟩ mortuis (*sc. haereticis*) quam inhaerere cum vivis.

***praeopto,** -āvī, -ātum, -āre. *a* prae *et* optare. *scribitur* -obt- *hic illic in codd. recc.* *cum synizesi*: Plavt. Trin. 648 Ter. Hec. 532. Catvll. 64, 120 (*aliter* Plavt. Capt. 688, prae- *producitur* Mart. Cap. 1, 21). *legitur in versibus apud* Plavt., Ter., Catvll., Mart. Cap., *in oratione prosa inde a* Caes., Nep., Liv. [*vix recte trad.* Cod. Iust. 7, 72, 2 (-bis *codd.*, reportabis *Russard*).]

I *respectu eligendi vigente, i. q. praeferre, malle, eligere. syn. vel iuxta pos.*: praeponere Plavt. Trin. 648, praeferre Ambr. Abr. 2, 11, 93 Heges. 2, 9, 1 Pavl. Nol. epist. 5, 7. 13, 4, malle Pavl. Nol. epist. 13, 4 Evcher. pass. Acaun. 4 Leo M. epist. 167 Cassiod. inst. 1, 16, 3. *quasi abundanter accedit* potius *l. 47 sqq. et 59*, satius *p. 747, 4.* *id, quod praefertur, indicatur per acc. rei passim, personae (sc. fere cum praedicativo) l. 56. 65 p. 747, 18 sqq. (cf. p. 747, 17), inf. vel acc. c. inf. l. 46 sqq. 61. 75. 81 sqq., enunt. secund. l. 80.*

A *cui (rei) quid praeferatur, indicatur structuris ex ipso verbo pendentibus*: **1** *locutionibus comparativis*: **a** *forma* '-o quam'; *quod praefertur indicatur per*: **α** (*acc. c.*) *inf.*: Plavt. Capt. 688 *erit memorabile* potius me caput periculo -visse, quam is periret, ponere (Ter. Hec. 532 ut puerum -res perire . . . p. q. *eqs.* Val. Max. 4, 1 ext. 5 se . . . p. vehementer . . . urgueri q. *eqs.*). Liv. 26, 30, 6 auctores traditarum Syracusarum . . . Sosim et Moericum . . . quam principes Syracusanorum habere . . . -asse *Marcellum*. Cvrt. 5, 12, 4 -bat immerito quam iure violari. Frontin. (?) strat. 4, 5, 22 Apvl. flor. 21, 2. Ivst. 11, 14, 1 Persae mori quam vinci -bant (*inde* Oros. hist. 3, 17, 2 nisi vincant mori -antes). *al.* **β** *subst. vel pron.*: Liv. 28, 21, 9 *fratres certantes* mortem in certamine, quam ut alter alterius imperio subiceretur, -antes. 29, 17, 7 nemo non illos sibi quam vos dominos -et. 39, 54, 7 certam . . . pacem quam incerta belli -antes. Qvint. inst. 8, 3, 8 platanum . . . quam . . . ulmum. Anian. Chrysost. hom. 4, 11 eam *paupertatem* . . . -emus potius, quam illam avaritiae imaginem adoremus (*Migne gr. 57, 53* ἐλώμεθα). **b** *forma* '-o pro': Apvl. flor. 9, 27 pro his *ferramentis, quibus uti nescio*, -are me fateor uno chartario calamo me reficere poemata.

2 *dativo* (*formae ambiguae vix pro abl. accipiendae*): Catvll. 64, 120 omnibus his Thesei dulcem -arit amorem *Ariadne* (portaret *trad., corr. Ach. Statius*). Nep. Att. 12, 1 ut . . . Agrippa . . . -ret . . . equitis Romani filiam generosarum *filiarum* nuptiis. Liv. 9, 45, 7 cum . . . suas leges Romanae civitati -verint *Hernici*. 23, 43, 11 Punicam Romanae societatem. 29, 30, 12 exilio modicam domi fortunam. 44, 22, 14 otium urbanum militiae laboribus. Avr. Fronto p. 10, 16 v. d. H. quod tu . . . omnibus -as. Itin. Alex. 42 Alexander . . . his *scythicis hostibus* Indos ⌊-are tumque⌋ se ait redire in Graecias (⌊ ⌋ *Kluge*, -ans *Mai*, -tumque *trad.*). Ivl. Val. 2, 25 p. 90, 25 incertum futuri a te -ari praesentibus. Symm. epist. 1, 6, 2 honestamentum -o muneribus. Ambr. epist. extra coll. 5, 5 pacem ecclesiae . . . ambitioni suae . . . -ret. *al.* *pro obi. accedit inf.*: Pavl. Nol. epist. 49, 12 interrogabam, an huius *Christi* gratia donari omni huius saeculi gloriae -res. *cf. p. 747, 1.*

B *cui (rei) quid praeferatur, colligitur e contextu* (*subauditur hic illic sub 2 b; exempla certiora, cetera v. sub II*): **1** *pro obi. accedit structura verbalis* (*sc. inf. vel acc. c. inf. praeter* Plavt.): Plavt. Trin. 648 -visti, amorem tuom uti virtuti praeponeres. Caes. Gall. 1, 25, 4 ut . . . -rent scuta e manu emittere *eqs.* Tac. hist. 4, 58, 2 quotiens Romanae legiones perire -verint, ne loco pellerentur. Arnob. nat. 2, 66 p. 144, 10 M. quod structis domibus . . . non antiquas adamaverint casulas nec sub rupibus . . . -verint . . . permanere. Pavl. Nol. epist.

[Reijgwart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

13, 4 -emus ieiunare cibo carnis (*sc. quam animae; nisi iungas* cibo *cum* -emus, *ut spectet ad p. 746, 76*). Svlp. Sev. chron. 1, 32, 3 *populus* -bat libertatem servitio mutare. Greg. Tvr. Franc. 3, 11 te relinquimus et illos sequi satius -amus. Verec. in cant. 4, 22 l. 49 D. his *cervis* ... sanctus vir *David* se comparari -at *potius quam aliis animalibus*. Vigil. Thaps. c. Eutych. 4, 23 quid 'se' igitur pro magno beatitudinis munere 'visurum' -at, *sc. potius quam 'vidisse' dicere? al.*

2 *accedit subst. vel pron.* (*suppl. ex enunt. relat. l. 16*): **a** *-antur varia*: Frontin.(?) strat. 4, 2, 2 C. Marius, cum facultatem eligendi exercitus haberet ex duobus, ... Rutilianum *exercitum* ... -vit. Apvl. met. 10, 33, 3 cum ... egregii philosophi sectam eius *Socratis* sanctissimam -ent. Ivst. 16, 3, 5 mortem in patria, *sc. demigrationi*. Paneg. 3, 4, 2 fortuna captorum, *sc. iniuriis latronum*. Symm. epist. 5, 20, 1 tuum -amus adventum, *sc. muneribus missis*. Ambr. Abr. 2, 11, 93 solius sapientiae ... copulam, *sc. cupiditatibus*. Heges. 2, 9, 1 p. 145, 12 quod pacis est, *sc. bello* (*gr. 2, 345 προηρημένους*). Nicet. virg. laps. p. 132, 5 *virgo sacrata non* adhaerebit ... -to viro, *sc. potius quam Christo. al.* **b** *-atur dux, rex sim. eligendus*: Oros. hist. 3, 12, 22 cum eum fratres ... iudicem ... -vissent. 3, 23, 38 *Cassander* timens, ne eum *Herculem* omnes quasi legitimum regem -rent (6, 11, 7 *Vercingetorigem*). 5, 18, 10 Samnites Papium ... imperatorem praefecerant, Marsi autem Agamemnonem ... -verant.

C *absolute*: Fest. p. 205 praedopiont, -ant (*v. supra p. 587, 23 sq.*).

II *respectu eligendi fere evanescente i. q. (vehementer) desiderare, cupere* (*hic illic praeverbium fortasse vi temporali intellegendum, maxime apud* Oros.): Schol. Cic. Bob. p. 111, 27 *Milo* hoc (*sc. mortem Clodii*) maxime -verat (Macr. somn. 2, 10, 3 in qua *gloria* appetenda ... duo sunt m. quae -ari possint *eqs.* [*nisi adverbio* maxime *sublucet respectus eligendi*]). Mart. Cap. 1, 21 (vers.) de pectore fixis -are caret *deus* (*sec. Kopp ad l. intellegimus: deis non opus est optare de iis quae pectore fixa sunt; cf.* optare de *vol. IX 2, 832, 53 sqq.; an ad IB?*). Oros. hist. 7, 33, 7 *quidam* iussus interfici ... baptizari ... -vit ac postquam sacramentum Christi quod quaesierat adsecutus est, ... percussori iugulum ultro praebuit. Iord. Get. 181 *Attila* Romanos Vesegothasque subdere -bat. Greg. Tvr. Iul. 45 ad locum -tum pervenit.

deriv.: praeoptabilis. *Reijgwart.*

praeōrdinātio, -ōnis *f.* *a* praeordinare. *i. q. actio praeordinandi* (*non nisi de praedestinatione divina*): Leo M. serm. 82, 5 *Romam*, quo te *Petrum* divinis -bus (*rec. β, var. l.* ordinationibus; *rec. α* dispensationibus) anteibant et honor potestatis et gloria passionis. Praedest. 3, 1 p. 632^{A} ut praesumptio hominis ex dei credatur praedestinatione descendere et delinquentis vitium -o futuri iudicis aestimetur. *ibid.* p. 633^{B} apostolum non dei -i hoc, sed hominis negligentiae vel diligentiae applicantem. 3, 3 p. 637^{D} si enim praedestinationis eius vis eo usque adducitur, ut eius *dei* dicatur -e peccatum, *eqs.* Theod. Mops. in Eph. 1, 5 p. 123, 13 ('in caritate praeordinans') caritas praeelectione vel -e maior est (*gr. ἀγάπη τῆς ἐκλογῆς μείζων*). 1, 11/12 p. 131, 13 ('praeordinati secundum propositum eius') -em et bonum placitum et voluntatem. Orig. in Matth. 13, 27 p. 254, 20 secundum praescientiam dei et -em ipsius (*gr. προορισμόν. affert Rom. 8, 29* praedestinavit).

***praeōrdino,** -āvī, -ātum, -āre. *a* prae *et* ordinare. Gloss.^{L} III Abstr. prae 33 praestruxit: -vit. *legitur inde ab* Itala *fere apud scriptores ecclesiasticos; abiit in sermonem graecum προορδινεύειν* Ps. Mavric. strat. 11, 4, 40.

i. q. προτάττειν, priore loco vel antea ordinare (*abundanter accedit* ante Caes. Arel. in apoc. 10 p. 246, 8): **I** *locis suis ponendo* (*sc. prae ceteris*): **A** *ratione locali et comparativa*: Itala psalm. 136, 6 (cod. 136 Cas.) *si non* -vero ⌊cum⌋ Hierusalem super caput gaudii mei (⌊ ⌋ *per hebraismum, sc. interpres confudit signum obiecti cum praepositione; gr. προανατάξωμαι, Vulg.* praeposuero). Cassiod. Ios. antiq. 2, 340 *Aegyptii* -antes ... equos ingrediebantur in mare (*gr. προτάξαντες*). Isid. praef. test. 35 secundum historiae cursum tertius psalmus quinquagesimo posterior est, sed propter mysterium in ordine prior est; sic enim habentur et ceteri, quia spiritus sanctus eos -vit, ut voluit.

B *ratione temporali*: **1** *spectat ad ordinem praecedentium*: Avell. p. 162, 7 -tos sanctos patres (*i. qui antea episcopi fuerant; gr. προτεταγμένοις, aliter Migne 58, 911^{D}* praedictis). Conc.^{S} I 3 Rustic. p. 99, 13 omnium ..., qui -ti sunt in textu gestorum (*i. supra dicti; inde* I 2 p. 75, 16 *in adnot. crit., gr. I 1, 3 p. 15, 22 προταγέντων*). Greg. M. in I reg. 1, 68 ordinatus ... *ad deum* ascensus est, si a timore incipiat; timor autem *est* ... mentis ... -ta purgatio. *? 2 in arte medica spectat ad ordinem causarum et morborum*: Cael. Avr. acut. 1, 4, 44 non ... -tae atque fixae sunt ... antecedentes causae *morbi* (*sc. accedente notione facultatis* [*v. Hofmann-Szantyr 392 b*] non -tus *i. quod a medico ad hunc ordinem revocari non potest; vim intensivam q. e. 'valde ordinatus' intellexisse videtur Drabkin*).

II (*antea*) *disponendo, instruendo* (*sc. plura inter se vel singula in se*): **A** *praevalente vi iubendi, destinandi, constituendi sim.*: **1** *usu christiano* (*sc. spectat ad praedestinationem dei; syn.* praedestinare *p. 748, 12 [in alia vers. e. g. p. 748, 25. 27]; iuxta alia verba affinia sive syn. sive etiam distincta* praescire *p. 748, 4. 7. 14. 17. 39,* praenoscere *p. 748, 39,* praecipere *p. 748, 57*): **a** *-antur homines*: *α indicatur finis*: ⓘ *per praepos.*: in *cum acc.*: Itala act. 13, 48 (cod. e, *cf.* Vvlg.) quotquot erant -ti in (ad Vvlg.) vitam aeternam ([*gr. τεταγμένοι, cod. g* destinati, *Aug. corrept. 6, 10 p. 922* ordinati]. Ps. Prosp. vocat. gent. 1, 9 p. 658^{B} *iuxta* praescitum). Eph. 1, 5 (Theod. Mops. *ad l.*) in filiorum adoptionem (*gr. προορίσας, Vulg.* praedestinavit. *iterat* Theod. Mops. *in explic.*). Ps. Avg. hypomn. 6, 5 l. 154 quos in opera inpietatis ... praescivit, non -vit (praedistinavit *var. l.*). Prosp. in psalm. 134, 10/11 in id. Theod. Mops. in Eph. 1, 11 p. 131, 11 in hoc a deo -ti (*antea*: vocati). *al.* ad (*v. l. 2*): Prosp. epist. 1, 8 p. 73^{B} ad vitam aeternam (Favst. Rei. grat. 1, 3 p. 16, 26 *syn.* deputatis. Op. imperf. in Matth. 49 p. 916 Greg. M. in euang. 17, 18). Favst. Rei. grat. 1, 3 p. 15, 7 ad mortem (*syn.* praedestinati. *sim.* 1, 16 p. 49, 28). ⓘⓘ *per inf.* (*cf. l. 19. 49. 56*): Itala Rom. 8, 29 (Theod. Mops. in Gal. 3, 27/28 p. 58, 11) quoniam quos praescivit, -vit conformes fieri *eqs.* (*gr. προώρισεν, Vulg.* praedestinavit). *per ellipsin*: Greg. M. moral. 25, 34 tunc ipsi sub illius *Antichristi* regimine (*sc. esse*) -antur, qui digni eius dominio ante saecula praesciuntur. ⓘⓘⓘ *per* ut: Itala act. 22, 14 (cod. e *al.* = Vvlg.) *deus* -vit te, ut cognosceres *eqs.* (*gr. προεχειρίσατο*, cod. d -vit te cognoscere). Rvfin. Orig. in Rom. 3, 8 p. 950^{A} *anima Christi humana* proposita est et -ta, ut esset propitiatorium. Ps. Avg. hypomn. 6, 4 l. 109 quos ... -vit (*var. l.* praedestinavit), ut crederent.

β exempla varia: Itala Eph. 1, 11 (Theod. Mops. *ad l.*) in quo *Christo* et sorte constituti sumus, -ti secundum propositum eius (*gr. προορισθέντες, Vulg.* praedestinati). Vvlg. act. 10, 41 non omni populo, sed testibus -tis a deo (*gr. προκεχειροτονημένοις, Itala cod. d al.* praedestinatis). Orig. in Matth. 13, 27 p. 255, 20 qui praecogniti et -ti habebantur (*cf. p. 747, 51*).

b *-antur res* (*obi. enunt. l. 52 sqq.*): *α non indicatur finis*: Ps. Ambr. symb. p. 187 baptisma -tum (*var. l.* praedestinatum). Ind. capp. Vulg. cod. Fuld. Rom. 1 p. 45 W.-Wh. de incarnatione ... Christi ante omnem aevum -ta (*cf.* Fvlg. Rvsp. praedest. 3, 14 *deum* omnia opera ... ex aeternitate -asse). Ps. Avg. hypomn. 6, 2 l. 32 *v. p. 534, 83.* 6, 2 l. 38 *bonum* praescientiā praedestinat *deus*, id est priusquam sit in re, -at (*cf.* Caes. Arel. in apoc. 10 p. 246, 8 in praescientia). Leo M. epist. 16, 2 in aeterno consilio dei mansit humani generis incommutabiliter -ta reparatio. Prosp. vocat. gent. 2, 36 p. 721^{B} cum implendae voluntatis dei ... sit -tus effectus. Favst. Rei. grat. 2, 2 p. 62, 20 praescire ac -are. 2, 6 p. 74, 13 pro dei potentia praenoscuntur, pro iustitia -antur *exitus hominum*. Theod. Mops. in Eph. 1, 8 p. 127, 10 placitum et -tum erat hoc, quod *eqs.* (*gr. προωρισμένον*). Greg. M. in I reg. 6, 62 quae praeeligere et -are deum contemplatur *ecclesia. al.* *vergit in notionem praefigurandi*: Prosp. in psalm. 135, 1 in sempiterno dei proposito ... fuit, ut per temporalia -rentur aeterna. Prosp. vocat. gent. 2, 14 p. 699^{C} in isto ... opere providentiae dei -bantur miracula gratiae christianae. *β indicatur finis*: Conc.^{S} II 3, 3 p. 76, 6 deus ad hoc tuam religiositatem -vit, ut et iniustitias removeas (*gr. II 1, 3 p. 68, 24 προεχειρίσατο*). Greg. M. in I reg. 5, 71 praedestinare facere est et apud ... *deum* iam facta sunt, quae ab ipso fieri -ta sunt. *γ pro obi. substituitur: adv.*: Leo M. epist. 124, 7 (Conc.^{S} II 4 p. 162, 31 = epist. 165, 9 *ibid.* p. 118, 5) sicut ... erat divinitus -tum (Dionys. Exig. vita Pachom. 1 l. 29 C.). *enunt.* (*cum pron. praepar. l. 55, cf. l. 58*): Fvlg. Rvsp. epist. 17, 66 -vit atque praeparavit, et quae daret et quibus daret *dona deus.* rem. pecc. 2, 20, 2 hoc ... -vit ..., ut ... dimittat.

2 *usu vario*: Exc. barb. p. 270, 28 Fr. Eumenium ... -vit regnare *Alexander* (*cf. l. 24* praecepit, *p. 272, 3* ordinavit). Praedest. 3, 1 p. 631^{C} qui rem a se -tam exhorreat et id puniat factum, quod ipse -vit ut fieret.

B *praevalente vi praeparandi sim.*: Rvfin. Clement. 1, 40, 1 his ... ita -tis (Novell. Iust. 1, 1 pr. [*gr. προδιωρισμένων*]. Prisc. Lyd. solut. 8 p. 88, 29 his ... in omnibus -tis. *cf.* Vita Fulg. p. 139 L. omnia [ord- *var. l.*]. Vitae patr. Iurens. 80 M. -tis omnibus). Boeth. top. Arist. lat. p. 155b30 necessarias *propositiones* ... non statim -andum, sed discedendum in suprema (*fortasse ad IA trahendum; gr. προτατέον. nescio an legerit προταχτέον*). Novell. Iust. 72, 5, 1 ne forsan hoc (*i. cessionem illicitam*) considerans abscondat rem et -ans illud male ... rem maligne disponat (*gr. προκαταστήσας*).

deriv.: praeordinatio. *Bruun.*

praeorior, -īrī. *a* prae *et* oriri. *i. q. ante oriri, a fronte apparere* (*velut lux praecedens et ducens*): Rvstic. Conc.^{S} I 4 p. 19, 31 caecus quidem virtutum chorus est, cui non ⌊-itur⌋ dogmatis rectitudo; otiosum vero etiam rectum dogma ⌊praefulget⌋ *virtutibus non sequentibus* (⌊ ⌋ *gr. Isid. Pelus. epist. 5, 240 bis respondet καθηγούμενον*).

*? **praeōrnat** in serie compositorum verbi* ornandi *addidisse videtur cod. Guelf.* Not. Tir. 33, 90^{a} (*excidit vox in ipsa editione, v. autem eius indicem et comm. ad locum*).

[praeōro, -āre *in serie compositorum verbi q. e.* orare Not. Tir. 64, 29 *perperam receptum esse pro* per- *vidit Kopp.*] *Bk.*

***praeostendo,** -tendī, -tēnsum, -ere. *a* prae *et* ostendere. *ad notionem cf. p. 749, 35. 47. legitur inde a* Tert. [*confunditur in codd. cum* ostendere, *v. infra.*]

i. q. antea ostendere, praemonstrare (*sc. vi praeverbii temporali, evanescente fortasse hic illic sub 3; abundanter accedit* ante *p. 749, 22; cum*

[De Luca]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

obi. acc. passim, acc. c. inf. fortasse l. 45, quia *l. 52; absolute usurpatur l. 48, cf. et l. 50; pro subi. est res significans l. 24. 49, quae ceterum indicatur abl. nudo l. 20, praepos.* in *passim,* per *l. 11. al.,* ex *l. 9,* propter *fort. l. 43*): **1** *respicitur praefiguratio, quae fit per typum, signum sim.*: **a** *-untur res significatae*: Tert. adv. Iud. 4, 5 ante hoc sabbatum temporale erat et sabbatum aeternum -sum et praeindictum, quomodo et ante circumcisionem carnalem fuit et spiritalis circumcisio -sa. 5, 1 a primordio ... Israelis terrena fuisse in Cain -sa sacrificia (5, 3 ex hoc ... actu [*gen. 4, 4—14*] ... duorum populorum s. -sa *esse.* 6, 1). Iren. 2, 21, 1 irrationabile est ... iuniores ... Aeones ... ostendi a salvatore per electionem apostolorum, seniores autem ... non iam -i (*postea*: praefigurari). 4, 25, 2 *partu geminorum* (*gen. 38, 27—30*) fidem, quae est in praeputio, -sam *esse* ... in patriarchis (quae ostensa *sim. var. l.*). 4, 30, 4 (*antea*: haec in typo praemeditabantur) nobis *Christianis* ... -sis in ipsis *Iudaeis ex Aegypto proficiscentibus.* Ps. Cypr. ad Novat. 3 *columba emissa ex arca* sacramentum baptismatis ... per os suum -it (Chromat. serm. 1, 4 L.). Ps. Orig. tract. 3, 2 B. nihil ... repentinum ... in euangelio gestum est, quod non fuerit prius aut praefigurata patrum praedicatione monstratum aut opere -sum aut prophetica voce praedicatum. Chromat. in Matth. 12, 3, 2 E.-L. baptismi gratia ... mystice -sa est (18, 3, 1). 38, 2 mysteria ..., quae fuerant ante typice in imagine -sa ([*v. corr. in Suppl. ed. p. 641*]. serm. 11, 4 L.). Conc.^{s} I 3 vers. Tur. p. 149, 21 veritatis figurae -entes veritatem (*Rustic.* praedicentes, *gr. I 1,2 p. 96, 24 προαναφαίνοντες*). *al.* **b** *-untur res significantes*: Ps. Cypr. pasch. 21 id ipsum (*sc. eo Christum die natum, quo sol factus est*) ... in salutem nostram fuisse -sum. Chromat. in Matth. 29, 2, 2 E.-L. cuius rei (*Matth. 6, 16 sqq.*) exempla . . in sanctis praeterito tempore legimus -sa. 38, 2 in his ... sacrificiis (*lev. 14, 2 sqq.*) ... figuram futurae veritatis -sam agnoscimus (44, 4 serm. 24, 3 L.). serm. 25, 6 L. videamus in muliere ista (*III reg. 17, 8 sq.*) ... imaginem ecclesiae -sam. Greg. Ilib. fid. 8, 72 signa divinarum dispositionum ... -sa (-sos, -ses, -sum *var. ll.*). Ps. Vigil. Thaps. trin. 6, 18 in praefiguratione ... futuri iudicii haec cuncta in eo -sa fuisse.

2 *respicitur prophetia vel actio portendendi* (*cf.* Gloss. -o: futura praedico): Ps. Cypr. pasch. 19 *Christus* est sol iustitiae, cuius in pennis curatio -batur (*Mal. 4, 2; var. l.* osten-). Lvcif. Athan. 1, 23 l. 61 D. in xxxv *psalmo* tu, *Constanti,* mihi videris -sus. 1, 38 l. 43 quos *perfidos deus* praescius futurorum ore ... Malachiae -erit prophetae (*Mal. 3, 13—14*). 2, 25 l. 35 *tu, Constanti,* esse latro ille ..., qui iam tunc -baris, ... conprobaris. non parc. 29 l. 35 D. vos lupos *Arianos,* quos -ere est dignatus spiritus sanctus per ... apostolum (*act. 20, 29*). Greg. Ilib. fid. 6, 50 propter (per *var. l.*) haec vocabula significationes et dispositionum et operum divinorum -sas. Conc.^{s} I 3 Rustic. p. 11, 35 Esaias *filium* -bat ⌊adventurum⌋, dicens: '...' (*Is. 35, 3—6*; ⌊ ⌋ *om. vers. Tur.; cf. gr. I 1,1 p. 19, 4 προκατεδείκνυε*). *al.* *-unt portenta*: Avg. civ. 21, 8 p. 507, 15 D. portenta *dicta* a portendendo, id est -endo (*inde* Isid. orig. 11, 3, 3). p. 507, 26 *portenta sim.* hoc monstrare debent, hoc ostendere vel -ere, hoc praedicere, quod facturus sit deus.

3 *respiciuntur varia: docenda*: Iren. 2, 17, 7 quemadmodum -imus (osten- *var. l.; item respicitur ordo dicendorum*: Conc.^{s} I 3 Rustic. p. 9, 14 -endum est, quia et in forma et aequalitate ... *Christus* fuit patris sui [*gr. I 1,1 p. 16, 11 προαποδεικνύντων*]. Facvnd. fid. 33 quibus -sis). Hier. in Mich. 4, 1—7 l. 103 *scripturae sanctae,* quae viam domini -unt (*var. l.* osten-). Nicet. spir. 17 tale aliquid ... dominus in euangelio -it dicens: '... remittentur hominibus *peccata*' (*Matth. 12, 32; sed var. l.* osten- *confirmatur loco gemino Vict. Vit. 2, 87*). *oculis subicienda*: Praef. bibl. cod. Fuld. apoc. p. 407, 7 W.-Wh. *in Patmo insula* ab eodem *Iohanne* apocalypsis -sa describitur (*cf. apoc. 1, 11* quod vides scribe). Ps. Vigil. Thaps. c. Marivad. 1, 66 l. 36 in ... luminis claritate filius *transfiguratus* seipsum in monte tribus discipulis -it. *De Luca.*

praepafru, *nomen herbae obscurum vel corruptum, v. vol. I 1268, 66.*

praepagmen *v.* praesagmen.

praepalo, -āre. *per confusionem praeverbiorum pro* propalare *formatum. i. q. propalare: criminando*: Itala Matth. 1, 19 (cod. d) *Ioseph cum* nollet eam *Mariam gravidam* -are, voluit clam eam dimittere (*gr. δειγματίσαι, cod. k et Aug. epist. 153, 9* divulgare, *Vulg.* traducere). *ostentando*: Virg. gramm. epit. 4 p. 18, 4 *rhetorica suam* latitudinem ac pulchritudinem ... -at (-parant, -valet *var. ll.*).

praepalpo, -āre. *a* prae *et* palpare. *i. q. antea palpare* (*quodammodo abundanter accedit* ante; *vi praeverbii locali i. q. a fronte vel leviter palpare intellegunt alii*): Pavl. Nol. epist. 49, 3 p. 392, 12 *dominus nautam dormientem suscitavit* molli manu ante -ans, ne trepidus expergefieret.

praepando, -ere. *a* prae *et* pandere. **1** *vi praeverbii locali i. q. ante pandere, sc. extendere, diffundere, porrigere: ante aliquem spectantem vel sequentem*: Laev. carm. frg. 22 Venus, ... mihi quae diem serenum ... -ere cresti, ... tuae ... ministrae (*respectu praelucendi manifestiore*: Lvcr. 1, 144 quo carmine ... clara tuae possim -ere lumina menti). Ivvenc. 3, 532 (*ad Matth. 19, 26*) haec homini ... acerba *sunt,* sed deus electis facilem -it in aethra ... viam. Mar. Victorin. rhet. 1, 7 p. 178, 11 ut rem magnam dicturus pompam corporis vocisque -as (*fere explicando*; perpendas *var. l.; postea*: moderatius ostentes). *a fronte, a parte anteriore*: Cvlex 16 Parnasia rupes hinc atque hinc patula -it cornua fronte. Plin. nat. 11, 80 *aranei quidam* cavernis exigua vestibula -unt (*sc. texendo; cf. Arist. hist. anim. 623a4 ἐπὶ τοῖς στομίοις ... ποιεῖ τὸ ἀράχνιον*). **2** *vi praeverbii temporali i. q. signis antea pandere, praenuntiare*: Cic. Arat. 40 *sidus Vergiliarum* hiberni -ens temporis ortus (*gr. 267 σημαίνειν*). **3** *vi praeverbii evanida i. q. pandere, manifestum facere*: Virg. gramm. epit. 7 p. 50, 15 in qua *coniugatione* maxime intellectus verbi virtusque -itur.

[praepant *perperam insculptum* Act. Arv. Alex. Sev. (cil vi 37164) a 4; *restituendum videtur sec.* Act. Arv. a. 240 (Dessau 9522) II 21 praecati sunt, *v. Wissowa, Hermes 52, 1917, 338 sq.*] *Bk.*

praeparatē *v.* praeparo.

***praeparātio,** -ōnis *f.* *a* praeparare. Gloss. II 316, 5 *ἑτοιμασία*: apparatio, metatum, -o. 396, 19 *παρασκευή*: paratio, -o, hic apparatus *eqs. legitur inde a* Cic., Bell. Alex., Varrone, Vitr., Sen. *rhet., deest poetis; plur. apud.* Scrib. Larg., Qvint. *al.*

i. q. actio vel effectus praeparandi (*hic illic etiam parandi, sc. vi praeverbii evanida, e. g.* Iren. *l. 36*): **I** *in quolibet sermone*: **A** *respiciuntur qui (quae) praeparant extranea, a se aliena*: **1** *notione communi* (*sc. variis modis praeparandi; aptando, conficiendo, instruendo sim.*): **a** *vario usu*: Bell. Alex. 44, 1 difficultates ... et hiemis et subitae -is (*qua classis cogenda erat*). Varro rust. 1, 37, 5 -o siquae fit in pratis. Colvm. 12, 2, 5 haec ... ratio -is atque ordinis etiam in navigiis plurimum valet. Scrib. Larg. praef. 8 (*in titulo libri, v. vol. X 1, 314, 58*). Itala III reg. 9, 15 (cod. 93) -o, quam praeparavit rex Salomon aedificare *templum* (*gr. ἡ πραγματεία τῆς προνόμης, Vulg.* summa expensarum). Iren.^{1} 5, 34, 4 de -e, in qua reaedificabitur *Hierusalem,* ait: '... praeparabo tibi *eqs.*' (*Is. 54, 11*). Vvlg. Nah. 2, 3 in die -is eius *domini* (*item gen. qual.*: Avg. serm. 209, 3 escas ... difficilioris -is. Oros. hist. 7, 39, 14 ex horreo dominicae -is. *al.*). Leo M. epist. 1, 3 (*affert Eph. 2, 8—10* quae *bona* praeparavit deus) omnis ... bonorum operum donatio divina -o est. *al.* **b** *cum gen. obi. rerum corporearum, locorum*: Vitr. 10, 1, 5 sucularum ... et prelorum et vectium si non fuisset torcularis -o, *non habuissemus oleum.* Iren. 2, 28, 2 quae ... haec nubium -o *est*? (*antea*: quomodo ... collectiones nubium ... efficiuntur). Cypr. epist. 58, 11 haec sit armorum nostrorum -o, ... ante oculos habere ... supplicia et praemia (Clavd. Don. Aen. 8, 415 p. 176, 1 instantiam Vulcani in a. -e). Hil. trin. 12, 39 (*ad prov. 8, 27 p. 755, 21*) numquid caeli -o deo est temporalis *eqs.* (*al. ibid.*). Clavd. Don. Aen. 4, 675 p. 418, 26 huc, inquit *Anna,* tendebat ... ignis et ararum -o? *al.* **c** *cum gen. obi. rerum incorporearum* (*sc. fere futurarum; praeparantur autem subsidia futuri l. 57, Christus pro eius adventu l. 35*): Vell. 1, 12, 6 per *tot* annos ... aut bellum ... aut belli -o *fuit.* Sen. dial. 4, 4, 1 est primus motus *irae sim.* non voluntarius, quasi -o adfectus. Frontin. aq. 124, 4 difficilis videbatur futurae impensae -o (Lex met. Vipasc. frg. 2, 9 impensarum. *cf.* Verec. in cant. 7, 18 l. 9 D. domum absque -e sumptuum *construere* [*cf. Luc. 14, 28* computat sumptus]). Pompon. dig. 34, 2, 21 pr. id quod ad -em bibendi comparatum est, veluti colum *eqs.* (*item c. gerund.*: Hil. in psalm. 118 aleph 1 p. 359, 16 consequendi luminis. Priscill. tract. 4, 76 inchoantibus in -em suscipiendae paschae diebus quadragensimarum). Vlp. dig. 50, 16, 131 pr. poenae. Pavl. dig. 4, 8, 19, 2 causae. Iren. 5, 8, 1 ad perfectionem et -em incorruptelae. Hil. in Matth. 21, 2 *patriarchae serviunt* -i dominici adventus (*cf.* Oros. hist. 6, 20, 8 *Octavianum* ad obsequium -is eius *Christi* praedestinatum fuisse). myst. 1, 41 in duplici ... mannae congregatione (*exod. 16, 22*) spiritalium operum accumulata -o admonetur. Avg. praed. sanct. 10, 19 praedestinatio est gratiae -o (*ibid. iterum*). Oribas. syn. 1, 1 tit. Aa p. 32, 1 Mø. de -e exercitationis (*gr. περὶ τρίψεως παρασκευαστικῆς, La* de frictionibus). *al.* *pro gen. accedit* ad *cum gerund.* (*nisi potius cum verbo iungas; sed cf. p. 751, 61*): Cod. Iust. 3, 28, 34, 1 nisi -o facta est ad inofficiosi querellam instituendam.

2 *peculiaria quaedam*: **a** *metonymice de ipsis rebus (animantibus l. 69) praeparatis, apparatu sim.*: *α in re militari*: Itala Iudith 2, 17 (Corb. *al.*) accepit ... capras ad -em illorum *militum* et oves (*gr. παρασκευήν, Reg. al.* apparatum; *aliter Vulg. 2, 8*). 7, 2 (*ibid., sim.* Vvlg.) *milites tot* praeter -o⟨nes⟩ virorum, qui erant profecti (*gr. ἀποσκευῆς, Sangerm. 15 al.* apparatus. *item de copiis*: Ps. Avg. serm. 155, 10 ambitu -is armisonae). Cassiod. Ios. antiq. 12, 368 *incendere* -em machinamentorum *obsidionis. in imag.*: Itala Eph. 6, 15 (cod. 78 *al., item fere* Vvlg.) induti lorica iustitiae et calciati pedes in -e euangelii (*gr. ἑτοιμασίᾳ. inde* Tert. adv. Marc. 3, 14 p. 399, 18 *Paulum* calciantem nos -em [-e *var. l.*] euangelii). *β vario respectu: de corporeis*: Itala gen. 15, 14 (Iunil. 2, 21) *posteri Abram e terra aliena* exient ... cum -e magna (*gr. ἀποσκευῆς, Aug. civ. 16, 24* supellectili). Ezech. 43, 11 (Hier. *ad l.*) describes domum ⌊et -em eius⌋ (*sec. rec. hex. ἑτοιμασίαν, om. LXX; Vulg.* figuram domus et fabricae eius). Tert. nat. 1, 12, 9 inde (*sc. ex argilla exemplaris*) circino ... prae⟨para⟩tio simulacri in marmor ... transmigratur⟨a⟩ *est.* Vvlg. IV reg. 6, 23 apposita ... est eis ciborum magna -o (*cf.* Petr. Chrys. serm. 39, 7 ut de nostrae paupertatis ... -e gustaret [apparitione *var. l.; antea*: viatici ... copia]). Sacr. Gelas. 384 M. servis tuis *baptizandis* ... sit unctionis huius -o utilis ad salutem. *de incorporeis*: Itala psalm.

[Suter]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

88, 15 (Veron. *al.* = Vvlg.) iustitia et iudicium -o sedis tuae (*gr. ἑτοιμασία, Hier. psalt. sec. Hebr.* firmamentum). Leo M. serm. 16, 1 l. 8 *in caelum* ad perceptionem tantae -is evehimur (*item de beatitudine piis parata*: Vita Caes. Arel. 2, 36 -o, quam percepturus erat ... in caelis, ... ei ostensa est).

b *in appellatione diei qui praecedit sabbatum, sec. gr. παρασκευή*: Itala Ioh. 19, 14 (cod. c *al.*) erat ... -o paschae (*cod. e* cena pura, *Vulg.* parasceue. *addas explicationes vol. X 1, 314, 78 sqq.*).

c *inversionibus pravis: pro voce gr. ambigua παράταξις*: Itala Iudith 16, 12 (Sangerm. 15, *sim. al.*) *hostes* perierunt a -e domini mei (*Complut.* secundum dispositionem; *rectius Vulg. 16, 14* perierunt in proelio a facie domini). I Macc. 3, 26 (rec. B) de -e exercitus Iudae loquebantur gentes (*Vulg.* de proeliis). *pro voce gr. ἑτοιμασία, quae textui hebr. vertendo non apte respondet (agitur de successoribus regum, qui hebr. dicuntur 'in locum' praedecessorum successisse; regni -em posteriori regi a priore factam intellexisse videntur Graeci, v. enim Theodoret. Cyr. ad l. Migne gr. 81, 1516A ἑτοιμασθεῖσαν)*: Itala Dan. 11, 7 (cod. 176) *successor* stabit de flore radicum eius *regis prioris* et -is eius (*aliter Vulg.*). 11, 20 (*ibid.*) stabit ad -em suam (*sim.* 11, 21 [*ibid. et Wirc.*]. *Vulg. utrobique* in loco eius).

B *respiciuntur qui se vel animum suum praeparant*: Cic. Tusc. 3, 30 multum potest provisio animi et -o ad minuendum dolorem. off. 1, 73 in omnibus ... negotiis priusquam adgrediare, adhibenda est -o diligens. Itala psalm. 9, 38 (Veron. *al., sim.* Vvlg.) -em cordis eorum *pauperum* exaudivit auris tua ([*gr. ἑτοιμασίαν, Sangerm.* desiderium]. Avg. in euang. Ioh. 113, 4 *Christi* praecepta ... non ostentatione corporis, sed c. -e facienda [*ad Matth. 5, 39 ut* c. Faust. 22, 79 p. 682, 4; *cf.* 22, 76 p. 674, 11 hanc -em non esse in corpore, sed in corde]. in psalm. 56, 15). Schol. Stat. Theb. 4 argum. p. 187, 19 -o Eteoclis contra fratrem. Rvfin. apol. Orig. 7 p. 596B qualis fuerit uniuscuiusque -o in hac vita, talis erit et resurrectio eius. Avg. serm. coll. Morin p. 404, 12 -em eius *Iohannis* deus noverat (*antea*: animus praeparatus). Leo M. serm. 91, 1 quantum haec -o (*sc. ieiunium*) ... *hominum* interiora purificet. Sacr. Gelas. 790 M. (*sec. Matth. 25, 1 sqq.*) *ut virgo consecrata* caelestem sponsum accensis lampadibus cum oleo -is exspectet. *al.*

II *in sermone gramm. et rhet. de figura, qua praeparantur postea tractanda et conciliatur animus auditoris (ad rem v. Lausberg, Handbuch der lit. Rhetorik § 854; cf. etiam p. 753, 72. 755, 80. 756, 6. 758, 30; addidimus exempla usus laxioris, e. g. l. 51)*: **A** *definitiones*: Qvint. inst. 9, 2, 17 (*inter species praesumptionis enumerantur*: praemunitio, confessio, praedictio, emendatio) frequentissima -o, cum pluribus verbis, vel quare facturi quid simus vel quare fecerimus, dici solet. Ps. Ivl. Rvf. schem. dian. 3 *προκατασκευή* est procatalepsi proxima, cum rei, de qua acturi sumus, colorem praeparamus atque praetendimus; ... haec figura dicitur latine -o (Fortvn. rhet. 2, 15 p. 110, 22 quid est proparasceue, sive -o sive praestructio? procatasceua est, qua iudicem nobis praeparamus *eqs.* Svlp. Vict. rhet. 31 p. 329, 31). Fortvn. rhet. 2, 20 p. 113, 28 proparasceue, id est -o, ipsam rem tractat, qua iudex concilietur; ananeosis autem ad rem audiendam iudicem praeparat.

B *exempla cetera*: Sen. contr. 7 praef. 3 *mala est* manifesta -o; ... moderatio est adhibenda, ut sit illa -o, non confessio (*cf.* Qvint. inst. 4, 2, 57 optimae ... -es erunt, quae latuerint. 5, 13, 51). Sen. epist. 58, 6 quid sibi, inquis, ista -o vult? Qvint. inst. 3, 9, 7 expositio ... probationum est -o (*item c. gen. obi.*: 5, 13, 58 -o ... aut confirmatio aliquando totius causae est, aliquando partium. Don. Ter. Phorm. 238 ['illud ... expediam'] vide -em futurae defensionis *eqs.* Serv. Aen. 12, 124 bona prooeconomia et rei futurae -o. *al.*). 4, 1, 72 *prooemium* supervacuum ... est, si sit praeparatus satis ... iudex aut si res -e non egeat. 4, 3, 9 frequenter utilis ante quaestionem -o, utique si prima specie minus erit favorabilis. *al.* Tac. dial. 19, 3 longa principiorum -o ... *olim* in honore erat. Don. Ter. Andr. 352, 3 'scio': -o est auditoris ad eam narrationem, quae *eqs.* (Hec. 174, 2 ad futurum errorem. Phorm. 83, 2 ad rerum difficultatem imminentium. *al.*). Phorm. 70, 1 bona -o. Fortvn. rhet. 3, 2 iudicibus omnia infirma esse credentibus ... quid faciemus? -e uteremur. Schol. Cic. Bob. p. 119, 27 vigilantissime -bus instructa narratio est. Gron. D p. 305, 5 -o a loco vel argumentum ex facultate: non potuisse (*sc. Roscium occidere patrem suum*). *al.*

praeparātō *v. p. 760, 70.*

praeparātor, -ōris *m.* *a* praeparare. *legitur inde a* Tert., Avg.; *in sermone gr. infra sub 3.* [*vix recta var. l.* Epist. Alex. l. 31 H., *v. vol. IX 2, 933, 17.*]

i. qui praeparat: **1** *de Iohanne baptista (sec. Matth. 3, 3 al.)*: Tert. adv. Marc. 4, 11 p. 450, 1 Iohannes, secundum Esaiam (*40, 3*) ... -r viarum dominicarum per denuntiationem ... paenitentiae (4, 33 p. 532, 9 antecursor et -r [*cf.* Avg. serm. 351, 2 praecursor et -r]. Avg. bapt. 5, 10, 12 p. 273, 7). Max. Tavr. serm. app. 9 p. 861D cui -is credit *dominus* officium. Apon. 3 p. 48. **2** *de deo (e coni. dub.* -r *pro* praeparationis Iren. 2, 2, 3, *v. Rousseau-Doutreleau, notes iustificatives ad p. 39 n. 1 editionis)*: Nicet. appell. 2 *deus* aeterni ignis -r est. Petr. Chrys. serm. 163, 2 *homo*, noli laborare caduca praeparando, quia prandii tui semper ... deus -r adsistit (*respicitur Luc. 12, 22 sqq.; cf.* Evseb. Emes. serm. 18, 6 nonne escae aliae aliis succedentes ... ostendunt -em deum?). Mvtian. Chrysost. hom. 23, 3 p. 382/3 quorum bonorum -r et opifex deus est (*gr. p. 163 ἑτοιμαστὴς καὶ παρασκευαστής*).

3 *de variis*: Op. imperf. in Matth. 3 p. 646 venit Iohannes quasi magni regis -r (*de metatoribus sim. ut*: p. 647 quemadmodum ... regi aliquo in expeditionem venturo -es praecedunt. *abiit in sermonem gr.* Ps. Mavric. strat. 2, 12 *ἀντικένσορας ἤτοι* [*πρεπαράτορας*] [*corrupte trad.*]. *cf. p. 758, 46*). Verec. in cant. 2, 43 l. 114 D. scripturarum sanctarum ... intellegentiam para, ut talis intellector habearis, qualis fueris -r (fuerit *cod.*).

f. **praeparātrīx,** -īcis. *i. quae praeparat*: Op. imperf. in Matth. 15 p. 716 *eleemosyna* mediatrix est et -x viae ante faciem orationis, ut ... oratio praeparatum *ab illa* locum ... inveniat.

praeparātōrius, -a, -um. *a* praeparare. *i. q. praeparans (de interdicto; vox formata est sec. iuncturas sollemnes* interdictum restitutorium *sim.*): Vlp. dig. 43, 30, 3, 1 prius interdictum ... -um est huius interdicti (*cf. 43, 20, 1, 44* praeparat hoc i. causam).

praeparātrix *v.* praeparator. **praeparātum** *v.* praeparo.

praeparātūra, -ae *f.* *a* praeparare. *i. q. praeparatio*: **1** *de actione praeparandi*: Tert. anim. 43, 9 et in his (*sc. in esu et potu*) plurima somni -a est. adv. Marc. 4, 13 p. 458, 5 eius erit res, apud quem invenitur rei -a. 4, 18 p. 478, 16 *portio spiritus sancti* in Iohanne egerat -am viarum dominicarum. **2** *metonymice de re praeparata, sc. apparatu, instrumento sim. (in cod.* Lugd. *pro gr. ἀποσκευή, cui respondent ibid. etiam* impedimenta *vel* apparatus, *e. g. num. 32, 16 et 26*): Itala num. 31, 9 *Israelitae* praedaverunt mulieres Madiam et -am eorum ... et omnes possessiones eorum (*Aug. quaest. hept. 4, 62* supellectilem, *Vulg.* parvulos). 32, 17 habitabit -a nostra in civitatibus muratis (*Vulg.* parvuli nostri et quicquid habere possumus).

1. praeparātus *v.* praeparo.

2. praeparātus, -ūs *m.* *a* praeparare. *i. q. praeparatio (sc. de actione praeparandi, sed metonymice de ipso apparatu* Schol. Lucan.): Vell. 2, 76, 3 adventus ... Antonii -sque (par-, appar- *coniciebatur olim*) contra eum Caesaris habuit belli metum. Gell. 10, 11, 7 in -u rei rusticae (*inde* Macr. Sat. 6, 8, 12). Pavl. Nol. epist. 34, 10 excludis hiemem vestium -u. Cassiod. inst. 2 praef. 5 aurium -us (*v. vol. II 1299, 8 sqq.*). Schol. Lucan. B (Acme 28, 1975, 97) 2, 354 sine -u nuptiali (*nisi est medii aevi*). *Suter.*

praeparcus, -a, -um. *a* prae *et* parcus. [*edebatur olim* -a ... subtilitas *pro* parca ... s. Cod. Iust. 2, 7, 25 pr. (*a. 519*).] *i. q. admodum vel nimis parcus*: Plin. nat. 11, 67 *apes*, cum sensere eximi mella, avide vorantes, cetero -ae (*opp.* prodigas; *cf. Arist. hist. anim. 623b22 φειδόμεναι καὶ ἀποτιθέμεναι. ceterum cf. vol. X 1, 342, 39 sqq.*). 22, 110 *mulsum esse* bibendum alsiosis, item animi humilis et -i (praeparet *var. l.*), quos *scriptores quidam* ... dixere micropsychos. Isid. orig. 10, 75 dirus: -us et teter. *Bk.*

***praeparo,** -āvī, -ātum, -āre. *a* prae *et* 1. parare. *scribitur* pre- *in codd. antiquis* Itala Luc. 12, 47 (cod. ff2). Oribas. syn. 1, 28, 1 Aa p. 82, 5 Mø. *al.* Not. Tir. 32, 65 -at. *imperat. praes. mediopass.* -are Vvlg. Am. 4, 12, -amini Ier. 50, 14. *de notione (cf. etiam p. 758, 20)*: Char. gramm. p. 397, 28 B. -are prius, comparare undique parare. Cassiod. in psalm. 64, 7(8) -are ... non dicimus, nisi quod ad competentes alios usus necessaria qualitate providetur. Isid. diff. app. 163 -at qui desiderium rei praeit parando; apparat qui parato adicit *eqs.* Gloss. II 316, 6 *ἑτοιμάζω*: -o, paro, comparo, meto (*sc.* metor, *cf. p. 758, 46*). 396, 20 *παρασκενάζω*: ⟨par⟩o(*?*), -o, instruo, apparo, conparo. 417, 41 *προετοιμάζω*: -o. *al.* *legitur in oratione soluta passim inde a* Cic., Varrone, *exceptis* Sall., Nep., Scrib. Larg. *al., frequentant e. g.* Liv. (*maxime p. p. p.*), Colvm.; *verbum dactylis male aptum invenitur in poesi raro, sc. singulis vel binis locis apud* Hor., Pers., Lvcan., Mart., Avson., Comm., *ternis apud* Prvd., Clavd. [*in codd. variat maxime cum* parare, *e. g.* Cic. inv. 1, 46 Flor. epit. 4, 11, 9, *eiusque compositis ut* reparare, *e. g.* Plin. epist. 2, 1, 5 (*restituitur* Liv. 44, 38, 11), *ceterum cum* properare *e. g.* Sen. nat. 2, 12, 3 Colvm. 9, 8, 8.]

I *vi praeverbii plus minusve vigente i. q. antea parare (usu communi praeverbium indicat aliquid [aliquem] fini cuidam vel usui sim. futuro parari, sed p. 755, 33 illustrat seriem actionum; respectus temporis augetur adv.* ante Caes. Gall. 5, 9, 4 Liv. 1, 47, 9. 4, 53, 4 *et saepius.* Cels. 7, 26, 2B Cvrt. 8, 14, 31. *al.*, antea Hil. trin. 9, 39; *distinguitur a* parare *p. 755, 23; gr. respondere solent ἑτοιμάζω aut παρασκενάζω [maxime si accedit struct. verbalis], quae infra non adnotavimus; pro subi. sunt fere animantes, raro res, e. g. p. 753, 15. 754, 37. 756, 32. 36, sed saepe exstat struct. pass. non indicato -ante)*:

A *-antur res definitae*: **1** *incorporeae*: **a** *quaelibet (sc. inceptis, conatibus sim., sed etiam solo consilio, e. g. p. 753, 24. 41. 43. al.)*: *α pro obi. sunt ipsa futura (sc. actiones efficiendae, status consequendi sim.; mala praecavenda fortasse l. 81)*: Ⓘ *pron. vel subst.*: Cic. inv. 1, 46 impiis apud inferos poenas esse -tas (paratas *var. l.*; *cf.* Itala [= Vvlg.] IV Esdr. 8, 59 Weber sitis et cruciatus, quae -ta sunt. Clavd. Don. Aen. 2, 155 p. 169, 9 supplicium [Chrysost. hom. III 816D, *ubi Migne gr. 49, 374 κόλασιν φέρει*]). S. Rosc. 22 cum *Sulla* eodem tempore et ea quae praeterita sunt ⌊reparet⌋ (*cod. Lambini, om. cett.; coni. alii alia*) et ea quae videntur instare -et (*sc. tam moliendo quam cavendo?*). off. 1, 27 quae meditata et -ta inferuntur *ab iniuriam faciente.* Liv. 22, 22, 17 in -tas sua fraude insidias ducit *custodes* (29, 33, 3 ab tergo. Cvrt. 6, 7, 31 in caput meum. Frontin. strat. 2, 5, 35.

[Wiesinger]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

al.). 37, 26, 4 per occasionem fraude -tam. 40, 24, 1 fuga per Paeoniam -ta (FLOR. epit. 4, 11, 9. *al.*). VAL. MAX. 1, 7 ext. 2 -ti ... adversus caput suum veneficii ... suspicionem. SEN. dial. 10, 14, 1 *philosophi* nobis vitam -verunt. CVRT. 8, 5, 10 sicut -tum erat, sermonem ... instituit. COLVM. 11, 2, 54 magna sementis -atur. PERS. 6, 12 *non curo*, quid -et auster infelix pecori. PLIN. nat. 10, 105 *columbae offulam salsiorem* pullis ... in ora inspuunt -antes tempestivitatem cibo (*Arist. hist. anim. 613a4 προπαρασκευάζων*). QVINT. inst. 7, 1, 35 *Milo Clodium occidit* subita ... pugna, non -ta. PLIN. epist. 3, 4, 8 libertati venia obsequio -atur. SVET. Tib. 38 profectionem. *al.* APVL. met. 10, 23, 1 novum spectaculum. PAPIN. dig. 5, 2, 15, 1 post litem de inofficioso -tam ... decessit (VLP. dig. 40, 12, 7, 5. *al.*). VLP. dig. 5, 2, 6, 2 iam ... coepta controversia vel -ta (COD. Iust. 2, 7, 26, 6). 43, 20, 1, 44 non ... -at hoc interdictum causam. TERT. adv. Marc. 4, 25 p. 508, 19 cui nullam de maioribus fidem aliqua minora -verunt (IREN. 3, 21, 3 ex quibus *scripturis* -vit et praeformavit deus f. nostram). ITALA Philem. 22 (cod. d *al.*) -a mihi hospitium ([*Vulg.* para; *cf.* HIER. *ad l.*: *Paulum non fuisse* tantis sarcinis occupatum, ut -to egeret h. *eqs.*]. CYPR. epist. 6, 4 [*in imag.*] *Rogatianus* h. vobis in carcere -vit et metator ... vester ... vos antecedit). FIRM. math. 6, 9, 6 matri ex ista coniunctione citum mortis -atur exitium (*sim. ibid. saepius*). EVTR. 6, 24 ingens bellum -verant *filii Pompei* (VEG. mil. 3 prol. qui desiderat pacem, -et b. [*v. Otto, Sprichw. n. 244*]. VVLG. II par. 35, 22). 10, 5 Constantinus ... omnia efficere nitens, quae animo -asset. *et saepe.*

b *accedunt aliae structurae* (*vix huc trahas l. 40*): Tert. pudic. 7 p. 231, 26 -uit unius ... salutem ... quam illorum (Pavl. Pell. 168 reus culpae potius q. criminis esse -ens. Orig. in Matth. 15, 21 p. 413, 2 -uit multas possessiones habere in terris q. esse perfectus in deo). Vita Anton. 14 p. 30, 22 nihil ... -ere ... dilectionis Christi (prop- *trad.; ad gen. compar. cf. gr. μηδὲν ... προκρίνειν τῆς ... ἀγάπης, sed Euagr.* amori ... anteponendum). Didasc. apost. 30, 30 nolite ... -ere ⌊a⌋ (dei *Hauler*) verbo necessitates temporariae vitae vestrae (*cf. Tidner, Komm., 1938, 153 sq. 176, qui affert gr. Const. apost. 2, 59, 2 προκρίνετε τοῦ ... λόγου*). Evseb. Emes. serm. 26, 28 suam voluntatem ante salutem filiorum -ens. Cassiod. hist. 6, 38, 1 pecunias ... felicitate verae fidei -entes (prop- *trad.*; felicitati *cum codd. rec. Hanslik, sed ad abl. compar. cf. gen. compar. Socrat. 3, 13 τῆς ... εὐδαιμονίας προκρίναντες*). Caes. Arel. serm. 104, 5 Sara ... super Agar ... -itur.

c *vario usu*: Acc. trag. 488 an ego Vlixem obliscar umquam aut quemquam -i velim? Rhet. Her. 2, 28, 45 non ... necesse est, si alteros -as, alteros vituperare (*item iunguntur opposita*: Calp. decl. 22 repudiatur. Ps. Hil. libell. 19 p. 90, 15 respuenda. Orig. in Matth. ser. 89 p. 205, 11 spernamus. *sim.*: Prisc. rhet. 8, 26 p. 557, 33 quando alterutrum -imus conparando; ... quando alterutrum vituperantes alterutrum laudamus [*Hermog. progymn. 8, 43 προτίθεμεν*]). Varro rust. 2, 5, 10 qui *boves* ... -endi *sunt.* Vlp. dig. 42, 8, 2. Tert. ieiun. 2 p. 276, 23 iustitiae ... opera. patient. 9 p. 14, 17 -endus est ... respectus denuntiationis apostoli. *al.* *-untur crimina, sc. quae gravissima iudicantur*: Tert. pudic. 12 p. 242, 10 quod haec *crimina* sola -ant ... non remissibilia.

2 *speciatim*: **a** *in re amatoria et coniugio sim.*: Plavt. Trin. 648 amorem tuom uti virtuti -res (*item -itur amor vel amata rei incorporali*: Ov. epist. 5, 97 patriae -ere raptam. 15[16], 165 regnis ... te *Helenam.* 16[17], 136 Iunonis honores ... *non* -isse bonis *Helenae*). Ter. Hec. 583 quo pacto me habueris -tam amori tuo. Eun. 139 se iri -tum tibi apud me (*cf.* Evgraph. Ter. Eun. 140 ut ... miles apud meretricem in amore -atur). Catvll. 81, 5 quem tu -ere nobis audes. Ov. epist. 4, 36 Hippolytum ... -tura Iovi. met. 8, 137 (*de Pasiphaë*) taurum ... tibi (*i. Minoi*). 14, 336 *Canens nympha* -to cunctis ... tradita Pico est (*item -itur sponsus aemulo, sc. a patre*: Cvrt. 4, 11, 20 me Mazaeo generum). *al. apud eundem.* **b** *in philosophia* (*sc. non nisi apud* Cic.; *saepius spectat ad ea, quae a Stoicis προηγμένα appellantur; v. etiam p. 778, 25 sqq.*): Cic. fin. 2, 114 si in ipso corpore multa voluptati -enda sunt, ut ... valetudo. 3, 56 *in vultu sim.* sunt et -enda quaedam et reicienda. 3, 57 bonam famam ipsam propter se -tam et sumendam esse. 4, 72 in rebus -tis (*disting.*: bonis). 4, 73 bonum ex quo appellatum sit, nescio, -tum ex eo credo, quod -atur aliis (*n. pro subst. v. etiam p. 472, 51 sq.*). 5, 88 *Zeno* Metelli vitam negat beatiorem quam Reguli, -endam tamen *eqs.* Lael. 20 divitias alii -unt, ... alii potentiam *eqs.* off. 1, 155. *al.* **c** *in rebus iudiciariis* (*sc. -itur is, qui potior in hereditate vel pignore habendus est*): Pavl. dig. 15, 1, 52 pr. nullum privilegium -i patri vel domino potest ...; plane in ceteris creditoribus habenda est ratio privilegiorum. Cod. Theod. 9, 7, 7 *opp.* postponatur. Cod. Iust. 8, 17, 4 (*a. 215*) -i rem publicam iure pignoris (*cf. 8, 17 rubr.* potiores in pignore). 5, 9, 6, 9 (*a. 472*) liberis ... -endis (*antea opp.* posterior habeatur). 8, 17, 11, 1 (*a. 472*). Inst. Iust. 3, 3 pr. lex duodecim tabularum ... -bat masculorum progeniem (*opp.* expellebat). 3, 7, 4 ut liberi ... extraneis heredibus ... -rentur. Lex Burg. Rom. 36, 1. *al.* **d** *respicitur gradus dignitatis sim. magistratuum*: Avson. 419, 60 p. 368, 392 P. cum universis mortalibus duo, qui fiant consules, praeferuntur, qui alteri -itur, non uni, sed omnibus antefertur. Cod. Theod. 6, 26, 4 ut ... habeantur, qui ... dioeceses ... temperarunt, ... insequentibus -endi, qui vicarias postea administraverint. Cod. Iust. 12, 7, 2, 5 (*a. 440/1*) *primicerius* omnibus vacantibus quamvis tempore praecedentibus -endus. 12, 8, 2, 2 (*a. 444; syn.* anteponi, praeferatur). *al.*

B *vi comparandi minus manifesta vergit in vim extollendi, efferendi* (*sc. laudando, honorando; cf. opp.* vituperare Rhet. Her. *sub A1c; hic usus fortasse ad analogiam verbi q. e.* praeferre *ortus est, cf. p. 612, 64*): Tert. orat. 27 p. 198, 17 quod -endo et honorando deo conpetit. Patric. conf. 11 me in hoc *libro conscribendo* -ere. Epist. Austras. 8 p. 120, 8 cum potestates *regis* ... laudant, cum ... ipsum -it *imperator.* p. 122, 9 *rex*, quem mundus sic -it.

II *pertinet ad quemlibet ordinem instituendum, i. q. aliquem (aliquid) primo vel priore loco ponere; ordo spectat ad*: **A** *regendos, ducendos homines vel locos* (*hic illic etiam ad eos, quibus quis praesidio sim. est, e. g. p. 771, 7 sq. 62. 83; -untur plerumque homines, dei p. 771, 6 sqq., res et incorporea v. p. 771, 24. 34. 75. 772, 2; cf. etiam l. 77*): **1** *indicatur, cui quis -atur*: **a** *per dativum*: *α in re militari et in rebus publicis* (*loci selecti*): Ⓘ *imperatur ipsis hominibus*: Cic. inv. 1, 58 cui *exercitui* -tus est sapiens ... imperator (Liv. 23, 38, 11 L. Apustio legato e. -to. Ivv. 10, 92 Svet. Tib. 32, 1. *al.*). Manil. 33 classis ea, cui consul ... -tus esset (Liv. 30, 2, 3 Tac. hist. 2, 100, 3 Svet. Tib. 4, 1. *al.*). rep. 2, 47 quibus est -tus *rex.* 4, 6 nec ... mulieribus praefectus -atur. Caes. Gall. 6, 40, 4. Liv. 3, 69, 8 bini senatores singulis cohortibus -ti (Svet. Claud. 28 c. et alis. *cf.* Aug. 38, 2 alis). 8, 25, 13 praesidio ... tribunus militum -tus (Frontin. strat. 3, 10, 7. *al.*). 31, 21, 8 legionibus M. Caecilius, equitibus L. Valerius ... -ti (40, 27, 6 Tac. Agr. 7, 3. *al.* Svet. Nero 15, 2 Tit. 4, 3. *al.*). Pavl. Fest. p. 55. Vell. 2, 88, 2 urbis custodiis. Sen. clem. 1, 7, 2 hominem hominibus -tum. Tac. hist. 1, 46, 1 vigilibus. 2, 92, 1 praetorianis (4, 68, 2 *bis*). Svet. Cal. 55, 2 custodibus. *al.* *-itur res pro persona*: Cod. Iust. 1, 17, 2, 18 imperialem fortunam rebus humanis (*i. imperatorem hominibus*) deus -uit. Ⓘ *imperatur locis variis*: Cic. Sest. 137 ut consilium senatus rei publicae -rent *maiores.* prov. 5 illis *hibernis* (*item castris sim.*: Caes. Gall. 1, 54, 3 Bell. Hisp. 32, 7 Liv. 4, 29, 4. *al.* Val. Max. 3, 2, 23 *castello. al.*). Lig. 4 cum *Q. Ligarius* efflagitatus a provincia -tus Africae esset (*item accedunt nomina propria*: Liv. 36, 12, 9 Cephallaniae. 37, 44, 6 Lydiae. *al.* Vell. 2, 112, 2 Illyrico. 2, 122, 1. Val. Max. 4, 7, 5 Placentiae. Sen.

[Ramminger]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

epist. 83, 14. *al.*). fam. 2, 15, 4 provinciae (SVET. frg. p. 355, 3 orientalibus. *al.*). LIV. 27, 15, 11 custodiae loci, cui -tus erat (*nisi ad B*). CVRT. 3, 1, 24 huic regioni. 9, 10, 20. *al.* *urbi -untur milites praesidio* (*nisi ad C1*): LIV. 7, 25, 12 duabus legionibus urbi (*i. Romae*) -tis.

β in religione: Ⓘ *paganorum (cf. p. 776, 69)*: *-untur dei* (*cf. etiam l. 29*): CARM. evoc. Macr. Sat. 3, 9, 8 *ut* mihique ... militibusque meis -ti sitis (*v. quae Mus. Helv. 43, 1986, 195 sqq. exposui; item praesidio*: OV. met. 9, 283 -tam ... parientibus Ilithyiam. *cf. B2*). PRVD. apoth. 196 quae ... superstitio *est* tam sordida, quae ... throno (*i. regno*) caeli -at Anubem? (*cf. 188* esse deum summum et super omnia). *-untur sacerdotes sim.*: CIC. div. 1, 76 quae -ta erat oraclo sacerdos. OV. trist. 3, 1, 68 custos ... -tus sancto ... loco. LAMPR. Comm. 10, 9 sacerdotio Herculis rustici (*nisi ad p. 772, 46*). Ⓘⓘ *Christianorum* (*-untur episcopi, abbates sim., cf. p. 777, 10 sqq.*): CYPR. epist. 16, 1 sibi *presbyteris* -tum episcopum. 63, 1 episcopos ... ecclesiis dominicis ... -tos. LACT. inst. 4, 30, 5 eos ferre -tos, quibus concupierant ipsi ante -i. HIER. hom. Orig. in Luc. 20 p. 122, 15 *presbyter* mihi ... -tus. CONC.^{S} II 3, 2 p. 96, 28 (*in relatione ad papam Leonem directa*) quibus tu tamquam caput membris -tus eras (*gr. II 1, 3 p. 117, 1 ἡγεμόνευες, alia vers. II 3, 2 p. 93, 31* praeeras). SIDON. epist. 7, 17, 4 illis *monachis*. STAT. eccl. ant. (Corp. Christ. 148, 173) l. 103 vir ... religiosis feminis -endus. *al.* *-itur caritas Christi ecclesiae*: HIER. epist. 51, 1, 4 (*Epiphan.*) etsi singuli ecclesiae episcoporum habent sub se ecclesias ..., tamen -retur omnibus caritas Christi (-itur *var. l.*; -i meretur *Hilberg*).

γ vario usu: CIC. har. resp. 25 omne servitium ... in alteram scaenam inmissum, alteri -tum, ut alter consessus potestati servorum obiceretur, alter servorum totus esset. rep. 6, 26 *mens deus est, si* est deus, ... qui tam regit ... id corpus, cui -tus est, quam ... mundum *deus summus*. COLVM. 11, 1, 3 vilicum fundo familiaeque -i. VLP. dig. 33, 7, 8 pr. qui ... -ti ... sunt is *servis*. MARCIAN. dig. 32, 65 pr. piscatoribus. ITALA I Tim. 2, 12 (Cypr. testim. 3, 46) mulieri non permitto ... -tam esse viro (superpositam esse *var. l., gr. αὐθεντεῖν*, dominari *Vulg.*; *inde* Ps. HIL. libell. 11 p. 85, 4). *al.* *-untur res* (*sc. quasi dominantes sim.; cf. etiam l. 19. 75*): CIC. fin. 4, 39 *ratio* non discedit ab eorum curatione, quibus -ta vitam omnem debet gubernare ([*antea*: in dominatu locatur]. SEN. epist. 92, 1 illa ... divina r. omnibus -ta est). AVG. civ. 15, 7 p. 70, 2 D. tunc ... dominabitur quisque peccato, si id sibi non defendendo -erit, sed paenitendo subiecerit. in psalm. 62, 18 *qui terrena cupit*, quia terram sibi -uit, terram super se posuit et se subter fecit.

b *per ablativum* (*localem; quam structuram saepe addubitatam tamen confirmari putamus et* LIV. *l. 53 et* FRONTIN. strat. 2, 3, 16 equitatum ... in cornua divisit et dextro Romanis equitibus Laelium, sinistro Numidis Masinissam -uit): CAES. civ. 3, 89, 3 sinistro cornu Antonium, dextro P. Sullam, media acie Cn. Domitium -erat (mediae acie *Klotz*, mediae aciei *Meusel*, cornu *pro dat. accipientes; cf.* LIV. 42, 58, 12 dextro cornu). LIV. 25, 22, 5 D. Iunio ad ostium Volturni, M. Aurelio Cotta Puteolis -to. 27, 15, 15 illo loco (*Weißenborn cum P*, illi *nonnulli cod. et ed.*).

c *per structuras praepositionales, adverbiales, coniunctionales* (*cf. etiam l. 73*): CIC. Att. 8, 11^{b}, 1 in ea ora, ubi -ti sumus (*cf.* FEST. p. 340 ibi). LIV. 8, 36, 1 -to in urbe L. Papirio Crasso (*item cum abl.*: 37, 41, 1 in laevo *cornu*. ITALA Dan. 5, 7 [cod. 176 p. 44] tertius in regno meo -etur [*cf. 5, 16* principabis; *gr. aliter*]. VVLG. Ier. 41, 18. *al.*; *aliter l. 73; cum acc.*: VVLG. Sirach 17, 14 in unamquamque gentem *dominus* -uit rectorem). PAVL. dig. 1, 15, 3 pr. (*interpol., v. Enßlin, RE XXII 1341*) -tis eis *cohortibus* tribunis et super omnes spectabili viro, qui praefectus vigilum appellatur (ITALA gen. 41, 34 [cod. 101] s. terram [*gr. καταστησάτω, Vulg.* constituat]. Iudith 9, 3 [cod. 131] -isti servos s. potentes [*gr. ἐπάταξας, var. l. ἐπέταξας, Vulg. aliter*]. Ps. PHILO antiq. 39, 1. *al.*; *tutelae causa*: VITA Melaniae [BHL 5885] 35 s. pauperes [*gr. aliter*]). AVG. c. Parm. 2, 11, 23 p. 73, 10 cum aput eos -tus esset (*nisi pro subst.*).

2 *non indicatur, cui quis -atur* (*add. aliae struct. l. 74*): CIC. Verr. II 5, 94 imperator ab isto *Verre* -tus. rep. 2, 62 in hoc statu ... erat penes principes tota res publica, -tis XViris nobilissimis, non oppositis tribunis plebis. Att. 14, 9, 3. NEP. Thras. 1, 5 triginta tyranni -ti a Lacedaemoniis. LIV. 25, 34, 8 relicto ... praesidio ... -toque Ti. Fonteio legato. 40, 27, 3 TAC. Agr. 14, 1. Germ. 30, 2 multum ... *inter Chattos* rationis ac sollertiae: -ere electos, audire -tos. ann. 3, 74, 3 centuriones virtutis expertae. CYPR. epist. 3, 1. sent. episc. praef. *Christus* solus habet potestatem ... -endi nos in ecclesiae suae gubernatione (*item add., ad quid*: PRISCILL. tract. 5, 87 domino rerum omnium homine -to [*cum praedic. ut p. 772, 3*]). *al.* *obi. est res ducis vice fungens*: VARRO ling. 10, 1 primo libro, quae dicerentur, cur dissimilitudinem ducem haberi oporteret, dixi, secundo ..., quae dicerentur, cur potius similitudinem conveniret -i (*nisi i. q. praeferri, quod intellegere vid. Kent*).

3 *structuris duplicibus indicatur et cui quis -atur et ad quid*: ITALA III reg. 2, 15 (Complut. = *var. l. Vulg.*) me -erat ... Israhel sibi in regem ([*gr. ἔθετο, Vulg. cod. plerique* proposuerat]. *sim. struct.*: Ps. PHILO antiq. 5, 1 sibi in principem). Luc. 12, 42 (Iren. 4, 26, 5) super familiam ... ad danda eis cibaria (*gr. καταστήσει, Vulg.* constituet). VVLG. I par. 26, 32 Rubenitis ... in omne ministerium dei et regis. AVG. conf. 13, 20, 26 *aves* volantes super terram iuxta firmamentum libri tui, -to illo *libro* sibi ad auctoritatem, sub quo volitarent. SVLP. SEV. chron. 1, 53, 5 eisdem ... rex Sedechias -tus *est* (*item struct. praedic.*: 2, 26, 6 procuratorem eis Antipatrum. GREG. M. epist. 4, 18 in ... monasterio te ... abbatem. ISID. reg. monach. 13, 1 quibus *fratribus* unus est -endus decanus quasi rector. *cf. l. 8 et p. 771, 74*). *insuper additur inf. fin.*: ITALA act. 20, 28 (Anon. proph. p. 22, 416 *al.*) adtendite ... universo gregi, in quo vos spiritus sanctus episcopos -uit regere ecclesiam (*gr. ἔθετο, Vulg.* posuit).

B *administrandas res* (*fere actiones, struct. dupl. v. l. 8; locis -tos v. sub A*): **1** *-untur homines* (*angeli l. 75, diabolus l. 51, draco l. 37, virtutes sim. hominis l. 45. 60*): **a** *indicatur, cui rei quis -atur*: *α structura sollemni per dativum*: Ⓘ *agitur de negotiis publicis, militaribus sim.*: CATO or. inc. frg. 2 (237 M.) communem rem agi putatote et vos huic rei -tos esse (*cf.* LVCAN. 7, 283 Hesperiis ... rebus). CIC. Manil. 63 bello praedonum (leg. agr. 2, 23 TAC. hist. 2, 23, 5. *al.*). leg. agr. 2, 46 labori et negotio -i an praedae et quaestui (fam. 13, 4, 4. CAEL. Cic. fam. 8, 5, 1 publico. SVET. Aug. 33, 3 provinciae negotiis. VERVS Fronto p. 125, 6 v. d. H. *al.*). Mil. 23 *si* ei lecti iudices *sunt* isque -tus quaestioni, qui *eqs.* (*cf. 22* quaestioni praeesse). de orat. 2, 41 muneri. CAES. civ. 3, 5, 4 officio maritimo (3, 8, 2. TAC. Agr. 19, 3 officiis et administrationibus). LIV. 36, 22, 7 operibus atque oppugnationi. 40, 38, 7 agro dividendo dandoque (PAVL. FEST. p. 48. *item accedit gerund.*: TAC. ann. 2, 6, 1 fabricandae classi. 13, 8, 1 retinendae Armeniae. CHAR. dig. 50, 4, 18, 10 faciendis vel reficiendis navibus. *al.*). 40, 46, 1 (*de censoribus*) moribus nostris. SEN. dial. 3, 18, 4 centurio supplicio -tus. CVRT. 4, 8, 5 vectigalibus (TAC. ann. 15, 18, 3 publicis. SVET. Iul. 76, 3). TAC. Germ. 44, 3 libertinum ... armis. hist. 1, 20, 2 exactioni (SCAEV. dig. 20, 4, 21, 1). ann. 6, 11, 2 (*agit de institutione praefecturae urbis*) Augustus ... Maecenatem ... cunctis apud Romam ... -uit. *al.*

Ⓐⓘ *agitur de variis negotiis*: Ⓐ *per dat. solum*: CIC. Caecin. 58 libertus ... nulli tuo -tus negotio (COLVM. 1, 7, 5 *syn.* praeficiatur. IVLIAN. dig. 46, 3, 34, 3. VLP. dig. 14, 1, 1 pr. tabernae vel n. *al.*). Sull. 53 caedi. rep. 1, 70 cui *muneri*. VARRO rust. 1, 2, 14 (*de vilico et magistro pecoris*) qui utrique rei -untur (VLP. dig. 14, 3, 5, 11). SEN. Herc. f. 532 pomis divitibus -tus draco. COLVM. 1, 8, 1 officio (VLP. dig. 4, 9, 1, 3 *custodiae navis*). QVINT. inst. 2, 2, 14 *magistrum* studiis moribusque -tum (PAVL. dig. 26, 7, 12, 3 cum tutor non rebus dumtaxat, sed etiam m. pupilli -atur). AFRIC. dig. 12, 1, 41 kalendario. VENVL. dig. 21, 1, 65, 2 ministerio (Ps. APVL. Ascl. 11 m. obsequioque). GAIVS dig. 14, 3, 8 plerique pueros puellasque tabernis -unt (inst. 4, 71 VLP. dig. 14, 3, 3 tabernae ... an ... alii negotiationi. *al.*). SCAEV. dig. 14, 3, 20 mensae nummulariae. *al.* VLP. dig. 14, 3, 13 pr. merci (14, 6, 7, 11 PAVL. dig. 14, 3, 14). TERT. patient. 1 p. 1, 24 *patientia* -ta dei rebus. *al.* *de muneribus religionis*: VVLG. II par. 31, 14 Core ... -tus erat his, quae sponte offerebantur domino. AVG. epist. 211, 13 cellario ... vestibus ... codicibus. GREG. M. epist. 11, 17 mensis pauperum et exhibendae diaconiae. REGVLA mag. 11, 4 fratrum curae. *-itur diabolus* (*cf. p. 777, 72 sqq.*): VISIO Pauli 16 rec. Sang. p. 134, 20 S. tradatur *anima* angelo tartari, qui -tus est poenis (*sim.* rec. P p. 19, 20 J., *gr. aliter*). Ⓑ *accedit gerund.* (*cf. l. 23*): MANIL. 5, 363 domibus ... regendis. AFRIC. dig. 14, 1, 7, 2 *merci* emendae (VLP. dig. 14, 1, 1, 3 m. e. vel vendendis). PAPIN. dig. 14, 3, 19 pr. mutuis accipiendis pecuniis (VLP. dig. 14, 3, 13 pr. 17, 1, 10, 5 [*ex Papin.*]. PAVL. dig. 14, 5, 8 dandis. COD. Iust. 8, 42, 19 [*a. 294*]). PAPIN. dig. 14, 3, 19, 3 pecuniis faenerandis (VLP. dig. 14, 3, 5, 2 [*e Labeone*]. *al.*). *al.* VLP. dig. 7, 1, 15, 1 stercorandis latrinis. 13, 7, 11, 5 pecuniis exigendis (46, 3, 18 PAVL. dig. 44, 4, 5, 3. *al.*). *al.* PAVL. dig. 14, 3, 16. TERT. paenit. 2, 6 paenitentiam ... purgandis mentibus -tam (*cf. 2, 7 paenitentia* negotium divinae misericordiae curans). *al.*

β per structuras praepositionales: ALF. dig. 50, 16, 203 ad eius corpus tuendum ... -ti destinatique (PAPIN. dig. 16, 1, 27, 1 ad negotiationem. VLP. dig. 14, 3, 5, 12 ad mercium distractionem. *al.* PAVL. dig. 14, 3, 18 ad eundem actum. MARCIAN. dig. 32, 65 pr. [*e Labeone*]. RVFIN. Orig. in psalm. 38 hom. 1, 1 ad aperiendas ianuas templi. *al.*). GAIVS dig. 20, 6, 7, 1 *actor, qui* in id -tus est (*item cum acc.*: VLP. dig. 14, 1, 1, 7 in eam rem. *al.* PAVL. dig. 14, 5, 8. *cum abl.*: VLP. dig. 14, 3, 5, 3 in mensa. 14, 3, 11, 5. GAVDENT. serm. 9, 40 G. in illis ... nuptiis. COD. Iust. 7, 4, 17, 1). PAVL. dig. 14, 3, 16 propter fructus percipiendos, non propter quaestum. MARCIAN. dig. 32, 65 pr. (*e Labeone*) negotii exercendi causa. ITALA Tob. 1, 22 (*vel* 24; Vat.) qui erat -tus super annulis et procurator domus ([*gr. et Vulg. non resp.; vix pro subst.*]. *at cum acc.*: Iudith 12, 11 [Complut.; *gr. ἐφεστηκώς, Vulg. non resp.*]. IREN. 5, 24, 4 [*de angelis ut*: Ps. PHILO antiq. 61, 5. *al.*]. VVLG. Ier. 37, 14. *al.*).

γ per enunt. vel inf. fin. (*enunt. fortasse laxius cum ipso verbo coniunctum est* [*cf. enunt. fin. p. 773, 11 sqq. 14. 17*]): LIV. 42, 27, 7 qui deduceret eas *naves* Brundisium, ... Licinus -tus *est* (PLIN. nat. 28, 11 qui favere linguis iubeat. TAC. ann. 6, 1, 2 [*ex corr.*]). SVET. Tit. 8, 4 quo quaeque maturius peragerentur. VLP. dig. 14, 1, 1, 12 si, ut certis mercibus eam *navem* locet, -tus est (33, 7, 12, 9 Ps. PHILO antiq. 9, 12). CASSIOD. var. 12, 11, 1 qui ... beneficia -itur erogare.

b *circumscribitur res, cui quis -itur, per praedicativum* (*sc.*

[*Ramminger*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nomen agentis, cf. l. 6): Cic. Verr. II 5, 126 *populus se* eius vos legis custodes ac vindices -isse dicet. Afric. dig. 14, 1, 7 pr. Stichum magistrum navis -uit (Gaivs inst. 4, 71. *al.*). Vlp. dig. 14, 3, 13, 2 si ... servum institorem -erint.

c *praeter rem administrandam additur*: α *praedicativum* (*cf. b*): Cic. Manil. 44 *Pompeius* bello -tus est imperator. Colvm. 1, 9, 1 *servos* magistros pecoribus (Afric. dig. 14, 1, 7 pr.). Itala gen. 47, 5 (Lugd.) -e eos principes iumentis nostris (*gr. κατάστησον, Vulg.* constitue). Greg. M. epist. 4, 35 quibus *ovibus* nos custodes. β *additamentum quoddam explicativum*: Cic. fam. 15, 4, 10 fratrem negotio -ui, ut *eqs.* (*item accedit enunt. fin.*: Itala I Macc. 1, 51 [rec. B = Vvlg.] -uit principes populo, qui haec fieri cogerent [*gr. ἐποίησεν ἐπισκόπους ἐπὶ πάντα, rec. L* fecit consideratores super populum]. Vvlg. exod. 1, 11). Petron. 71, 8 sepulcro ... custodiae causa, ne *eqs.* (*cf.* Vlp. dig. 4, 9, 1, 3 custodiae gratia navibus). Papin. dig. 46, 3, 94, 3 ad eam speciem solvendis pecuniis (Vlp. dig. 14, 1, 1, 12 navi ad hoc ..., ut. Pavl. dig. 14, 3, 18 tabernae ... ad emendum).

d *sine talibus determinationibus*: Sen. nat. 4, 6, 2 Cleonis fuisse publice -tos chalazophylacas, speculatores venturae grandinis. Svet. Tib. 42, 2 officium instituit a voluptatibus, -to ... Caesonio. Vlp. dig. 1, 16, 7, 1 curatores *templorum reficiendorum* ... -ere. 14, 3, 5, 18 si procurator ... institorem -erit. 14, 3, 7, 1 si mulier sit -ta. 14, 6, 7, 11 adversus eum, qui -uit. *al.* Pavl. dig. 12, 1, 29 (*ex Iuliano*). *al.*

2 *-untur dei* (*sc. qui auxilio, praesidio sint; cf. p. 771, 6*): Arnob. nat. 3, 23 puerperiis Iuno -ta est. 4, 8 cui rei deberet ... -i (7, 20 Avg. civ. 5, 21 p. 233, 9 D.). Avg. civ. 4, 8 p. 155, 22 D. sata frumenta ... -tam ... habere deam Seiam. p. 155, 25. 7, 14 p. 291, 22 *Mercurium et Martem* operibus hominum -erunt sermocinandi et belligerandi administros. *al. apud eundem.*

C *varia* (*neglegitur ordo p. 774, 33; huc spectare videtur* Gloss. III 460, 65 -us: *προβληθείς*). *opp. e. g.* postponere Pavl. Fest. p. 223 Cod. Theod. 9, 7, 7 Schol. Ter. p. 64, 6; subicere Bass. gramm. VI 269, 18. 19 Qvint. inst. 9, 4, 34 Scavr. gramm. VII 16, 5. 18, 5 Gaivs inst. 4, 34. *et saepe*; subiungere Prob. inst. gramm. IV 144, 23. Char. gramm. p. 294, 7 B. (*ex Palaemone*). Diom. gramm. I 417, 3. *al.*; inferre Qvint. inst. 9, 3, 62; inserere Vel. gramm. VII 68, 15.

1 *vi potius locali*: a *proprie*: Cic. leg. agr. 1, 20 non -itur huic urbi ista colonia *praesidii causa deducta*, sed opponitur (*cf.* Pavl. Fest. p. 223 praesidium est, quod pro ... salute alicuius auxilii gratia -itur; subsidium, quod postpositum est *eqs.*). de orat. 2, 320 ut aedibus ... aditus, sic causis principia ... -ere. Hor. carm. 1, 7, 7 fronti -ere olivam. Colvm. 8, 3, 5 vestibula *nidis* (8, 8, 3). *al.* Petron. 40, 1 toralia -erunt toris ([prop- *trad.*]. *tegendo ut*: Svlp. Vict. rhet. 8 p. 317, 13 [*in imag.*] quod quasi -to aliquo et praetento latebit). Gaivs inst. 4, 16 unde in centumviralibus iudiciis hasta -itur (prop- *var. l.; ad rem v. Kaser, Das röm. Zivilprozeßrecht, 1966, 37*). Ps. Qvint. decl. 17, 15 nullos ab introitu -o custodes. CE 1916, 3 (*saec. IV*) amni -tum ... montem. Chiron 475 *intestinum*, qui -tus est extali (*sim.* Veg. mulom. 2, 75). Consvlt. Zacch. 3, 8 p. 113, 10 sacris ... altaribus ... imaginum abominatio -etur (*cf. Matth. 24, 15*). *al.* b *translate* (*pertinet maxime ad statum excellentem, praestantem sim.*): Sen. benef. 3, 3, 2 quae nos aliis -uere (*item efficitur praestantia meritis, virtutibus sim.*: Min. Fel. 13, 2 *Socraten* universis *per imperitiam suam.* Firm. math. 3, 13, 1 aetate ... et merito. *al.*). Itala psalm. 123, 3 (cod. 136 Cas.) -batur ira eorum in nos (*gr. et Vulg. aliter; intellegimus 'praevalebat'*). Iren. 2, 28, 8 -tus ... pater *filio* (*ad Ioh. 14, 28* pater maior me). Avg. ord. 2, 19, 49 p. 182, 2 nihil aliud me pecori -it, nisi quod rationale animal sum (*antea*: melior *sum*). Cassiod. Ios. antiq. 4, 289 exercitus ... inter omnes ... animi audacia valde -tus (*cf. gr. διαφερόντων*). *al.*

2 *vi potius temporali*: a *generatim*: Cic. fat. 33 nec de Oedipode potuisse Apollinem praedicere nullis in rerum natura causis -tis (41). Ov. fast. 1, 44 mensibus antiquis -uit ... duos (*sim. -itur mensis*: Avson. 378, 8 p. 100 P.). Qvint. inst. 10, 3, 4 *natura* -uit ... pulcherrimo cuique operi difficultatem. Tert. ieiun. 6 p. 280, 26 *deus* -uit corruptelae divitiarum edacitatis enormitatem. Iren. 2, 13, 9 (*agit de ordine emissionum divinarum*). Avg. civ. 21, 26 p. 540, 10 D. nihil in aedificio -itur fundamento (*nisi ad I, sicut cetera in contextu obvia*). *al.* b *speciatim in sermone iuris antea statuitur aliquid tamquam lex, condicio sim.* (*hinc fortasse* Gloss.^{L} II Abav. co 247 constituere: -ere): Ivlian. dig. 30, 81 pr. quae *condicio* priore testamento -ta fuisset ([prop-, app- *var. ll.*]. Pompon. dig. 31, 11 pr. libertati a testatore datae -ta. 35, 1, 105 priori testamento. Scaev. dig. 21, 2, 69, 5 [*antea*: proposita]. *al.*). Pompon. dig. 38, 4, 13, 3 senatus huic negotio finem -uit. Vlp. dig. 47, 9, 1, 1 *praetor praeter criminum exsecutiones* forenses quoque actiones criminibus istis -uit (*si recte trad.*). *al.*

3 *vi ambigua*: a *in dictis, scriptis*: α *generatim* (*pro obi. est acc. c. inf. p. 774, 3*): Cic. de orat. 2, 320 *v. l. 40.* Lvcr. 6, 999 bene ubi haec confirmata ... omnia constiterint nobis -sta parata. Ov. trist. 1, 7, 34 versus in prima fronte libelli ... -endos esse (*cf.* Pont. 2, 5, 2 -ta ... salute). Sen. contr. 1, 2, 21 quas *sententias* -ui (1, 3, 9). 10, 3, 11 *quaestionem.* Vell. 2, 96, 1 -tis Gai ac Lucii nominibus (*item de nominibus propriis*: Tac. hist. 4, 39, 2 Svet. Iul. 20, 2 Symm. epist. 2, 35, 1). Cels. 7 prooem. 5. Colvm. 5, 3, 1 duas ... formulas -tis adiciam. Qvint. inst. 4, 2, 52 causas ac rationes factis. 9, 2, 41. *al.* Scavr. gramm. VII 18, 11 secundum -tae divisionis ordinem. Pompon. dig. 1, 2, 2, 38 lege duodecim tabularum -ta iungitur interpretatio, deinde subtexitur legis actio. Gaivs inst. 4, 34. *al.* *pro obi. est acc. c. inf.*: Prisc. gramm. III 356, 4 -o hunc optimum esse amicorum (*locutio ad exemplar Isocratis paneg. 4 formata, ubi προκρίνας, quod quamquam de opinione praesumpta dictum est, etiam de praefatione intellegi potest; quare dubitanter adiungimus loc. dub.* Macr. exc. gramm. V 619, 4 -amus [ponamus *Keil*] senatum ... consuli ... imperare *eqs.*).

β *speciatim in re grammatica vel metrica; -untur*: Ⓘ *litterae, syllabae, pedes*: Varro frg. Diom. gramm. I 515, 10 (*de octonario*) cum duo iambi pedes iambico metro -untur ([prop- *trad.*]. *item -untur metra sim.*: Bass. gramm. VI 269, 18 sive -ueris duos dactylos pedes sive subieceris *tetrametro epodo* [Qvint. inst. 9, 4, 102 dactylus ... spondeo]. Qvint. inst. 9, 4, 98. *al.*). Cic. orat. 158 (*spectat ad* in *privativum ut*: top. 48). Fest. p. 313 -ta s littera (*item -untur litterae*: p. 340 Qvint. inst. 1, 5, 12 Vel. gramm. VII 66, 2. *al.* Scavr. gramm. VII 12, 15. *al.*). Pavl. Fest. p. 32 Graeci ... adsueti magnis ... rebus -ere *βον.* p. 379 ve ... syllabam rei parvae -bant. Qvint. inst. 9, 4, 34. *al.* Ⓘ *praepositiones, voces variae*: Cic. Att. 7, 3, 10 non ... hoc (*i. 'in' praepositionem*) ut oppido -uì (*sc. in locutione 'in Piraeea'; item de praepositionibus*: Vel. gramm. VII 60, 16. 65, 3 *'de' praepositionem* plenam -i. Scavr. gramm. VII 30, 11 Don. gramm. IV 391, 1 Char. gramm. p. 300, 18 B. [*ex Palaemone*]. *al.*). Varro ling. 9, 54 (*-itur vox, a qua pendet gen.*). 9, 88 -emus hi mille, horum mille (*breviloquentia; forma plena*: 10, 8 -retur idem ac diceretur ... hic nemus. Don. gramm. IV 375, 15 pronomen vel articulus ... hic). Hor. sat. 1, 4, 59 quod prius ordine verbum est, posterius facias, -ens ultima primis. Rvt. Lvp. 1, 7. Qvint. inst. 9, 3, 62 -to verbo, ad quod reliqua respiciant. Prob. inst. gramm. IV 144, 23 quae *coniunctiones* -i et subiungi *debeant* (*item de coniunctionibus*: Char. gramm. p. 289, 23 B. [*e Cominiano*]. Serv. auct. georg. 1, 197 quamquam [Adnot. Lucan. 1, 354]. *al.*). Don. gramm. IV 400, 20 epitheton est -ta dictio proprio nomini ..., ut 'dira Celaeno'. *al.* *neglecto ordine verborum obi. est pars orationis, e qua alia pendet* (*huc rettulimus coll. e. g. l. 20. 24; sed fortasse hic usus a p. 771, 34 sqq. potius deducendus est, cf. p. 615, 12 sqq.*): Char. gramm. p. 293, 29 B. (*ex Palaemone*) si alius -itur sermo declinationis (*spectat ad vocem, quae in exemplo loco posteriore ponitur*).

b *in theologia et doctrinis philosophorum de eis, quae potius ordine logico praecedunt* (*dub., utrum de tempore an de loco sive priore sive superiore agatur*): Tert. adv. Hermog. 8, 1 -it illam *materiam* deo et deum ... subicit materiae. Avg. haer. 88 ut non eam *dei gratiam* libero arbitrio -ret, sed ... supponeret (Boeth. in Porph. comm. pr. 1, 24 p. 72, 9 ut aut genera -antur aut species supponantur. comm. sec. 3, 2 p. 204, 12. *al. apud eundem*). Boeth. arithm. 1, 26 p. 52, 24 quoniam ... multiplicem inaequalitatis speciem cunctis -uimus primamque speciem esse monstravimus (*cf. 1, 23 p. 46, 20* aliis antiquior naturaque praestantior). Orig. in Matth. ser. 4 p. 8, 1. *al.*

III *mutata vi praeverbii -itur aliquid ita, ut obversetur ei, ante quem ponatur, sc. fere i. q. proponere*: A *-itur aliquid intellegendum* (*sc. aliis; fere dicendo*): Vlp. dig. 17, 1, 29, 5 quae *visiones* -tae sunt (*fortasse cum cod. Flor. vetustissimo* prop- *legendum; an ad p. 773, 76 trahendum? simili ambiguitate* Pavl. dig. 22, 3, 25, 3 [prop- *maluit Mommsen*]). Itala I Tim. 4, 6 (cod. d) haec -ens fratribus (*gr. ὑποτιθέμενος, Vulg.* proponens). Iudas 7 (Lucif. non conv. 15 l. 42 D.) Sodoma ... et Gomorrha ... cinis -tae sunt exemplum (*gr. πρόκεινται, Vulg.* factae sunt exemplum. *cf.* Lvcif. non conv. 15 l. 33 D. eorum ... -ens exempla. Philo quaest. in gen. 4, 195 add. 5 pro principali exemplo). Svlp. Sev. chron. 2, 5, 2 -ta ... eis conditio poenarum, ardens caminus (*respicitur Dan. 3*). Comm. apol. 699 tibi -tas duas vias. Conc.^{S} IV 2 p. 173, 28 epistolam. p. 175, 29 explanativam ... vocem (*nisi ad ordinem dictorum referendum*). Ps. Vigil. Thaps. trin. 6, 22 rec. II contra dictionem canonis hereticorum apocrypha ... -ere vel defendere. *al.*

B *-itur aliquid faciendum, exsequendum* (*sc. sibi; obi. inf.* Ps. Cato, Comm., *ubi simul add. dat. pron. refl.*): Itala Iudith 6, 17 (Complut.) quanta superbia perditionem -ret in domo Israhel *Holofernes* (*nisi ad dicendum referas coll. gr. ἐμεγαλορρημόνησεν*). II Cor. 8, 12 (cod. g) si ... voluntas ⌊prompta vel -ta⌋ est (*more suo duas versiones praebet; gr. πρόκειται, Vulg.* prompta est). Ps. Cato dist. 4, 11 cum tibi -as animalia cuncta timere (prop- *var. l.*). Comm. apol. 17 multi ... corde sopiti nihil sibi -unt cognoscere. Hist. Apoll. rec. A 2 a -tae mortis immanitate (prop- *var. l.*). Assvmpt. Moys. 4, 8 duae ... tribus permanebunt in -ta fide (*sic Hilgenfeld, temporaliter Kautzsch-Clemen*). *spectat ad dispensationem dei ante creationem mundi statutam* (*cf. Maurer, Theol. Wb. NT, VIII 168*): Itala Eph. 1, 9 (cod. r) secundum ... voluntatem ..., quam -uit *deus* in illo *Christo* (*gr. προέθετο, Vulg.* proposuit).

p. p. p. ***praepositus,** -ī *m. pro subst.* (*subesse vim quandam verbalem imprimis indicant determinationes q. s.* ab, de, *dat.* [*e. g. p. 777, 82 sqq.*]). *scribitur in titulis et pap.* prep- *e. g.* Inscr. Année Epigr. 1933 n. 46, 7 (*Afr., aet. Elagab.*). Pap. mil. Fink 50 col. II 7 (*a. 239*). *al. litteris gr. p. 777, 69.* *notatur in titulis et pap.* pp: Pap. Heidelb. Lat. 7, 5 (Zeitschr. Pap. Epigr. 29, 1978, 244; *saec. II in.*). CIL III 6753, 15 (*aet. Sept. Sev.*). V 7643, 6 (*aet. Carac.*). *et saepe*; pr (*de ambiguitate cf. Enßlin, RE Suppl. VIII 541, 49 sqq.*): CIL III

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

10596, 10 (*a. 365/7*). VII 137 INSCR. Gall. Narb. Espér. 363; prp: CIL VIII 2494, 7 (*aet. Carac.*). 9045, 5 (*a. 255*). XII 673 (*v. Hoffmann, Das spätröm. Bewegungsheer II 1970, 132, 41*); praep: INSCR. Année Epigr. 1956 n. 124, 6. 12 (*Afr., aet. Commodi*). CIL III 14370^2, 8 (*a. 181*). PAP. mil. Fink 91, 1 verso (*a. 221*). CIL III 1464, 12 (*a. 244/9, v. Zeitschr. Pap. Epigr. 40, 1980, 273 sqq.*). *al.*; praepos: CIL VI 8464, 4 (*aet. Hadriani*). INSCR. Afr. Cagnat-M.-Ch. 455, 3 (*aet. Sept. Sev.*). PAP. mil. Fink 50 col. II 7 (*a. 239*). *al.*; praepst: CIL VI 8566, 6 (*a. 523*). 8565, 8 (*a. 526*); prosit-: INSCR. christ. urb. Rom. 229. *formae anomalae* (*vel per syntaxin non solitam*): CIL VIII 25988, 2b per . . . -o (*item* 7b 12b; *vix conferas p. 777, 69*). INSCR. christ. urb. Rom. 4998 (*a. 498*) a Dibit⟨e prae⟩positu (*cf. ibid.* 229 [*dub. propter lacunam*] *nec non* CONC. Aurel. a. 549 p. 107, 11 ab arcidiacono seu -u [*C saec. VI/VII*, -um *K*, -o *alii*]). *de notione*: ISID. orig. 10, 205 -us appellatus eo, quod sit subiectorum ac famulantium ordinator vel rector (*inde* GLOSS.^{L} III Abstr. PRAE 59). GLOSS. *ἄρχων. ἐφεστώς, προστάτης. προϊστάμενος, προεστώς.* *legitur inde a* PAVL. FEST., VELL., CVRT., FRONTIN., TAC.; *saepe in titulis, inde a saec. primo; deest poetis; transit in gr. πραι- vel πρεπόσιτος, cf. πραιποσιτεύω (-ομαι).* [*it. vet.* prevosto, *var. dial. it. sept.; prov. vet.* prebost; *francog.* prévôt; *cat.* prebost. *cf. M.-L. 6722 et Faré, Postille. Battisti-Alessio IV 3077. Wartburg IX 302 sq. St.*]

i. qui praeest, praesidet sim. (*sive hominibus sive muneri, officio sim.; cf. Enßlin, RE Suppl. VIII 539, 67 sqq. 556, 64 sqq.*): **I** *de hominibus*: **A** *in rebus potius publicis* (*nec non in aula imperatorum*): **1** *apud Romanos*: **a** *accedunt determinationes, quibus indicantur officia*: *α civilia* (*quatenus distingui possunt a militaribus; ambigua huc traximus*): Ⓘ *varia* (*attulimus notabiliora, imprimis quae aliquid addere videntur ad ea, quae Enßlin l. c. collegerat*; -os cubiculi *sim. v. l. 51 sqq.*): VELL. 2, 116, 2 Vibius . . . vir consularis, -us Dalmatiae (*ad provinciam administrandam referimus coll. p. 776, 19*). S. C. Plin. epist. 8, 6, 13 (*a. 52*) -i rerum eius curae (*i. a rationibus Caesaris; nisi pertinet ad l. 51*). CIL VI 8464, 4 (*aet. Hadr.*) atiutor -i scalptorum sacrae monetae (*cf.* AMM. 22, 11, 9 monetae. CIL XIV 1878, 6 [*saec. IV*] mediastinorum de moneta oficina prima). V 7643, 6 (*aet. M. Aur.*) sta⟨t⟩(ioni) (*nisi solvendum per gen.; item dubites de* V 5090, 6 = INSCR. Baiuvar. Vollmer 68, 6 [*a. 217 vel 246*]. XIII 5244, 6. *al.*). VI 746, 6 (*a. 183*) tabellariorum (*al.*). XIV 4380, 8 (*a. 195?*) vexillationis *vigilum Ostiensium* (4381, 18 *a. 207. al.*). INSCR. Année Epigr. 1935 n. 20, 4 (*Minturnis, saec. II ex.*) sacr(arum) cogn(itionum). CIL IX 1582, 2 (*saec. III in.*) ann⟨onae⟩ (INSCR. Année Epigr. 1973 n. 437 [*Pannon., a. 213*]. FIRM. math. 3, 9, 5. 6, 3, 3). VIII 18270 (*saec. III med.*) actis senat(us). VI 1696, 18 (*saec. IV in.*) corp(oris) magn(ariorum). X 1126, 3 (*saec. IV*) thermarum felicium Constantinianarum. PAP. Rylands 653, 19 (*a. 321*) pagi (*v. vol. X 1, 94, 72 sqq.*). INSCR. Année Epigr. 1939 n. 151, 18 (*Campan., a. 323/4*) aquaeductus. FIRM. math. 3, 3, 6 publicis actibus. 3, 5, 25 hortorum. 3, 5, 26 homicidiis publicis. 8, 24, 2 thesaurorum (*al.*). COD. Theod. 7, 4, 28 pr. pistorum (*aliter l. 63*). 12, 1, 49, 2 pacis (*i. εἰρήναρχος, cf. supra p. 630, 15*). CIL VI 33714, 2 (*ca. a. 400*) de via Flabinia. PAP. Tjäder 30, 15 (*a. 539/546*) dromunariorum. *al.*

Ⓘⓘ *in aula imperatoris*: Ⓐ *-us cubiculi sim.* (*cf. l. 31 nec non p. 776, 23*): SVET. Dom. 16, 2 Parthenius cubiculo -us (AMM. 14, 10, 5 cubiculi. NOT. dign. or. 1, 9 sacri c. [COD. Theod. 11, 18, 1 LIB. pontif. p. 55, 20. COD. Iust. 12, 5, 1 *a. 422*. 12, 5, 5 utriusque sacri c. tam nostrae pietatis quam nostrae . . . coniugis. CIL VI 31946, 5. *al.*]. *cf.* AMM. 29, 2, 7 cubiculariis officiis). ITIN. Theod. 28 Vrbicius dicebatur -us imperii. SCHOL. Iuv. 1, 109 in aula Caesaris -i. MARCELL. chron. II p. 101, 519, 2 Amantius palatii -us (IORD. Rom. 360. CIL VI 1199, 2 [*a. 565*] sacri p. 1200, 5 [*a. 608*]). VICT. TONN. chron. II p. 185, 450, 2 Chrysaphius -us imperatoris (CASSIOD. hist. 10, 4, 1 [*Socrat. 6, 5 προεστὼς τοῦ βασιλικοῦ κοιτῶνος*]). Ⓑ *spectat ad alia munera domus divinae* (*exempla inscr. fere ad saec. II pertinent*): INSCR. Année Epigr. 1923 n. 76 (*Romae, saec. II*) pistorum (PAP. Tjäder 36, 40 [*a. 575–591*]. *aliter l. 47*). CIL III 536, 13 (*aet. Alex. Sev.*) a fiblis. 15 a crystallinis. V 7751, 3 p(uerorum) pedisic(orum). VI 5183 velaris castrensibus (*i. palatii. gen.* velariorum: 8649, 3 domus Augustianae. 9086, 3). 8546, 1 vestis albae triumphalis (8553, 2 v. scaenicae). 8642, 3 balneariorum domus Augustae. 8648, 2 -us opificibus. 8659, 2 speclariarior(um) domus Palatinar(um). 8729, 5 argenti potori (*cf.* 8733, 4 auri potori). 8734, 3 ab auro gemmato (*idem restit. videtur* 8735, 4). X 6441, 2 palladii Palatini (*munus haud satis certum, cf. Wissowa, Hermes 22, 1887, 44*). *al.* Ⓒ *spectat ad patrimonium imperatoris* (*dub. an huc* CIL V 8528, 3): CIL VIII 26582, 8 (*a. 253–268*) -o agenti per Campaniam, Calabriam, Lucaniam, Picenum (*ad rem v. Enßlin l. c. 547, 27 sqq.; eodem spectant*: IX 334, 4. XI 6336, 2 INSCR. Dessau 9201). VI 1135, 5 (*saec. IV*) rerum privatarum (*cf.* NOT. dign. occ. 12, 19 rei privatae. 28 bastagae rei privatae [*sim.* 29]). PASS. Typas. (BHL 8354) 4 saltus (*si recte huc traximus*). CIL VIII 25988, 2b mes(orum) (7b mesorum. 12b mesoribus). *al.*

β militaria (*v. quae supra l. 26 monuimus*): INSCR. Dessau 9199 (*saec. I ex.*) -o supra ⟨vetera⟩nos *eqs.* CIL X 5829, 8 (*aet. Traiani vel Hadr.*) vexillationibus (III 600, 4 [*aet. Traiani?*] v. equitum electorum *eqs.* EPIST. imp. Comm. [CIL III 13750] 37 eiusdem v. INSCR. Année Epigr. 1956 n. 124, 6 [*Afr., aet. Commodi*] vexillationum. *et saepius in titulis*). XI 393, 9 (*aet. Traiani vel Hadr.*) numeri equitum (VIII 9358, 5 [*saec. II med.*]. X 1202, 12 [*saec. II med.*] n. tendentium in Ponto Absaro. *et saepe in titulis, ceterum e. g.* COD. Theod. 7, 4, 36 pr. tribuni sive comites vel -ti n.). XIII 6472, 5 (*a. 148*) c(o)hor(tis) I Helvetiorum (*notatur* coh.: III 14370^2, 8 [*a. 181*]. XIII 7411, 9 [*a. 191/211*]. VIII 21721, 4 [*a. 208*]. PAP. mil. Fink 50 col. II 7 [*a. 239*]. *al.; perscribitur*: CIL VIII 21720, 6 [*a. 227/237*] chortis). CIL VIII 9358, 10 (*saec. II med.*) classis Syriacae et Augustae (III 1919, 4. *al.*). II 1180, 2 (*a. 161/169*) alae (VI 1643, 5. *al.*). VIII 2582, 5 (*a. 180*) legionibus I Italicae et III⟨I Flaviae *eqs.*⟩ (III 1464, 6 [*a. 244/9*]. COD. Theod. 7, 20, 10 Romanae legionis. *al.*). INSCR. Année Epigr. 1956 n. 124, 12 (*Afr., aet. Commodi*) equitib(us) gent(ium) *eqs.* (VIII 20996, 6 [*aet. Alex. Sev.*] equitum itemque peditum. XI 1836, 10 [*saec. III ex.*]. *al.*). INSCR. Afr. Cagnat-M.-Ch. 455, 4 ann(onae) exp(editionis) felicis(simae) urbicae, *sc. a. 193* (CIL XI 3104, 7. *cf.* VIII 26582, 8 -o . . . annonam curanti militibus). *et saepe.*

b *sine determinationibus; respiciuntur officia*: *α civilia*: FRONTIN. aq. 2, 1 imperitia -i (*sc. aquarum. sim.* 17, 2. 117, 4). TAC. Agr. 15, 2 discordiam -orum *Britanniae* (*item in administranda provincia*: SVET. Vesp. 4, 5 LAMPR. Alex. 45, 6). CIL VI 9100, 3 (*a. 120*). SVET. Galba 12, 1 -os procuratoresque. CIL II 1085, 12 (*saec. III in.*) -o sanctissimo. COD. Theod. 9, 23, 1. CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 194, 21 magnificentissimo -o (*sc. cubiculi ut*: PROSP. chron. I p. 481, 1361. IVLIAN. epit. novell. 22, 2 ab inlustrissimo -o. *al.*). *al.* *β militaria*: TAC. hist. 1, 36, 1 gregarius miles caveri . . . -os iubebat. SVET. Galba 16, 1 Otho 1, 2. APVL. met. 10, 1, 3 ad -um suum (*10, 13, 2* tribuni). CIL II 4083, 7 (*a. 182*) -us simul et camp(idoctor). MEN. dig. 49, 16, 6, 1 qui manus intulit -o. INSCR. Année Epigr. 1981 n. 693 (*saec. III in., Germ. sup.*) genio p⟨raep⟩ositorum. CIL III 99, 7 (*a. 244/249; de praefecto legionis*). *al.*

2 *apud alios populos* (*Hebraeos v. sub C*): **a** *pertinet ad munera maiora*: CVRT. 10, 1, 44 Thraciae -us (*cf.* IVST. 11, 7, 1 Macedoniae. VVLG. act. 7, 10 super Aegyptum [*gr. ἡγούμενον ἐπ' Αἴγυπτον, sec. gen. 41, 43, ubi vix pro subst.; hinc etiam* AVG. loc. hept. 1, 163 p. 531, 12 ego sum rex, tu . . . princeps vel -us Aegypti]). TAC. Germ. 30, 2 praeponere electos, audire -os. Ps. CYPR. or. 2, 2 Nabuchodonosor -us regni (VICT. VIT. 2, 15. 43). SCHOL. Cic. Bob. p. 142, 28 *Miltiades* -us regia potestate. PASS. Thom. 2 Z. familiae regis Indorum. *al.* **b** *pertinet ad munera minora* (*sive in aula ducis, regis sim. sive in re publica administranda*): ITALA gen. 26, 26 (Philo quaest. in gen. 4, 195 add. 7) thalami -us (*gr. νυμφαγωγός, Vulg. aliter*). 37, 36 (Lugd., Aug. quaest. hept. 1, 127) cocorum (*gr. ἀρχιμαγείρῳ, Vulg.* magistro militiae, Aug. *affert aliam vers.* -um militiae). 39, 21 (Quodv. prom. 1, 28, 40) carceris (*gr. ἀρχιδεσμοφύλακος, Vulg.* principis). 40, 1 (Ambr. Ioseph 6, 29) vini (*gr. ἀρχιοινοχόος, Vulg.* pincerna). *al. in sacr. script.* AMBR. Ioseph 6, 29 alter . . . vini -us, alter . . . pistorum (RVFIN. Orig. in lev. 8, 3 p. 397, 1; *utrumque referas ad gen. 40, 2 et 40, 22, ubi gr. ἀρχισιτοποιός*). HIER. in Dan. 1, 7 -us sive magister eunuchorum et ut alii transtulerunt *ἀρχιευνοῦχος*. SCHOL. Ter. Bemb. Eun. 290 por⟨tus⟩. *al.*

3 *usu non distincto*: TERT. adv. Marc. 4, 27 p. 514, 16 confidere in -os. CYPR. laps. 6 -os . . . contemnere (prop- *var. l.*). FIRM. math. 3, 3, 6 *Iuppiter* faciet . . . publicis actibus -os. 3, 6, 3 *Venus* faciet . . . -os voluptatum, sed earum, quae ad delectationem regiam praeparantur. *ibid. al., sc. quae speciem munerum publicorum prae se ferunt.* AMBROSIAST. in I Cor. 10, 10 murmurare est falso . . . de -is et rectoribus queri. *al.*

B *in rebus privatorum*: APVL. met. 10, 19, 1 -o illi meo (*i. custodi asini*). VLP. dig. 14, 3, 5, 6 fullonum et sarcinatorum. TERT. mart. 1, 2 gladiatores . . . magistri et -i sui . . . adhortantur (*cf.* FIRM. math. 3, 7, 7 palaestricorum hominum duces -osque. 8, 20, 4 athletarum). ITALA gen. 15, 2 (Quodv. prom. 1, 11, 17) filius -i domus meae ([*gr. Theodot. apud Hier. quaest. hebr. in gen. p. 25, 4 τοῦ ἐπὶ τῆς οἰκίας, Vulg.* procuratoris]. *al.; cf.* Ps. EVSEB. GALLIC. hom. 5, 5 G. architriclinum ipsum, -um in domo sponsi [*ad Ioh. 2, 8*]). CYPR. epist. 66, 6 -us . . . *apud praedones* agnoscitur (*cf.* CASSIOD. Ios. antiq. 17, 271 latronum [*gr. ἀρχιλῃστοῦ*]). FIRM. math. 3, 6, 3 voluptatum. 3, 7, 14 meretricibus. MAR. VICTORIN. in Eph. 4, 11–12 quamquam . . . pastores magistri pecoris dicantur, quasi -i. *al.*

C *in rebus sacris*: **1** *paganorum*: PAVL. FEST. p. 87 Faviani et Quintiliani appellabantur Luperci, a Favio et Quintilio -is suis. FIRM. math. 3, 2, 18 religionum (3, 6, 7 templis et religionibus. 3, 10, 6. *al.*). 3, 12, 2 sacerdotibus (3, 12, 5 -os sacerdotibus aut sacri certaminis principes).

2 *Hebraeorum* (*horum quia munera religiosa et publica discerni vix possunt, utrumque huc traximus*): ITALA lev. 4, 22 (Lugd.) si . . . -us deliquerit (*gr. ἄρχων, Vulg.* princeps. *item sine determinatione*: II par. 34, 17 [Complut.] in manu -orum [*gr. ἐπισκόπων, Vulg.* praefectis]. VVLG. III Esdr. 5, 44 [*gr. ἡγουμένων, cf. Vulg. I Esdr. 2, 68* principibus]. CIL IX 6219, 5. 7. 6227. *al.*). II par. 2, 2 (Complut., *cf.* VVLG.) operum ([*gr. ἐπιστάται*]. 2, 18 [*ibid.* = VVLG.; *gr. 2, 17 ἐργοδιώκτας*]. *cf.* CASSIOD. in psalm. praef. 2 l. 20 artificibus [*si recte huc*]). 31, 12 (*ibid.*) super illos ([*gr. ἐπιστάτης, Vulg.* praefectus]. *cf.* 34, 12 [Complut.] super ipsos [*gr. ἐπίσκοποι*, VVLG. -i operantium]). 31, 13 (Complut., *cf.* VVLG.) Ezecias rex et Azarias -us domus domini ([*gr. ἡγούμενος*].

[Ramminger]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

VVLG. II par. 23, 18 in d. domini. *cf.* templi: ITALA II Macc. 3, 4 [rec. L. *al.* = VVLG.; *gr.* προστάτης]. HIER. chron. a. Abr. 1833. VVLG. Is. 22, 15 [*v.* HIER. *ad l.*]). Mich. 3, 9 (Lucif. Athan. 1, 35 l. 44 D.) -i domus Iacob ([*gr.* ἡγούμενοι, *Vulg.* principes]. *cf.* Luc. 22, 52 [cod. d] dixit . . . ad . . . principes sacerdotum et -os populi et seniores [*cf. textum gr. eiusdem cod.* στρατηγοὺς τοῦ λαοῦ, *Vulg.* magistratus templi]. LVCIF. Athan. 1, 36 l. 53 D. Iudaeorum. HIER. in Ier. 12, 10—11a plebis [*quem gen. subaudias e. g.* Ps. EVSEB. GALLIC. hom. 14, 2 G. GREG. M. moral. 2, 51]). VVLG. I par. 26, 24 thesauris. *al.*

3 *Christianorum* (*cf. p. 771, 14sqq.*): **a** *in universum*: *α per determinationes (plerumque gen.,* in *c. abl. e. g. l. 13. 30) distinguuntur -i*: ecclesiae *sim.*: TERT. fug. 11, 4. CYPR. epist. 71, 3 sacerdotes dei et e. eius . . . -i. 73, 7 in ecclesia -is (*inde* AVG. bapt. 3, 18, 23 p. 215, 19). 81 episcopus, alterius e. -us. LVCIF. non. parc. 20 l. 4 D. -is dei ecclesiarum. AVG. fid. et op. 17, 32 episcopi vel inferioris ordinis ecclesiarum -i. CONC. Aurel. a. 541 p. 91, 14 pontifice seu -o e. a. 549 p. 107, 11 ab arcidiacono seu -u e. *al.* populorum, plebis *sim.*: AVG. civ. 1, 9 p. 16, 30 D. speculatores, hoc est p. -i, constituti . . . in ecclesiis (CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 28, 6 [*gr. I 1,1 p. 34,20* λαῶν ἡγούμενοι]. *gen. subaudias*: AVG. c. Parm. 2, 8, 17 p. 63, 4). pecc. mer. 2, 10, 12 iustos plebium -os (serm. 91, 5 plebis. Ps. AVG. quaest. test. I 120 dei sacerdotem et -um plebis. *cf. omisso gen.*: TERT. monog. 12, 5 plebs ... -os. CYPR. epist. 4, 2 -tis et plebi. AVG. in psalm. 36, serm. 1, 2. *al.*). basilicae *sim.* (*idem munus respicitur omisso gen. e. g.* INSCR. christ. urb. Rom. 229. 4998 [*a. 498*]. *al.*): CIL VI 9994, 3 (*a. 521*) a Filippo -o beati martiris Prancati. 8566, 6 (*a. 523*) b. beati Petr⟨i apostoli⟩. 8565, 8 (*a. 526*). INSCR. christ. urb. Rom. 5044 (*a. 526*). *al.* *varii*: TERT. paenit. 6, 10 -um huius rei (*i. baptismatis*). RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 166, 5 -um sacerdotum dei Nestorium (*altera versio Conc.^{S} I 5 p. 171, 15* summo dei pontifici). Ps. EVSEB. GALLIC. hom. 5, 5 G. in domo domini. GREG. M. epist. 9, 66a xenodochii (*cf.* CONC. Aurel. a. 549 p. 105, 12). PALLAD. hist. mon. II 13 p. 367^{A} pauperum leprosorum (*gr. p. 23, 8 B.* ἀφηγούμενος, *I 2 p. 256^{B}* praeerat . . . cellulis fratrum pauperum). *β sine determinationibus* (*cf. etiam l. 20. 22. 24.*): TERT. ieiun. 17 p. 297, 4 et fratribus et -is (*antea*: praesidentibus). ITALA Hebr. 13, 7 (cod. d *al.* = VVLG.) mementote -orum vestrorum (*gr.* ἡγουμένων). CYPR. epist. 3, 3 apostolos, id est episcopos et -os (SYNOD. Hil. ad Const. 1, 2, 2. *sim. adiunguntur*: CYPR. epist. 4, 3 -os et diaconos. 45, 2 -is ac sacerdotibus [66, 5. 69, 9]. FIRMIL. Cypr. epist. 75, 4 seniores et -i. AMBROSIAST. in I Cor. 10, 10 -is et rectoribus. Ps. AVG. serm. ed. Mai 46, 3 vel quasi -us . . . vel quasi pater). 16, 1 contumelia . . . -i. 19, 2 -i cum clero convenientes. 66, 4 -os, qui apostolis vicaria ordinatione succedunt. sent. episc. 5 -i eorum *sunt* . . . falsi prophetae (*haereticorum ut*: AVG. c. Faust. 28, 2 Ps. MAX. TAVR. serm. 90, 3). TYCON. reg. 2 p. 11, 5. AVG. serm. 46, 2 habemus duo . . . distinguenda: unum quod christiani sumus, alterum quod -i sumus. *al.*

b *apud monachos*: *α de eo qui monasterio praeest* (*nota -um monasterii puellarum* QVODV. prom. 4, 6, 9 *et Eugeniam abbatem monachorum* VITA Eugen. rec. vet. ed. Mombr. p. 393, 57; *de archimandrita v. vol. II 462, 32*): HIER. epist. 125, 15, 2 -um monasterii (GREG. TVR. Franc. 6, 6 p. 275, 24 PALLAD. hist. mon. II 10 p. 362^{D} [*gr. p. 53, 2 B.* τοῦ ἡγουμένου, *I 6 p. 273^{C}* principem]). Ps. AVG. reg. II 6 Verh. CASSIAN. inst. 5, 27 multitudini fratrum -us (*dub., an recte hic afferatur*). Ps. EVSEB. GALLIC. hom. 38, 2 G. -um vel abbatem. *al.* *β de aliis gradibus* (*addidi generalia quaedam*): HIER. epist. 22, 35, 1 ita ut novem hominibus decimus praesit et rursus decem -os sub se centesimus habeat. reg. Pachom. praef. 2 qui habent per singula monasteria . . . si gularum domuum -os (*cf.* 1 p. 13, 10 B. οἰκιακός, id est -us domus suae). CASSIAN. inst. 4, 10 ut iuniores absque -i sui scientia . . . non audeant cellam progredi. BENED. reg. 62, 7 decanis vel -is. 65, 15 quemcumque elegerit abbas cum consilio fratrum . . ., ordinet ipse sibi -um (*tenet secundum in monasterio locum ut*: GREG. M. dial. 2, 22, 2 servo dei, quem . . . patrem constituerat, atque eius -o. epist. 9, 20 ut Domitius presbyter abbas esse . . . monasterio debeat eique -us Lucifer . . . fiat. FERREOL. reg. 17 p. 965^{C} qui dignam curam -i nomenque suscipiat. *al.*). GREG. M. epist. 9, 66a p. 86, 28 -os monasterii. 11, 15 p. 276, 23 -orum suorum . . . instantia. *al.*

II *de deis daemonibusque*: TAB. devot. Audollent 140, 7 Plutoni, -o mortuorum. 231, 20 *ατιουρω ουως περ ουνκ πρε⟨πο⟩σιτου σουπερ νεκεσσι⟨τατ⟩ης τερρε.* AVG. cons. euang. 1, 29, 45 si . . . -us est elementorum. *ibid.* Neptunus, qui solius maris -us est. in psalm. 104, 11 l. 19 angelum -um famis. *al.* -us mortis: AVG. conf. 7, 21, 27 traditi sumus antiquo peccatori, -o m. (*affertur postea Ioh. 14, 30* princeps huius mundi; *qui locus coniungitur etiam*: epist. 164, 5 lib. arb. 3, 106 nat. et grat. 24, 26. *al.*). CAPREOL. epist. 2, 4 *Christus* -os m. praesentia invictae maiestatis exterruit (*affert postea Iob 38, 17* ianitores inferni, *quod explicat Aug. ad l.*: potestates morti praepositae).

appendicula syntactica; ad indicationem muneris sim. accedunt: **1** *gen.* (*omisi quae formam gen. et dat. communem vel breviatam exhibent, ut* VELL. 2, 116, 2 Delmatiae. CVRT. 10, 1, 44): S. C. Plin. epist. 8, 6, 13. CIL III 600, 4 (*aet. Traiani?*). XI 393, 9 (*aet. Traiani vel Hadr.*). VIII 9358 (*aet. Hadr.*). X 1202 (*saec. II med.*). *al.* **2** *dat.* (*impugnat* CLEDON. gramm. V 12, 27 praefectus praetorii dici debet, non praefectus praetorio, ita ut -us cubiculi, non cubiculo): SVET. Dom. 16, 2 CIL X 5829, 8 (*aet. Traiani vel Hadr.*). VIII 2582, 5 (*a. 180*). VI 5183 (*saec. II*). INSCR. Année Epigr. 1956 n. 124, 12 (*Afr., aet. Commodi*). *al.* **3** *praepositiones*: ab: *p. 775, 64 et 70.* de: *p. 775, 49.* in (*aliter e. g.* CIL X 1126, 3): *p. 776, 64. 777, 1. 13. 30.* super, supra: *p. 775, 81. 776, 33. 82. 83. 777, 69.* **4** *adi. vel part.*: *p. 775, 73. 776, 15 ceterum e. g.* SYMM. epist. 2, 46, 3 cursualium.

p. p. p. ˣ**praeposita,** -ae *f. pro subst.* *? notatur* prpa INSCR.

i. quae antistat: **1** *de ea, quae sanctimonialibus praeest* (*secundum in monasterio locum tenet post presbyterum* AVG., *post abbatissam* CAES. AREL. reg. virg.): AVG. epist. 211, 11 arbitrium -ae vel presbyteri vel etiam episcopi. 211, 15 -ae tamquam matri oboediatur . . ., multo magis presbytero *eqs. al.* CAES. AREL. epist. ad virg. 2, 6 p. 139, 15 contra -as. reg. virg. 18 p. 105, 12 matri . . . omnes oboediant, -ae deferant (*sc. honorem*). 30 p. 109, 7 praesente abbatissa vel -a. 47 p. 114, 26 monasterii matrem et . . . -am . . . congregationis. GREG. M. epist. 7, 27 p. 473, 29 Domnicam . . . -am factam. *al.* *fortasse huc pertinet*: INSCR. christ. Diehl 1309 Iuliana prpa (-a *dubitanter solvit Diehl; de nota cf. p. 775, 1*). **2** *de dea, quae tutelam praebet* (*cf. p. 773, 25. 27*): GLOSS.^{L} II Arma D 34 div⟨a⟩e armipote⟨nti⟩s: -a armorum (*ad Verg. Aen. 2, 425; item de Minerva: 11, 483* praeses belli).

p. p. p. ˣ**praepositum,** -ī *n. pro subst.* [*variat saepius cum* prop-, *e. g.* CIC. fin. 3, 15. 4, 72 CYPR. epist. 72, 3. *cf. etiam infra sub 3; restituitur* CIC. fin. 3, 53 NOT. Suet. gramm. VII 536, 19.]

i. quod praeponitur: **1** *secundum aestimationem* (*sc. in doctrina Stoicorum de eo, q. d.* προηγμένον, *cf. p. 770, 26 sqq.*): CIC. fin. 3, 52 ea quae secundum locum optinent *post ipsum bonum,* προηγμένα, id est producta, nominentur; quae vel . . . promota et remota vel . . . -a vel praecipua *appellemus*, et illa reiecta (*idem opp.*: ac. 1, 37 quae *ex rebus sumendis* pluris *aestimanda sunt*, ea *Zeno* -a appellabat, r. autem, quae minoris. *cf.* fin. 4, 72 reiectanea). fin. 4, 20. *al. apud eundem.* **2** *secundum quemlibet ordinem* (*sc. aut localem aut q. d. logicum*): HIL. trin. 9, 2 cum dictorum intellegentia aut ex -is (prop- *cum parte codd. Smulders*) aut ex consequentibus expetatur. NOT. Suet. gramm. VII 536, 19 -um (prop- *trad.*) sine consequente (*cf.* 20 consequens sine -o. *explicantur notae criticae; ad enuntiata prim. et secund. refertur vol. IV 411, 3sqq.*). **3** *vi praeverbii mutata ponitur pro eo, q. e. propositum* (*de confusione vocum cf. l. 21 et var. l.* VVLG. Eph. 1, 5. 1, 11): VITA Anton. praef. p. 15, 17 admirari hominem . . . et zelare ipsius -um (prop- *edd. et Euagr., gr.* πρόθεσιν). 5 p. 20, 19 (*gr. et edd. ut supra*). CONC.^{S} I 2 p. 53, 14 quam habebant de -is opinionem . . . patres (*gr. I 1, 2 p. 38, 33* προκειμένων, *cf. I 3 vers. Tur. p. 67, 17* propositis). GREG. M. epist. 2, 43 officii nostri decet . . . -um (prop- *var. l.*) subiectis . . . suadere *eqs.* INSCR. christ. Diehl 1307, 4 non annis maturus erat, sed dogmate morum; vicerat aetatem pondere -i (*nec cum Diehl praepositus basilicae intellegendus* [*cf. 179, 5* pondere morum] *nec cum Inscr. christ. urb. Rom. 19220, 4* prop- *emendandum*).

deriv.: praepositio, praepositivus, *?* praepositor; *a* praepositus: praepositura.

cf. Onom.

praeporto, -ātum, -āre. *a* prae *et* portare. *i. q. ante portare, praeferre* (*cf.* GLOSS.^{L} I Ansil. PR 476 praelata: -ta [*sec. cod. Monac.*; perpor- *cod. Paris.*]): **1** *pertinet ad locum; -antur:* *varia, quae quis porrigit, prae se fert*: CIC. Arat. 209 *Centaurus* partem -ans . . . virilem (perpotans *var. l.; aliter gr., sed cf. Avien. Arat. 881* qua parte hominem . . . sustollit. *item de parte signi caeli*: CIC. Arat. 430 prae se Scorpios . . . -ans flebile acumen). LVCR. 2, 621 *comites Magnae Matris* tela . . . -ant, violenti signa furoris. *affectus, quos quis signis externis ostentat*: CATVLL. 64, 194 Eumenides, quibus anguino redimita capillo frons expirantis -at pectoris iras. *quae quis praecedens fert ante alium sequentem*: ZENO 1, 6, 5 (1, 4, 14 L.) *Isaac* lignum, quo inuratur, sibi -at (perp- *var. l.; respicitur gen. 22, 6*). **2** *pertinet ad tempus*: OP. imperf. in Matth. 3 p. 652 (*ad Ioh. 1, 27*) 'calceamenta' . . . possumus intellegere firmitates; . . . haec . . . calceamenta Christi omnes praedicatores portant, et Iohannes ipse -bat.

praepos: valde potens GLOSS. V 606, 46 (prop- *trad.*). *a* prae *et* potis *sec.* compos, impos *formatum; sed fortasse medii aevi est* (*cf. Du Cange s. v.*). *Ramminger.*

ˣ**praepositio,** -ōnis *f.* *a* praeponere. *de origine v. sub IB1a. scribitur* preposs- ITALA Marc. 2, 26 (gat.), *cf. p. 780, 10.* *de notione*: CHAR. gramm. p. 470, 9 B. -o: *πρόθεσις* (GLOSS. III 460, 64). GLOSS. -o: *προθήκη. πρόθεσις τὸ μέρος τοῦ λόγου. πρόβλημα. legitur inde a* CIC., FESTO, SEN. *phil., in prosa tantum oratione, vix iam apud* LVCIL. *et* VARRONEM (*v. infra*). [*confunditur in codd. cum* prop- *e. g.* QVINT. inst. 1, 5, 51 VLP. dig. 3, 1, 3, 2 TERT. carn. 20 l. 2; *restituitur* QVINT. inst. 9, 3, 71 AQVILA rhet. 41 p. 35, 10. 15; *falsa var. l.* VARRO ling. 6, 63 prop- *cod. F*, praep- *coni. pars recc., quod def. Flobert admittens notionem improbabilem q. e. actio vocem praeverbio augendi; apud* LVCIL. 381 *de segregandis poetae verbis v. Marx ad l.*]

I *vi praeverbii sollemni*: **A** *i. q. actio praeponentis vel status praepositi*: **1** *respicitur positio verborum* (*cf. p. 780, 1*): CIC. inv. 1, 42 quod ab aliqua re -e negationis separatur, hoc modo: sapere et non sapere. ASCON. Scaur. p. 26, 14 sine -e illius verbi (*sc.* 'ac'). VLP. dig. 2, 13, 6, 6 -o diei et consulis (*in tabula rationis*). **2** *respicitur aestimatio* (*qua alter alteri praefertur*): CIC. fin. 3, 54 qui

[Rosellini]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ita talus erit iactus, ut cadat rectus, praepositum quiddam habebit ad finem . . . neque tamen illa -o tali ad . . . finem pertinebit (*explicat, quid sit προηγμένον*). NOVELL. Iust. 1, 1, 1 secundum ordinem denominationis . . . habere in alterutros -em *libertos legatarios sim.* (*gr. προτίμησιν*). 127, 3 mulieres *semel nuptas* . . . -e aliqua dignas ultra eas, quae secundo nubant (prop- *trad.; gr. προτιμήσεως*). **3** *respicitur ordo superior* (*quo quis* [*quid l. 13*] *rei gubernandae vel subiectae praeficitur*): VLP. dig. 14, 1, 1, 12 -o certam legem dat contrahentibus; quare si eum praeposuit navi *eqs.* 14, 3, 11, 2 qui praeposuit *aliquem negotio*, tenebitur ipsa -e (*eodem spectat*: 14, 3, 11, 5 condicio . . . -is). CONC.^{S} II 2, 1 p. 11, 2 alienari eum sacerdotii dignitate et -e monasterii (p. 11, 6 [prop- *var. l.*]; *gr. II 1, 1 p. 134, 28 et 33 τοῦ προίστασθαι, cf. II 3, 1 p. 116, 21* principatu). *in ordine logico praeponitur genus speciei*: BOETH. in Porph. comm. sec. 3, 6 p. 217, 7 -o opposita est suppositioni; genus autem praeponitur, species vero supponitur.

B *metonymice de re praeposita, sc. usu gramm. i. q. particula praepositiva*: **1** *strictius de ea particula, quae aut casibus praeponitur aut cum verbis aliisve vocibus componitur* (*rem tractant* SACERD. gramm. VI 428 sq. PROB. inst. gramm. IV 147 sqq. MAR. VICTORIN. gramm. VI 203 sq. DON. gramm. IV 365 sq. 389 sqq. *al., permulta collegit* PRISC. gramm. III 24 sqq.; *v. Jeep, Zur Gesch. der Lehre von den Redetheilen, 1893, 288 sqq., Tolkiehn, Cominianus, 1910, 94 sqq.*): **a** *definitiones sim.*: SACERD. gramm. VI 428, 29 -o est pars orationis, quae praeposita casui, quem regit, vim suam tenet, postposita interdum perdit *eqs.* (*qua de re v. Jeep, l. cit. 289*). PROB. inst. gramm. IV 148, 31 -es . . ., quae loquellis tributae sunt (DON. gramm. IV 389, 24 -es aut casibus serviunt aut l. [*item* CHAR. gramm. p. 298, 5 B. *ex Cominiano.* DIOM. gramm. I 480, 30. *al.*]. *cf.* CHAR. gramm. p. 299, 14 B. [*ex Palaem.*] quod praeponantur tam casibus quam verbis. AVDAX gramm. VII 351, 25 praeponitur nominibus atque verbis). MAR. VICTORIN. gramm. VI 203, 16 -o quid est? pars orationis, quae praeposita aliis partibus orationis significationem earum aut immutat aut auget aut minuit (*sim.* DON. gramm. IV 365, 10. 389, 19 DOSITH. gramm. VII 413, 6. CHAR. gramm. p. 258, 2 B. [*ex Cominiano*]. *al.*). SERV. gramm. IV 418, 32 -o dicta est, quod in loquendo praeponitur (441, 35 EXPLAN. in Don. gramm. IV 571, 2. *al.*). CLEDON. gramm. V 24, 29 quod praeponatur omnibus partibus orationis (*sim.* 75, 11).
b *exempla varia selecta*: CIC. orat. 158 una -o est 'af', quae nunc tantum in accepti tabulis manet (*de eadem re*: VEL. gramm. VII 60, 10). *ibid.* quae -o (*i.* '*au*') praeter haec duo verba (*i.* '*aufugit, aufer*') nullo alio in verbo reperietur (*v. vol. II 1325, 49 sqq.*). *ibid.* adiuncti verbi prima littera -em commutavit, ut . . . 'summovit, sustulit' (*saepe agitur de assimilatione q. d., e. g.* QVINT. inst. 1, 5, 69 -es . . . compositio . . . corrumpit. VEL. gramm. VII 61, 10 sqq. SCAVR. gramm. VII 25, 17 CHAR. gramm. p. 310, 10 B. [*ex Romano*]). FEST. p. 205 '*praepetes*' *quidam ex Graeco tractum putant*, ex -e latina componentes et graeco vocabulo. PAVL. FEST. p. 4 'am' -o loquelaris (*v. vol. VII 2, 1658, 57 sqq.; ad* 'am' *v. vol. I 1805, 57 sqq., ad ceteras -es solummodo loquelares v. vol. IV 1340, 59 sqq. V 938, 75 sqq. 1274, 54 sqq.*). p. 19 'ad' -o accusativis accommodata est (*saepe agitur de rectione, e. g.* SACERD. gramm. VI 428, 33 accusativum . . . casum regunt *eqs.* [MAR. VICTORIN. gramm. VI 203, 20]. 429, 6 -es accusativi casus [*al.*]. 429, 9 ablativi casus [*al.*]. SERV. gramm. IV 454, 27 accusativae -es [POMP. gramm. V 272, 36. *al.*]. 454, 28 ablativae [MART. CAP. 3, 287. *al.*]). SEN. epist. 88, 42 *philosophi* ad . . . coniunctionum et -um proprietates descenderunt et invidere grammaticis. PLIN. dub. serm. frg. Prisc. gramm. II 594, 27 'cum' -e . . . postposita (*sc.* '*mecum*' *sim., v. vol. IV 1341, 73 sqq.; ceterum de postpositione cf. p. 242, 66 sqq. et e. g.* DON. gramm. IV 389, 22 POMP. gramm. V 269, 31 sqq.). QVINT. inst. 1, 4, 19 a philosophis ac maxime stoicis auctus est numerus *partium orationis* ac primum coniunctionibus articuli adiecti, post -es (*cf. p. 780, 31*). 9, 3, 71 voces -bus (prop- *trad.*) in contrarium mutantur (*cf. supra l. 32*). SVET. Aug. 86, 1 *Augustus non dubitavit* -es urbibus addere (*quod vetant e. g.* DON. gramm. IV 387, 11 CHAR. gramm. p. 301, 11 sqq. B.). SCAVR. gramm. VII 28, 7 (*disting. -o et adv.* '*cum*'; *cf. vol. IV 1339, 69 sqq.; ad alia ambigua spectant e. g.* CHAR. gramm. p. 301, 9 B. [*ex Palaem.*]. SERV. gramm. IV 443, 4 sqq.). TERT. carn. 20 l. 2 'ex' syllabam -is (prop- *var. l.*) officio adscriptam. ARNOB. nat. 1, 59 p. 54, 10 M. qui minus id, quod dicitur, verum est, si in numero peccetur aut casu, -e, participio, coniunctione? (*cf.* RVFIN. Greg. Naz. orat. 3, 12, 1 -um syllabae mutatae naturae veritatem *non* mutabunt [*Migne gr. 36, 348*^{A} *προθέσεις*]). DON. Ter. Hec. 518, 2 ('derepente') adverbiis . . . -es separatim non adduntur (*sim.* gramm. IV 394, 16 SERV. gramm. IV 440, 8 CHAR. gramm. p. 149, 14 B. *al.*). gramm. IV 389, 24 -*o aut alias partes orationis praecedit* aut se ipsam ut 'circumcirca' (*v. vol. III 1124, 59 sqq.; de eadem re*: SERV. gramm. IV 419, 17 -o novo modo sibi aliam coniungit -em [*e. g.* '*ad usque*']. *al.; -es iungi vetat*: POMP. gramm. V 273, 25 [*ubi plura de hac re*]. *cf.* SERV. gramm. V 440, 13 -o . . . 'de' non potest adiungi nomini interveniente adverbio ut 'de trans Tiberim'). *et saepe, imprimis apud gramm.*

2 *laxius de qualibet particula* (*de coniunctione?*): AQVILA rhet. 41 p. 35, 10 (*agit de asyndeto*) demptis coniunctionibus et -bus, quibus verba . . . conectuntur (disiunctionibus et propositionibus *trad.; sim. ibid.* p. 35, 15). PELAG. in II Cor. 7, 11 hoc loco 'sed' -em esse superfluam (prop- *var. l.; vix actio praeponendi intellegenda coll. A1*).

II *vi praeverbii deflexa i. q. propositio* (*quae fit praebendo, offerendo; cf. usum verbi similem p. 774, 48 sqq.; sec. psalm. 77, 2 corrigas* propositionibus *apud* CASSIOD. in psalm. 17, 13 l. 251 [*cf. l. 298*]): ITALA Marc. 2, 26 (gat.) panes -is manducavit *David* (*gr. προθέσεως, aliae vers. et Vulg.* prop-, *v. vol. X 1, 224, 60*). CLAVD. DON. Aen. 6, 605 p. 587, 19 ('epulae ante ora paratae') torus regifico luxu fuerat paratus et -o epularum.

praepositīvus, -a, -um. *a* praeponere. *scribitur* -poss- VIRG. gramm. epit. 6 p. 47, 5 (*cf. p. 91, 15 sq. 778, 69*). GLOSS. II 423, 56 *προταχτικόν*: -ti⟨v⟩um. *legitur apud grammaticos inde a* SCAVRO (*?*), DON., CHAR.

1 *in arte gramm. i. q. antepositus vel anteponendus*: **a** *de litteris, syllabis, partibus orationis*: **α** *accedunt determinationes indicantes, cui rei aliquid praeponatur* (*sc. dat. praeter l. 20. 22 sq.*): SCAVR. gramm. VII 16, 6 a . . . littera -a e et u litteris ([*sic restituit Keil in app. crit.*, praeposita *trad.; opp.* subiectiva]. *cf.* DIOM. gramm. I 425, 27 *s consonans* -a t consonanti). DIOM. gramm. I 424, 18 *f littera tam* -a vocali quam semivocali (425, 26. 425, 28 liquidarum et vocalium. PRISC. gramm. II 37, 8. *cf.* 41, 25 semivocalibus). PRISC. gramm. III 26, 6 *adverbia* -a casualium (355, 8). 468, 3 (*distinguuntur* primus *et* prior) -us illorum est nominum superlativus, quae numerum significant a tribus et ultra. **β** *ponitur per se* (*exempla notabiliora*): DON. gramm. IV 357, 35 articulare -um vel demonstrativum . . . hic huius huic *eqs.* (*opp.* subiunctivum vel relativum *ut*: DIOM. gramm. I 330, 35 CLEDON. gramm. V 15, 8. 16. *al.* BOETH. herm. pr. 1, 3 p. 62, 19 [*de articulo graeco ut*: herm. sec. 1, 3 p. 72, 4]). 365, 7 aut -ae coniunctiones sunt ut 'ac' . . ., aut subiunctivae ut 'que' (AVG. gramm. V 521, 29. POMP. gramm. V 269, 9 *opp.* postpositivae. *al.; in doctrina Stoicorum*: PRISC. gramm. II 54, 21 praepositionem . . . -am c. vocabant [*sim.* III 34, 24]). 379, 29 *pronomina* (*opp.* subiunctiva. DIOM. gramm. I 329, 20. CHAR. gramm. p. 355, 28 B. *opp.* coniunctivis. *et saepe*). 391, 22 -ae praepositiones ut 'sine', . . . subiunctivae ut 'tenus' (DIOM. gramm. I 409, 7 PRISC. gramm. III 37, 2. 56, 15). DIOM. gramm. I 424, 15 'f' consonans semivocalis -a (*cf.* PRISC. gramm. III 111, 20 -a elementa tam in consonantibus quam in vocalibus). PRISC. gramm. II 47, 7 syllaba. 54, 17 articulum (III 11, 26. 120, 3. 124, 16. 125, 1). III 26, 2 adverbia (PS. ASPER gramm. V 552, 21). *al.*

b *transfertur ad ordinem vel locum eorum, quae praeponuntur*: PRISC. gramm. III 500, 7 'atque' *est* ordinis communis, tam -i quam postpositivi (VIRG. gramm. epit. 6 p. 47, 5 coniunctioni -i o. 10 p. 73, 5). 502, 24 *inseparabiles praepositiones* -um locum sibi semper in compositione defendunt.

2 *in arte rhetorica de specie chriae, in qua dictum cuiusdam simpliciter proponitur* (*ad vim praeverbii cf. p. 774, 48; alibi appellatur* indicativa, *v. Lausberg, Handbuch der lit. Rhetorik § 1118, 1a*): GRAMM. VI 273, 11 dicti . . . chria in tres species dividitur: est enim -a, ut '. . . *ille* dixit . . .', percunctativa . . ., refutativa (*cf. Quint. inst. 1, 9, 4 genus chriae* quod est positum in voce simplici 'dixit ille' *eqs.*).

[*adv.* **praepositīvē** *perperam laudabatur olim ex* VLP. dig. 33, 7, 8 pr. (*voci* praepositi *subiungitur particula* ve), PRISC. gramm. III 500, 14 (*pro* praepositiva).]

? **praepositor,** -ōris *m.* *si recte legitur, a* praeponere *veriloquii causa fictum.* *? i. qui praeponit*: ISID. orig. 9, 3, 27 praetores, idem qui et praefecti, quasi -es (*inde* GLOSS. I p. 163 quasi praeceptores [*sec. Isid. orig. 9, 4, 16*] vel -es). *quia notio praeponentis parum apta videtur, coniciendum fortasse aut* prae[pos]itores (*cf. p. 596, 11*) *aut tale aliquid, quale est* praeposit⟨i rect⟩ores.

praepositūra, -ae *f.* *a* praepositus. GLOSS. V 354, 15 curae: -ae. *legitur inde a* COD. Theod. 12, 5, 2 *a. 337 in prosa tantum oratione; recepta est vox in serm. gr.* (PAP. Lips. 111, 16).

i. q. munus vel potestas praepositorum (*indicatur, quo munus pertineat, saepius per gen.*): **1** *hominum*: **a** *in Romanorum imperio* (*cf. Enßlin, RE Suppl. VIII 554, 11 sqq.*): CAPITOL. Gord. 24, 3 datas eunuchis suffragantibus militum -as (LAMPR. Alex. 46, 4 -as locorum civilium, non m. COD. Theod. 8, 7, 11 castri ac militum. *cf.* LAMPR. Heliog. 6, 2 militaribus). LAMPR. Alex. 36, 3 aut -as aut provincias. RVFIN. hist. 7, 32, 3 purpurae (*gr. ἐπιτροπῆ*). COD. Theod. 1, 8, 1 a minore laterculo -as fuisse sublatas (*cf. ibid.* -as minori laterculo . . . restitui. 1, 8, 2 totius minoris laterculi dignitates, hoc est -ae . . ., tribunatus et praefecturae). 6, 13, 1 si *praepositi scholarum* primi ordinis comitivam cum -a meruerint. 7, 13, 18 ad tribunatus -asve (7, 20, 13 *bis. cf. l. 72*). 7, 21, 2. 12, 5, 2 annonarum. 12, 6, 8 horreorum et pagorum. 12, 6, 25 -ae . . . munus. **b** *in ecclesia vel monasteriis*: GENNAD. vir. ill. 7 collegas -ae suae (*i. Pachomii; eiusdem*: 8). AVG. in euang. Ioh. 41, 10 l. 3 ordinandus . . . ad -am ecclesiae (*cf.* ORIG. in Matth. ser. 49 p. 107, 6 *praepositi ecclesiae* non bene dispensaverunt -am suam). serm. 356, 15 anno -ae suae (*sc. presbyteri*). LIBERAT. 17 Conc.^{S} II 5 p. 131, 29 *imperator* -am ei *Iohanni antistiti monasterii* abstulit. BENED. reg. 65, 20 *praepositus* deiciatur de ordine -ae (*var. l.* praepositi).

2 *deorum, angelorum*: AVG. civ. 4, 8 p. 156, 14 D. *Cuninae deae* -a parvulorum cunas non permittebatur excedere. cons. euang. 1,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

29, 45 p. 45, 22 *dei* partium praepositi (*e. g. Neptunus, Silvanus*) ... necesse est ut sub illo sint, qui omnium elementorum et universae huius molis -am gerit. enchir. 15, 58 quae ... sint differentiae -arum *in societate angelorum*. gen. ad litt. 11, 19 p. 352, 1 pro recte gestis -is suis (*antea*: angelos mundanis ministeriis distributos).

praepositus *v.* praepono. **praepossi-** *v.* praeposi-.

[**praepossum** *v. p. 767, 36.*] *Rosellini.*

praeposterātio, -ōnis *f.* *a* praeposterare. *i. q. actio praeposterandi, sc. ordinis inversio*: Avg. mus. 3, 9, 20 nisi me illa -o sevocaret (*antecedentia v. l. 29*). Gloss.^{L} III Abol. 10 8 ⟨h⟩isterologia: -o sermonis (*cf. p. 782, 28*).

praeposterātus *v.* 1. praepostero. **praeposterē** *v.* praeposterus.

praeposteritas, -ātis *f.* *a* praeposterus. [*in inscr. falsa* CIL X 193*.] *i. q. status praeposterus, sc. ordinis perversitas*: Arnob. nat. 3, 30 si aer illa *Iuno* est, quemadmodum vos ludere ac dictitare consuestis Graeci nominis -e repetita (*sc.* Ἥρα *in* ἀήρ *mutato*).

praeposterito, -ātum, -āre. *a* praeposterare. *i. q. praeposterare*: Virg. gramm. epit. 13 p. 82, 15 ordo pene totius testimonii -tus est.

1. *praepostero, -āvī, -ātum, -āre. *a* praeposterus. *legitur inde a saec. IV; inter formas praevalet p. p. p.*

i. q. praeposterum facere, invertere, commutare (*accedit abl. indicans, quo mutatio fiat,* Avg. *l. 60*): **1** *spectat ad seriem inversam, ordinem commutatum*: **a** *in scriptis vel dictis agitur de ordine verborum vel argumentorum, qui contrarius est consuetudini, logicae, ordini rerum sim.*: *α sine obi.*: Victorin. Poetov. in apoc. 11, 5 (*sim.* rec. Hier.; *de prophetiarum verbis temporibusque rerum ordini contrariis*) spiritus sanctus ... -at et percurrit usque ad novissimum tempus; rursus tempora superiora repetit *eqs.* Avg. mus. 3, 9, 20 si membra aequalia sint in versu, nonne -ari poterit, ut prima pars sine discrimine ultima et ultima prima fiat? Arnob. confl. 2, 13 p. 289^{C} -ans repetit.

β obi. indicat id, quod translatione partium sim. mutatur: -atur ordo: Mar. Victorin. gramm. VI 108, 6 o. -tus *hemistichiorum*. Gavdent. serm. 5, 1 G. lectionis. Pelag. in Rom. 2, 24 -to o. ante posuit testimonium, quam diceret scriptum. Tract. Pelag. 6 p. 138 dicendi. Avg. quaest. hept. 4, 16 p. 326, 17 verborum (*de anastrophe*). Ps. Orig. tract. 16, 7 B. de -to o. disserendum est, quoniam saepenumero in scripturis divinis ita invenimus scriptum, ut quod prius factum est postea ponatur et quod postea futurum est prius adnuntietur. 16, 9 *ut spiritus sanctus* -ret ... ordines prophetiae. *al.* *-antur alia*: Mar. Victorin. gramm. VI 152, 22 horum *verborum* -to situ. Ivlian. in psalm. 9, 35^{a-b} haec est consequentia: 'quoniam vides ...'; quod -ans posuit: 'vides quoniam'. Ps. Orig. tract. 16, 10 B. -ta serie scripturae. Cassiod. in psalm. 21, 29 (34) versus -tus. *al.* *γ obi. indicat potius partes, quae transferuntur*: Ps. Orig. tract. 16, 8 B. -antur verba divina (Ps. Primas. in II Cor. 8 p. 572^{A}). Epiphan. Avell. p. 765, 3 *Ioseph in enumeratione filiorum exod. 1, 5* -tus est (*cf. p. 764, 29* postremus nominatus est). Cassiod. in psalm. 44, 13 ordo ... verborum -tis sermonibus explanatur. 52, 5 verbum -tis syllabis patet (*sc.* '*ne non*' *pro* '*nonne*').

b *cetera exempla*: Avg. serm. 87, 3, 4 (*ad Matth. 20, 16*) facti sunt novissimi primi et primi novissimi, aequando, non -ando. Ps. Fvlg. Rvsp. serm. 56, 3 (*loq. Iohannes baptista*) domine, -asti conditionem meam (*i. nativitati tuae anteposuisti, nisi fallimur*). Verec. in cant. 2, 21 l. 40 D. perversus ... est -tus vel reciprocus, qui inferiora sua (*i. carnem*) exaltat, superiora (*i. spiritum*) vero deicit. Cassiod. in psalm. 77, 9(12) -tis manibus *Iacob dextera minori, sinistra maiori benedixit* (*sec. gen. 48, 14* commutans manus).

2 *spectat ad quamlibet commutationem*: Avg. c. Cresc. 2, 9, 11 p. 369, 14 ita sunt omnia falsis vera -ta, ut *eqs.* serm. 48, 2, 2 quod faciebas, corrige; -a, et rectum erit *iudicium tuum*. Pacat. c. Porph. frg. 6 (ed. Harnack, SB Berl. 1921 p. 275) Romana eloquentia haec nomina (*sc.* '*virgo*' *et* '*mulier*') -vit. Cassiod. in psalm. 51, 6(4) *antichristus* -tis moribus atque confusis diligit iniquitatem.

p. p. p. praeposterātus *ponitur fere pro adi.* praeposterus *in iunctura* -tus ordo *e. g. l. 33. 37.*

deriv.: praeposteratio, praeposterito.

2. praeposterō *adv. v.* praeposterus.

***praeposterus,** -a, -um. [*a* prae *et* posterus; *compositum q. d. bahuvrīhi notionis l. 79 descriptae. Sch.*] Not. Tir. 51, 92 (*interpretamento non perscripto*). *compar. et superl. desunt, sed cf. adv.* Gloss. -us: ἀκατάλληλος. -um: iniquum. -a: perversa in posterum quod ante (*vel* antea) debuit. *v. etiam sub IA2.* Gloss. iurispr. cod. Paris. gr. 1357^{A} -α· πρωθυστέρα (*cf. p. 782, 17. 24*). *legitur in oratione soluta inde a* Cic., Sall., *frequentat* Firm.; *poetis deest praeter* Lvcr., Ov., Manil., CE; *recipitur in serm. iuris gr. l. 74. p. 782, 63.* [*in codd. confunditur cum* praeproperus Plin. nat. 10, 49 Hil. in psalm. 1, 3 p. 22, 1 Const. Sirmond. 1. *al.*]

vox primitus significasse videtur ea, quae posteriora habent priora, itaque adhibetur de eis, quae fiunt vel agunt ordine inverso, ratione commutata, aliter ac fieri debent vel solent. dicitur plerumque in malam partem, sed in neutram partem hic illic sub I, e. g. p. 782, 19. 32. 36. 50; coniungitur cum perversus *p. 782, 67. 81. 783, 14. al., cum* praeproperus Avg. in psalm. 122, 5 l. **31** (*cf. p. 783, 32*), *sed opponi videtur* Plin. *l. 48, ut de vi praeverbii q. d. auctiva cogitare possis (vix etiam l. 50); in notionem q. e. posterus vergere videtur* Hil. *l. 54. 75. cui quid contrarium sit vel a quo discrepet, indicatur per dat. p. 783, 11, praepos.* ab *l. 54*, quam *l. 19.*

I *strictius respicitur ordo commutatus, series inversa, a solito discrepans*: **A** *de rebus*: **1** *adi.*: **a** *pertinet potius ad ea, quorum partes inversae sunt vel quae ordine inverso agunt aut fiunt, ponuntur*: *α varia*: Cic. dom. 140 -is verbis, ominibus obscenis ... omnia aliter *ac debuit fecit Clodius* (Hier. epist. 57, 7, 3 in Hebraeo ... v. -a sunt. Pelag. in II Cor. 8, 3 v. -is hoc dicit [prop- *var. l.*]. *cf.* Plin. nat. 28, 11 ne quod verborum praetereatur aut -um dicatur *in formulis sollemnibus*). Lael. 85 -īs ... utimur consiliis *amicos prius diligentes postea iudicantes*. Lvcr. 4, 833 omnia perversā -a sunt ratione, *si doctrinae effectum causae praeponimus*. Manil. 2, 783 cura. Plin. nat. 7, 46 augurium -i natalis (*ad rem v. B3*). 16, 178 -o more velum intra malos *suspensum*. Tac. dial. 26, 3 illa foeda et -a ... exclamatio. Cod. Iust. 4, 16, 5 (*a. 294*) petitio. Chalc. comm. 240 *speculum quoddam* resupinas ostentat imagines et simulacra -a. Mar. Victorin. gramm. VI 171, 1 *iambelegum* -um, quam superior ⟨epodus⟩ (*sc. elegiambus*) habetur, induxit sic *Horatius*. Hier. in Ezech. 30, 20/26 l. 1462 -am narrationem (*opp.* historiae ordo). CE 1478, 1 hunc leges leti -ae eripuere matri (*cf.* 1479, 1 si non fatorum -a iura fuissent [*v. adn.; idem versus exstat* 1480, 1. 1481, 1. 2126, 7. *al.*]. *v. etiam* proposterus). Inst. Iust. 3, 19, 14 -a *stipulatio* (*cf.* Theoph. inst. Iust. 3, 19, 14 ἡ -a ἐπερώτησις). *al.* *β* -us ordo: Lvcr. 3, 621 membrorum ut numquam exsistat -us o. (Lact. opif. 6, 13). Manil. 2, 764 nisi *praecepta* constiterint primis fundata elementis, ecfluat in vanum rerum -us o. Sacerd. gramm. VI 466, 15 hysterologia ... sensuum habet cum verbis -um o. (*sim.* Diom. gramm. I 461, 16. *ceterum de ordine verborum consuetudini, rationi sim. contrario*: Don. gramm. IV 401, 9 [*de anastrophe*]. Serv. Aen. 1, 292 o. -us *est*. Hier. in Dan. 6, 1 l. 237 in Matth. 1, 1. *al.*). Lact. inst. 6, 4, 12 *deus in duabus vitae viis eadem* ostendit ..., sed o. -o atque converso. Ambr. Cain et Ab. 1, 10, 40. Heges. 2, 6, 1 p. 141, 26 -o o. gener filio praelatus. Hier. in Am. lib. 3 praef. -o o. atque confuso ... opus ... coepimus. *et saepius.* *cf.* -a ordinatio: Clavd. Don. Aen. 1, 175 p. 41, 9 -am o. posuisse Vergilium. *γ* -um est (-a res est) *cum struct. verb.* (*cf. l. 56*): Ps. Qvint. decl. 18, 14 -a res est filium occidere, deinde erubescere (*item pendet inf. vel acc. c. inf.*: Pavl. dig. 35, 2, 63 pr. *est* -um ante nos locupletes dici, quam adquisierimus. Chalc. comm. 31 ad priorem tractatum retrorsum iri. Avg. fid. et op. 1, 1 util. cred. 16, 34 p. 43, 12). Salv. epist. 4, 23 ut de maioribus ad minora veniamus.

b *pertinet potius ad ea, quae tempore alieno sunt vel fiunt, sc. ad praematura vel sera* (*certiora, cetera v. sub a*): Cic. Sull. 91 o -am gratulationem *consuli designato, sed postea damnato oblatam*. Sen. contr. 9, 5, 14 tam ⟨sera pietas aut⟩ tam -a (*suppl. sec.* exc.). Sen. epist. 23, 1 quam -um frigus *sit vere* (*cf.* Plin. nat. 18, 208 aestivas ... alites ⌊-i aut praeproperi⌋ rigores necant, hibernas aestus [-e aut (prae)propere *fere trad.*]). Plin. nat. 10, 49 -i ... vespertinique cantus *gallorum* (praeproperi *var. l.*). 16, 118 maiora sunt pretia -is *ficis*. 17, 12 frigora, quae ... -is fiunt horis (*in eadem re* 17, 216 -o die [*opp.* suo]. *ceterum cf.* Clavd. Don. Aen. 10, 95 p. 306, 2 -o ... tempore). Plin. epist. 6, 5, 3 *oratio* sera et intempestiva et -a. Hil. trin. 12, 51 *Christum* natum ... ante omnia: ut nativitas tantum testetur auctorem, non -um aliquid in se ab auctore significet. Cod. Theod. 7, 22, 11 pr. -a ... ac sera petitio. *al.* -um est *cum enunt. secund.*: Clavd. Don. Aen. 12, 155 p. 572, 28 ('non lacrimis hoc tempus') -um est ..., quod plangis. Avg. in euang. Ioh. 8, 12 l. 15 si ante moreretur *Christus*, quam discipulos elegisset, certe -um esset.

2 *neutr. pro subst.* (*cf. l. 77*): Ambr. in psalm. 118 serm. 4, 12, 2 ordinem nescire faciendi non est perfectae cognitionis: offendunt plerumque -a. Cod. Iust. 6, 23, 25 -i reprehensionem ... tollimus (*cf. supra l. 24 et* Theoph. inst. Iust. 3, 19, 14 ἐπερωτήσεως τὸ τοῦ -u πάθος [*ibid. iterum*]). *addas fortasse*: Gloss. -um: ὑπερβατόν. πρωθύστερον, ὑστερόπρωτον, ὑπερβατόν.

B *de hominibus*: **1** *qui agunt ordine vel tempore alieno*: Cic. Cluent. 71 *Staienus*, ut erat semper -us atque perversus, initium facit a Bulbo. Sall. Iug. 85, 12 *consules facti praecepta legere coeperunt*, -i homines; nam gerere quam fieri tempore posterius, ... usu prius est. Heges. 2, 1, 2 p. 130, 13 ut -i litigatores cadant causa. Avg. in euang. Ioh. 8, 12 l. 6 si ante exeamus quam opus est, nonne perversi et -i sumus? ord. 2, 7, 24 ne nos -os et inordinatos esse patiamini. in psalm. 118, serm. 22, 8 ne quisquam -us, antequam habeat humilitatem ..., velit ad altitudinem sapientiae pervenire (*opp.* ordine). **2** *qui nascuntur postea, sero* (*cf.* Hil. *sub A1b*): Hil. trin. 1, 11 *non* -um ex deo deum sentiens, quia in principio apud deum esse deum conperit (*nisi neutr. pro subst.*). **3** *qui nascuntur pedibus antecedentibus* (*cf. supra l. 15*): Damig. lapid. 16 -um eiicere infantem.

II *laxius respicitur quaelibet mutatio usus vel moris sollemnis*: **A** *de rebus*: **1** *exempla varia*: Cic. Rab. Post. 37 quid tam perversum ⟨atque⟩ -um dici aut excogitari potest? de orat. 3, 40 ne quid perturbatum ac discrepans aut -um sit *in verbis prolatis* (*fort. spectat ad usum temporum ut* 3, 49 non -is temporibus *loqui*). Plin. nat. 2, 156 ne laquei torqueret poena -a incluso spiritu, cui quaereretur exi-

[Newman]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tus. Tac. hist. 3, 78, 3 Antonius -o obsequio . . . crimen meruit. ann. 16, 17, 3 Mela . . . petitione honorum abstinuerat per ambitionem -am. Firm. math. 2, 30, 13 -ae cupiditatis instinctu (*al.* err. 5, 3. 12, 5 -as Martis c. Const. Sirmond. 1 [praepropera *var. l.*]). 7, 15, 1 ad puerorum concubitus -o amore *impelli* (8, 6, 5. 8, 28, 2 err. 7, 1). Chalc. comm. 77 motu -o *planetarum* (*cf. Theo Smyrn. p. 150, 18* ποικίλης καὶ ἀνωμάλου). Serv. auct. Aen. 1, 150 (*e Cornuto*) ne -um sit 'faces velle' (*sc. pro 'faces volare', si locutio vituperatur; sin ordo actionum respicitur, pertinet ad p. 782, 36*). Avg. doctr. christ. 3, 16, 24 usum . . . perversum . . . atque -um. trin. 11, 5 l. 36 superba et -a et . . . servili libertate. *al. accedit dat.* (*sec.* contrarius *sim.*): Ov. trist. 1, 8, 5 omnia naturae -a legibus ibunt (legibus *vix abl. cum* ibunt *iungendus*).

2 -um est *cum struct. verb.*: **a** *pendet* ut (*cf. p. 782, 41*): Cypr. mortal. 18 quam -um est quamque perversum, ut . . . postulemus *eqs.* Ps. Hier. epist. 41, 14 quam indignum est atque -um, ut iusti confundantur . . . et peccatores glorientur. Boeth. cons. 5, 3, 15 W. **b** *subaudiendus est inf.*: Avg. serm. 330, 4 (*ad Petrum*) noli velle corrigere *Christum*; perversum est, -um est.

B *de hominibus, qui contra rationem, more perverso agunt* (*vergit in usum subst. l. 24 sqq.*): Cic. Pis. 92 noster hic -us imperator amissorum oppidorum *eqs.* fam. 15, 17, 1 -os habes tabellarios; . . . cum a me discedunt, flagitant litteras, cum ad me veniunt, nullas adferunt. Firm. math. 1, 2, 3 Hispani elata iactantiae animositate -i (*item accedit abl.*: 3, 3, 11 libidinosos et circa amores insana cupiditate -os [3, 6, [29. 4, 12, 3 sacrilego . . . errore. 4, 19, 13 mentis calore. 5, 2, 18 insano furore). 3, 3, 16 *Iuppiter facit* -os. Avg. in epist. Ioh. 8, 2 perversi homines videte quam -i sunt. serm. 351, 4, 11 tam sunt . . . isti absurdi et -i et miseri, qui . . . malos mores imitari eligunt.

adv. **ˢpraeposterē.** *compar. l. 57, superl. deest.* Gloss. V 135, 39 -e faciam: anteponere postrema prioribus faciam.

i. q. modo praepostero: **1** *strictius respicitur series inversa, ordo commutatus* (*iuxta ponitur* praepropere *l. 38 sqq. 43*): **a** *in rebus variis*: Cic. Att. 7, 16, 1 *litteras* primas -e, reliquas ordine *redditas esse.* Plin. nat. 2, 24 calceum -e inductum (*cf. Suet. Aug. 92, 1* perperam ac sinister pro dextro). Vlp. dig. 50, 10, 1, 1 -e visus est petere exonerari priore *munere* utrisque iam implicitus. Avg. epist. 120, 4 videat, quam -e ante fidem poscat rationem. c. epist. fund. 36 p. 241, 8 praepropere . . . ac -e quaesivit, unde esset *malum*, quod primo non quaesierat, quid esset (in psalm. 120, 1 praepropere et -e. serm. 33 A, 1 L. *cf.* serm. 126, 1, 1 praepropere et -e intellegentiam requirentibus). in psalm. 95, 7 si -e prius esse volueris magnificus (Qvodv. symb. 3, 2, 2). 119, 1 l. 57 (*ad Matth. 20, 22 sqq.*) *Christi discipulos* praepropere et -e de honoribus cogitare. serm. coll. Morin p. 402, 2 *Petrus mori promittens* (*Ioh. 13, 37*) ibi -e amavit . . .; postea *eqs.* Inst. Iust. 3, 19, 14 inutilis erat stipulatio, quia -e concepta est. **b** *in verbis, dictis, argumentis proferendis*: Cic. ac. 2, 66 ut -e tecum agam iam (mox referam me ad ordinem). Fest. p. 261 errorem hominibus intervenisse -e plurimis enuntiantibus *proverbium quoddam.* Bass. gramm. VI 268, 2 commata . . . -e posita (Epiphan. Avell. p. 768, 4. Prisc. gramm. III 24, 15 praepositiones [27, 8]. 29, 19. *cf.* 39, 17 componitur). Plin. epist. 3, 9, 28 sed, quamquam -e, reddetur *quod praeterieram.* Chalc. transl. 34^{C} hominibus mos est passim -eque et sine observatione ordinis fari (*perperam pro gr. εἰκῇ ut* comm. 26 -e de *corpore* . . . ante quam de inspiratione animae disputatum *est. cf. Cic. Tim. 21* inconsiderate ac temere). Hier. in Ier. 21, 1—2 *in prophetis* -e, quod iuxta historiam postea factum sit, prius referri *eqs.* Pomp. gramm. V 236, 24 -ius usus es re olim facta ante rem paulo post factam (Prisc. gramm. III 104, 19). 295, 13 (*de cacosyntheto*) *quae* -e scribuntur (*opp.* per naturam). Prisc. gramm. III 27, 6 nisi -e proferantur *praepositiones* (*al. apud eundem*). 128, 7 licet . . . et -e haec dicere (142, 15 converso ordine -e).

2 *laxius respicitur quilibet modus perversus, confusus, absurdus*: Cic. div. 2, 146 nihil tam -e, tam incondite, tam monstruose cogitari potest, quod non possimus somniare. Fronto p. 133, 22 v. d. H. ne *verba* in oratione -e ut in temulento ac perturbato convivio conlocentur (*nisi ad Ib*). Gell. 2, 8, 1 imperfecte atque -e atque inscite syllogismo *uti.* Lact. ira 22, 4 -e agitur ut humana divinis tribuant auctoritatem, cum potius humanis divina debuerint (Avg. serm. 37, 23). Avg. divers. quaest. 68, 3 l. 101 recte et non -e audies *mysteria fidei* (posterius *var. l.*). Facvnd. defens. 5, 5, 12 si a nobis eam *rationem* importune atque -e sibi flagitent dari.

adv. **praeposterō.** *i. q. praepostere*: Sen. epist. 3, 2 -o officia permiscent, qui . . . cum amaverunt iudicant et non amant cum iudicaverunt (ordine -o *cod. b corr.*).

deriv.: praeposteritas, 1. praepostero. *Newman.*

praepōtātio: quando quis plus bibit ceteris Gloss. II 590, 14. *si interpretamento fides habenda, vox formationis audacioris est, sc. substantivo* potatio *ope praeverbii* prae *aucto. non huc pertinet* Gloss. -o: *πρόποσις* (perpotatio *recte trad.*).

ˢpraepotēns, -entis *adi.* *a* prae *et* potens. Not. Tir. 41, 17. *de formis: abl. sing.* -e *trad.* Liv. 5, 33, 3, -i Avg. civ. 7, 17 p. 296, 7 D. *al.; gen. plur.* -ium *inde a* Cic. Lael. 54, -um *discrepantibus codd. praefertur ab edd.* Salv. gub. 4, 20 Cassiod. var. 2, 25, 2. 8, 31, 5; *acc. plur.* -is *trad.* Liv. 45, 26, 7. Schol. Cic. Bob. p. 159, 4 (-es p. 139, 23). *compar.* -ior Serm. Arian. frg. 10 Avg. gen. ad litt. 4, 7 p. 103, 5 *al.; superl. deest, cf.* quamvis -s Cic. off. 1, 109 Philipp. in Iob 38 p. 753^{C}, tam -s Vitae patr. Iurens. 65 M. *corripitur syllaba prima* Carm. de resurr. 177. *legitur in poesi singulis locis apud* Plavt., Acc., Trag. inc., Octaviam, Avien. *al., quattuor* Prvd., *in prosa oratione inde a* Cic., Liv. [*variat in codd. cum* praeponens Cic. rep. 1, 66 Hier. in Ezech. 34, 1—31 l. 186. *al.*]

i. q. valde vel nimis potens (*sed vis praeverbii temporalis fortasse intellegenda est p. 785, 28; respectus potestatis in alios exercendae evanescit sub 1a et p. 785, 13; usurpatur in malam partem maxime l. 39. 47*). *accedunt determinationes indicantes: 1) quo respectu quis (quid) praevaleat per abl. saepe, e. g.* opibus Trag. inc. 150 Liv. 7, 31, 6 Plin. nat. 36, 42, armis *l. 82,* viribus *l. 65 et p. 785, 7, per praepos.* in *c. abl. l. 34 sqq. al.* (*cum gerund.* Serv. Aen. 11, 340); *cf. abl. loci* Cic. *l. 52. 2) quis (quid) superetur, postponatur per praepos.* inter *l. 33. 56. 69,* in *c. acc. fortasse p. 785, 36, gen. partit. l. 58, ? dat. p. 785, 32 (vix etiam l. 65), abl. compar. iuxta compar.* -ior *l. 44. p. 785, 30, vix etiam iuxta posit.* -s *l. 65. 3) quis (quid) in potestate sit per gen. p. 785, 4 et quater sub 2.*

1 *de hominibus (de qualibet creatura p. 785, 10) vel de rebus ad homines pertinentibus, qui* (*quae*): **a** *qualibet praestantia praevalent vel excellunt: de ipsis hominibus vel civitatibus*: Plavt. Poen. 1182 (*v. quae monuimus p. 285, 5*) -es pulchrae (-e *var. l.*) pacisque potentes, soror, fuimus (*quae ceteras forma superavimus; sim. de Aenea fere divina forma praedito*: Serv. Aen. 1, 594 et sui gratia -s et matris auxilio). Arnob. nat. 3, 31 Aristoteles . . . vir ingenio -s atque in doctrina praecipuus. Firm. math. 3, 13, 10 imperatores . . . felicitate et iustitia -es (*nisi ad b*). Filastr. 129, 3 *David* velox ac -s commentator . . . scripturarum. Serv. Aen. 3, 113 Atalante -s cursu. 10, 201 ('Mantua dives avis') maioribus -s (*cf.* Sidon. carm. 9, 230 Corduba -s alumnis). Amb. in Luc. 4, 26 aliquem . . . virtutibus clarum, signis et operibus -em (*cf.* Svlp. Sev. dial. 1, 20, 8 *sanctus quidam* -s, . . . signis atque virtutibus . . . vulgatus). Rvfin. hist. 3, 24, 4 *Paulus* inter omnes apostolos eruditior . . . in verbis videtur et in sensibus -s ([*gr. δυνατώτατος . . . τὲ ἰκανώτατος*]. Orig. in Rom. 9, 2 p. 1208^{C} non solum in sermone, sed et in s.). Orig. in num. 13, 4 p. 113, 16 Balaam famosissimus erat in arte magica et in carminibus noxiis -s (*nisi ad c*). *al. de hominum partibus, institutis, qualitatibus sim.*: Cic. de orat. 1, 193 (*cum levi quadam reprehensione*) *si* quem ista -s et gloriosa philosophia delectat — dicam audacius — . . . disputationum suarum *fontem habet studium iuris.* Filastr. 138, 4 illorum primorum *credentium* virtus -s (*opp.* infirmitas *posteriorum*). Avg. gen. ad litt. 4, 7 p. 103, 5 validior et -ior . . . ratio non eis *corpusculorum simulacris* adnuit (lib. arb. 2, 36 *rationem* illis *sensibus* -iorem esse). Cassiod. var. 2, 40, 7 Musaeum . . . Maronis -s lingua concelebrat (*Aen. 6, 667*).

b *opibus vel potestate, auctoritate sim. cives vel populos finitimos superant et in eos dominantur* (*in malam partem cum respectu iniquitatis sim. e. g. l. 54. 70. 72*): *α adi.* (*sc. de hominibus vel coetu eorum, sed de aetate -is cuiusdam* Tac. ann. 3, 48, 2): Trag. inc. 150 vir . . . opibus -s (Cic. Rab. Post. 44 bonitatem inusitatam claris ac -bus v. Liv. 45, 26, 7. Sen. benef. 5, 4, 2 a -bus v., . . . a principibus dico, a regibus). Cic. Balb. 34 -s terra marique Carthago. fin. 2, 57 *improbum quendam callidum et* -em, ut M. Crassus fuit. off. 1, 109. Liv. 5, 33, 3 *uxor corrupta* ab Lucumone, . . . -e iuvene et a quo expeti poenae . . . nequirent. 7, 31, 6 ille -s opibus populus *Campanus* (21, 52, 3). 37, 53, 22 *Masinissam* -em inter Africae reges fecistis. 42, 50, 6 *Carthaginiensibus Romanos* -em finitimum regem inposuisse (Avien. ora 277 rex . . . superbus omniumque -s, quos gens habebat. Prvd. psych. praef. 40). Sen. contr. 2, 4, 13 -i tunc M. Agrippae. Val. Max. 6, 2, 4 -i defensori *Pompeio.* 7, 2, 1 -ia imperia . . . nimia quiete in desidiam resolvi. Sen. dial. 5, 13, 7 hominum -ium potestate (Rvfin. hist. mon. 29 p. 455^{B} tribuni, divites h. et -es. Salv. eccl. 3, 90). 11(12), 7, 8 incertum est, utrum caeli gravitas an -is Italiae conspectus *Graecos e Corsica fugaverit.* Octavia 37 -em . . . domum stirpemque Claudi. Cvrt. 6, 9, 11 (*verba Alexandri*) *Philotas* apud multos . . . duces meis -s viribus (*abl. instr.; dat. vel abl. compar. intellegunt alii*). Plin. nat. 1, 35, 58 qui et quorum liberti -es ([*cf. 35, 201* quos . . . potiri rerum vidimus]. Tac. hist. 1, 7, 3. 3, 47, 1). 36, 42 *artifices quidam* opibus -es. Tac. hist. 1, 59, 1 *Iulius Civilis* -s inter Batavos. ann. 3, 48, 2 ceteris haud laeta memoria Quirini erat ob . . . sordidam . . . et -em senectam. 15, 64, 4 *Seneca* praedives et -s. *al.* *β masc. pro subst.: plur.* -es: Cic. rep. 1, 66 *populus* magistratus . . . arguit, -es, reges, tyrannos vocat (*Plat. rep. 8 p. 562^{d} μιαρούς τε καὶ ὀλιγαρχικούς*). Lael. 54 multorum opes -ium excludunt amicitias fideles. Val. Max. 7, 2 ext. 14 *legibus* humiles et pauperes constringi, divites et -es non alligari. Colvm. 1, 3, 12 more -ium. Plin. nat. 12, 93 ob iniquitatem -ium. Tac. hist. 2, 91, 3 neminem ex -bus. ann. 5, 2, 2 *facetiae*, quarum apud -es in longum memoria est. Itala psalm. 67, 31 (Iulian. epit. *ad l.*) collectio -ium (*gr. Symm. παμμεγεθῶν, cf. Hier. psalt. sec. Hebr.* congregatio fortium). Cod. Theod. 13, 3, 8, 2 patrocinio -ium. *al.* *sing. compar.* -ior: Salv. gub. 4, 74 cum . . . -iori cuidam supplicarem.

c *armis vel vi, efficacia sim. alios superant*: Liv. 9, 31, 6 -em armis Romanum *Samnites vincere non poterant* (Val. Max. 9, 14, 2). Val. Max. 5, 2, 8 Marii non solum praecipuus, sed etiam -s gratae men-

[Suter]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tis fuit impetus, *cum cohortes quasdam contra leges civitate donavit.* APVL. met. 10, 33, 2 virtute Martia -i ... Aiaci (*antea*: praepollens). FIRM. math. 3, 4, 13 *Mars stella* faciet -es horribiles duces (*nisi ad b*). HIL. in psalm. 128, 5 *ut ministri diaboli* numquam ... eorum, quos ... impugnaverint, -es sint. AMM. 15, 8, 2 nil esse ita asperum ..., quod -s eius *Constantii* virtus ... non superaret. SERV. auct. Aen. 1, 570 *Eryx* -s viribus advenas caestibus provocabat (CASSIOD. var. 3, 24, 2. 9, 18, 1). AMBR. epist. 3, 2 *tuum* munus non *est* ... ita -s (*codd. fere omnes*, praepollens *ed. Migne*), ut comprimeret querelam meam. PHILIPP. in Iob 38 p. 753^{C} nulla creatura est, quamvis -s et fortis, quae dei maiestati posset obsistere. *al.*

2 *de deis, angelis, natura, sideribus sim. nec non de rebus ad eorum potestatem pertinentibus* (*meram praestantiam respicit* VERS. metr., *vix etiam* ACC.): **a** *usu pagano*: ACC. praetext. 37 quod ad dexteram cepit cursum ... signum -s (*sc. sol*), ... rem Romanam publicam summam fore *portendit.* CIC. leg. 1, 23 *homines* parent ... -i deo (nat. deor. 2, 4 praesentem ac -em). nat. deor. 2, 77 non est ... natura deorum -s nec excellens, si ... subiecta est ... necessitati. div. 2, 42 rerum omnium -em Iovem. VAL. MAX. 2 praef. dives et -s naturae regnum. APVL. met. 11, 1, 4 deam -em ... sic adprecabar: 'regina caeli *eqs.*'. ARNOB. nat. 3, 21 *in caelo* sunt nemora, ⟨ut⟩ ˹venationum˺ -s habeatur in expeditionibus Diana (˹ ˺ *potius a* -s *quam ab* expeditionibus *pendere putaverim coll. p. 285, 33 sqq.*). VERS. metr. Diom. gramm. I 507 festa dies amoena luce -s. *al.* **b** *usu christiano*: ITALA II Macc. 3, 24 (rec. P) *qui* omnis potestatis -s est, magnalia fecit inlustria (*gr. πάσης ἐξουσίας δυνάστης, rec. L* omnis potestatis potens, *Vulg.* spiritus omnipotentis). MAR. VICTORIN. adv. Arium 1, 39 p. 1070^{B} deus, causa qui sit et -s et praeprincipium potentiae, ipse facit omnia (*vim temporalem praeverbii intellegendam putat Hadot; conferasne l. 55 sqq. ?*). SERM. Arian. frg. 10 deus ... celsis celsior, potentum viribus -ior *eqs.* COLLECT. Arian. c. pag. 7, 2 dominum deum nostrum ... et invisibilem adserunt et omnium -em (CARM. de resurr. 177 dominus ... clarus et -s cunctis micat ˹in virtutibus ignis˺ [˹ ˺ '*inter angelos igneos*' *Waszink, qui* cunctis *pro dat. accipit*]). PRVD. cath. 6, 101 -s ... extinctor Antichristi (*sc. Christus*). perist. 5, 473 o -s virtus dei, virtus creatrix omnium (Ps. ORIG. tract. 6, 39 B. *Christi*). AVG. epist. 102, 6 de -i valentia in inferiora corpora corporum superiorum (*sc. angelorum vel beatorum*) ... disputare. in psalm. 143, 17 (*ad Matth. 10, 34* veni ... mittere ... gladium) gladius ... utroque acumine -s, veteris et novi testamenti. *al.*

masc. pro subst. v. 1bβ.

deriv.: praepotentia.

praepotentia, -ae *f.* *a* praepotens (*sed sub 2 fortasse compos. e* prae *et* potentia *intellegendum*).

1 *vi praeverbii comparativa i. q. status praepotens*: APVL. mund. 26 Xerxes et Darius potentissimi reges fuerunt; horum -a⟨m⟩, quam ex opibus collegerant, lenocinium vitae effecerat celsiorem (*gr. 398a12 εἰς ... ὑπεροχῆς ὕψος ... διεκεκόσμητο, sc. τὸ πρόσχημα*). TERT. adv. Marc. 2, 7 p. 343, 27 *libertate homini concessa deus continet* in semetipso et praescientiam et -am suam. IVL. VAL. 1, 4 p. 8, 8 *Alexander* in orientis usque veniet -a possessionem. carm. 2, 11 (*Sarapis ad Alexandrum*) tu ... levatus nostra -a, quaecumque gens sit obvia, sternes manu (*gr. Hist. Alex. M. I p. 35, 19 Kr. ταγαῖσι ταῖς ἐμαῖς*). AVG. in Gal. 27, 3 *homines* omnes fiunt filii *dei* non natura ... neque ˹-a et singularitate˺ susceptionis ... sicut *Christus* ..., sed ... participatione (˹ ˺ per potentiam et singularitatem *var. l.*). *?* **2** *vi praeverbii temporali in sermone philos. i. q. potentia prior*: MAR. VICTORIN. in Eph. 1, 4 p. 1239^{C} sunt vi sua et -a sua animae (*si sic legendum, v. ed. Gori 1986; antea*: non vi nec potentia qua futura erant, sed qua iam fuerant. *cf. l. 27*).

※praepōto, -āre. *a* prae *et* potare. *i. q. προποτίζειν, antea potare* (*vi praeverbii non ubique manifesta; notio bibendi nusquam agnoscenda est*): **1** *cum obi. personae potione afficiendae* (*obi. supplendo l. 64; potio indicatur fere per abl., praepos.* ex *l. 64*): CAEL. AVR. acut. 3, 8, 88 *Heraclides* tetanicos ... clystere curat et -at iure gallinaceo. 3, 17, 159 *Diocles* -at et clysterizat (*sc. aegros*) ex abrotani semine ... et cumino *eqs.* 3, 17, 160 *Diocles aegros* -andos ... iubet etiam medicamentis. 3, 17, 163 inicit atque -at absinthio aegrotantes. chron. 1, 1, 20 erit aqua -andus aegrotus; tunc cibum sumere. 5, 10, 118 -andi sunt aegri decoctione fici. *al. apud eundem.* *in imagine*: IGNAT. Trall. 8, 1 praevidens seditiones iniqui praemonitione conforto vos ... -ans vos medicamine praemuniente (*nisi est versio medii aevi; gr. προποτίζων ὑμᾶς τὰ φυλακτικά*). **2** *cum obi. medicamenti potui dati*: CAEL. AVR. chron. 5, 10, 123 *si pus crassum non erumpit*, tenuantia adhibenda atque -anda, quae supra (*v. l. 67*) memoravimus.

praeprincipālis, -e. *a* praeprincipium (*pro* -pialis *sec.* principalis *formatum*). *i. q. ad praeprincipium pertinens* (*non nisi neutr. pro subst.*): MAR. VICTORIN. adv. Arium 1, 42 p. 1073^{A} *filius est* a -i principium natum, universale ab universali *eqs.*

praeprincipium, -ī *n.* *a* prae *et* principium (*sec. προαρχή formatum videtur*). *i. q. principium quod ante principium est, principium principii*: MAR. VICTORIN. adv. Arium 1, 49 p. 1078^{C} *unum exsistens ante omnia est* prima causa, omnium principiorum -um, omnium intellegentiarum praeintellegentia. 1, 60 p. 1085^{D} summus *νοῦς* -um universae substantiae. *ceteros locos v. supra p. 398, 24 sqq. 599, 46 sqq. 785, 28.*

deriv.: praeprincipalis. *Suter.*

praeproperanter *v.* praepropero. **praeproperē** *v.* praeproperus.

? **praeproperim:** ante factum GLOSS. IV 552, 11 (*quod def. Funck, Arch. Lat. Lex. 7, 1892, 492; sed rectius* praeproperum *intellexisse videtur Goetz in indice coll. l. 28*).

praepropero, -āre. *a* prae *et* properare (*nisi a* praeproperus, *maxime sub 2*). **1** *adv.* praeproperanter, *sec. part. praes. formatum, i. q. modo eius, qui ceteros antecedere properat* (*notionem q. e. praepropere intellegunt viri docti plerique, vix recte, v. quae exposui Invigilata Lucernis 7/8, 1985/6, 99 sqq.*): LVCR. 3, 779 animas ... certare ... -r inter se quae prima ... insinuetur *novo corpori animando.* **2** *forma finita* (*cf. var. ll. infra l. 74. p. 787, 6. 27*): GLOSS. II 157, 8 -at: *προπετεύεται* (*cf. II 147, 45* perperam ago: *περπερεύομαι, προπετεύομαι*).

※praeproperus, -a, -um. *a* prae *et* properus. *compar. et superl. desunt.* *legitur inde a* CIC., *in poesi non nisi apud* SIL., CE, CYPR. GALL. [*confunditur in codd. maxime cum* properus, *v. infra.*]

i. q. nimis vel valde properus: **1** *respicitur potius quando quid fiat, exsistat, adhibeatur, sc. de iis quae properando suum tempus praeveniunt, fere i. q. praematurus sim.* (*exempla certiora, cetera v. infra, maxime l. 56; cf.* GLOSS. -um: antea factum quod erat postea faciendum. GLOSS.^{L} I Ansil. PR 633 -um: ante tempus festinantem [*hinc emendandum* GLOSS. praeporem: ante tempus festinantem. *ad adv.* praepropere *traxit Goetz*]): **a** *de rebus*: CIC. Att. 1, 1, 1 *Galbae competitoris* -a prensatio (*postea*: nos ... initium prensandi facere ... eo ipso tempore, quo *eqs.*). VAL. MAX. 6, 3, 6 *lacrimae* -o amori dabantur *ab Horatiorum sorore* (propero *fere trad., sed cf.* immaturus *in eadem re 8, 1 absol. 1 et Liv. 1, 26, 4*). PLIN. nat. 18, 208 praeposteri aut -i rigores (*v. p. 782, 48. cf.* AMBR. in Luc. 7, 16 ne -o [-e *var. l.*] calore vernantis corporis arva luxurient). NOVATIAN. Cypr. epist. 30, 6 p. 554, 9 *lapsi* intellegant non momentaneam neque -am desiderare medicinam (*cf.* RVFIN. Orig. princ. 3, 1, 17 p. 226, 17 ne eos -a [propera *var. l.*] sanitas insanabiles reddat). ARNOB. nat. 3, 10 p. 168, 4 M. -o partu septimanas edere ... feturas. HIL. in psalm. 134, 1 p. 695, 2 ne quid -um, ne quid inportunum ac tardum sit. ZENO 2, 18 (1, 39, 5 L.) de -ae (properae *var. l.*) mortis subitis damnis (CE 1164, 2). CE 652, 10 (*a. 368*) inpia -o vidi tua fata dolore. AVG. octo quaest. 8 l. 134 parvulum ... non mittes in -am passionem (*ad exod. 23, 19*). OROS. hist. 5, 5, 7 ut a pugna iniretur (*apud Cannas; huc trahitur* GLOSS. -a: fraehraedae [*anglosax.*]). **b** *de infantibus celeritate crescendi aetatem antecedentibus*: PLIN. nat. 1, 7, 17 -i infantes (*cf. autem 7, 76 ἐκτραπέλους* Graeci vocant eos: in Latio non habent nomen).

praerutilus, -a, -um. *a* prae *et* rutilus. *i. q. valde rutilus*: CARM. de resurr. 202 *in prato floribus pleno* omnia ⌊-am⌋ miscent non invida lucem (⌊ ⌋ *var. l.* -a *praetulerunt edd. priores; alii cod. exhibent* -rutilant, -sutilant). INSCR. christ. Le Blant 334, 16 (*vers.*) *ob merita sua* -um detinet ipse polum (*epitaphium Attoli cuiusdam saec. VI[1] defuncti, quod servavit Flod. hist. 1, 23, MGH script. XIII p. 442, 39*). *Bk.*

1. ˣpraes, praedis *m.* [*vocem ad eandem radicem ac* vas, vadis *pertinere forma prisca* prae-vid- (*v. l. 41*) *probatur, sed qua ratione formata sit non prorsus liquet vocali* a *brevi obstante, quominus a verbo* vādere *derivetur. Sch.*] *de origine*: VARRO ling. 5, 40 a praestando (*v. p. 577, 62; cf. infra l. 56*). *ceterum derivatur fortasse a* praesens *l. 62, a* praeses *l. 69.* *scribitur* praees LEX Malac. (CIL II 1964) 4, 26, prad- *p. 805, 38, notatur* p *in formula sollemni, quam v. vol. VII 2, 1496, 38sq.* *genus masc. testatur e. g.* PHOC. gramm. V 411, 33. PROB. cath. gramm. IV 18, 23 quidam 'hi -es' numero semper plurali putant, sed errant. *forma antiqua nom. acc. plur.* praevides LEX agr. (CIL I[2] 585) 46. 47. 100 (*nom. sing.* praes *ibid. ter*); *vix tuearis nom. sing.* praedes *l. 62.* *legitur inde a* PLAVTO (*ceterum in versu non nisi apud* AVSON.; *cf. l. 47*) *legibusve sim. antiquis, sed raro post* CIC. (*v. scriptores sub II allatos et quae ad I monuimus*). **[***confunditur in codd. maxime cum* praeda PLAVT. Men. 593 CIC. dom. 48. *al. et cum* praeses *e. g.* VAL. MAX. 6, 2, 4 GAIVS inst. 4, 16 (*falso trad.* TERT. nat. 2, 15, 7; *e coni. vix recta* NEMES. ecl. 3, 6 [*v. Williams, 1986, ad l.*]); *lectionis dubiae* CHART. lat. ant. IV 251, 3 (*saec. III*) pares (praes *edd. priores*).**]**

significatur is, qui fidem praestat se pro alio obligans (*metonymice de ipsa securitate, sc. de -um bonis, fortasse p. 805, 64*): **I** *in iure* (*-es ad ius antiquum pertinentes raro memorantur aetate imperatorum, adhibitis sc. aliis satisdandi rationibus, nec occurrunt in corpore Iustiniani* [VLP. dig. 10, 3, 6, 7 *legitur* pro aedibus, *non ut olim* -bus]; *ad rem v. Wesener, RE Suppl. XIV 455sqq.*): **A** *definitiones, differentiae sim.* (*v. etiam p. 805, 42*): VARRO ling. 6, 74 sponsor et -s et vas neque idem, neque res a quibus hi, sed e re simile; itaque -s qui a magistratu interrogatus, in publicum ut praestet; a quo et cum respondet dicit: '-s'; vas appellatus, qui pro altero vadimonium promittebat (*paulo aliter distinguuntur*: AVSON. 347, 2 p. 165 quis subit in poenam capitali iudicio? vas; quid si lis fuerit nummaria, quis dabitur? -s. DIFF. Suet. p. 294, 3 vas vadis, qui [vades qui vas *trad.*] ipsum se ... pro alio tradit, sponsor qui alium sponsione sua suscipit, ⌊-s -is, [-es *cod.*], qui pro se alium praesens praesenti dicit id est dat [*cf. l. 68*]). PAVL. FEST. p. 223 -s est is, qui populo se obligat, interrogaturque a magistratu, si -s sit; ille respondet: -s. Ps. ASCON. Verr. p. 249, 22 -es dicuntur satisdatores locupletes pro re, de qua apud iudicem lis est. p. 253, 1 praedia sunt res ipsae, -es homines id est fideiussores. EXC. Bob. gramm. I 546, 23 -s, -is *ἔγγυος* (*item* GLOSS.). SYNON. Cic. p. 448, 2 vades. -es. receptores. fideiussores. sponsores ... pollicitatores praesentiae. GLOSS. -s: *ἔγγυος, ἀνάδοχος.* ab eo quod est praesides vel iudices vel fideiussores (*fortasse corrigendum sec.* GLOSS.[L] I Ansil. PR 675 -s: ab eo quod est -es, id est fideiussores). fideiussor, possessio vel qui habet praedia. -s et vas: byrgea (*anglosax.*). *sim. al. in gloss.*

B *exempla usum illustrantia; -es adhibentur*: **1** *in iudicio* (*potiora selecta*): PLAVT. Men. 593 apud aediles pro eius *clientis* factis ... pessumis ... dixi causam *et nisus sum* ..., ut sponsio fieret; quid ille? qui

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(quid? *Camerarius*) -em dedit (praedam *var. l.; ad rem non prorsus perspicuam v. Ehrhardt, Zeitschr. Sav. Stift., Rom. Abt. 55, 1935, 57*). DECRET. tribun. Gell. 6, 19, 5 *cum tribunus plebis Scipioni peculatus reo* multam ... irrogaverit -esque eum ob eam rem dare cogat aut, si non det, in vincula duci iubeat. LEX repetund. (CIL I² 583) 57 ⌞⟨earum rer⟩um⌟ (⟨e⟩um *Bannier, Philologus 83, 1928, 446*), quei ex h(ac) l(ege) condemnatus erit, q(uaestori) -es facito det ...; ⟨sei ita⟩ -es datei non erunt, bona eius facito publice possideantur (*inde restituendum videtur*: LEX Bant. [CIL I² 582] 11 sei condemnatus ⟨erit, ... -es⟩ ad q(uaestorem) urb(anum) det). CIC. Verr. II 1, 115 *quidam* lege ageret in hereditatem, aut, pro -e litis vindiciarum cum satis accepisset, sponsionem faceret et ita de hereditate certaret (*al. v. vol. VII 2, 1499, 30sqq.; addas* INTERPR. Gai 95). Rab. Post. 8 sunt lites aestimatae A. Gabinio *repetundarum reo* nec -es dati nec ex bonis populo ... ⌞pecunia exacta est⌟ (*Mommsen, v. app. crit.*). LIV. 38, 58, 1 Hostilius et Furius damnati -es eodem die quaestoribus urbanis dederunt. GAIVS inst. 4, 13 *summa sacramenti* in publicum cedebat -esque eo nomine praetori daba⟨n⟩tur (*cf.* 4, 16 -es ... praetor ... accipiebat sacramenti causa). *al.*

2 *in quibuslibet negotiis* (*sc. publicis praeter d; cavetur imprimis in locatione et venditione, ceterum pro munere publico recte gerendo l. 24sq., pro damnis aedificando illatis l. 33*): **a** *usu communi* (*exempla selecta*): LEX agr. (CIL I² 585) 47 *ne quis* ⟨ob eam⟩ rem, quod -s factus est, populo obligatus est⟨o⟩ (*sc. si ager populo redditus erit?*). LEX Tarent. (CIL I² 590) 1, 13 IIIIvir, quoi ita -s dabitur *a magistratu pecuniam publicam salvam fore pollicente*, accipito. 1, 16 ab eis quei *magistratum* petent -es ... accipito. CIC. Verr. II 1, 150 opere addicto, -bus acceptis. Phil. 2, 73 (*71* appellatus es de pecunia, quam ... pro sectione debebas) ad te et ad -es tuos milites misit *Caesar* (*cf.* 2, 78 *rediisti*, ne L. Plancus *praef. urbi* -es tuos venderet. Att. 12, 18ª, 1 propter -es suos accucurrisse *Antonium*). fam. 2, 17, 4 Laodiceae me *e provincia cedentem* -es accepturum arbitror omnis pecuniae publicae, ut et mihi et populo cautum sit sine vecturae periculo. LEX Vrson. (CIL I² 594) 75, 18 ne quis in oppido colon(iae) Iul(iae) aedificium ... disturbato, nisi si -es IIvir(um) arbitratu dederit se redaedificaturum. LEX Malac. (CIL II 1964) 4, 26 quae cuiusque eorum *-um cognitorumve* tum ⟨fuerunt⟩ ..., cum -s cognitorve factus est, *ea omnia obligata sunto*. LEX Irnit. 7 C 6 qui eos -es cognitores ea praedia mercati erunt. EPIST. imp. inc. (Année Épigr. 1947 n. 44; *cf.* 1981 n. 390; *imp. Nervae?*) 10 magistratus qui parum idoneos -es (prad- *lapis*) acceperunt, cum cavendum esset rei publicae, ipsi obligati sunt. *al.* **b** *iungitur cum subst.* praedium: *v. supra p. 579, 55sqq.* (*ubi l. 75 lege* 4, 22). **c** *de -e, qui pro se cavet*: LEX par. fac. Puteol. (CIL I² 698) 3, 17 C. Blossius, Q. f(ilius) HS MD *redemit*, idem -s (PAVL. FEST. p. 151 qui *manceps* i. -s dicitur, quia tam debet praestare populo, quod promisit, quam is, qui pro eo -s factus est). LEX Tarent. (CIL I² 590) 1, 9 *magistratus* facito, quei pro se -s stat -es praediaque ad IIIIvir(os) det *eqs.* **d** *de -e, qui privato cuidam datur* (*si usum agnoscas contra testimonia p. 804, 56. 63 neque ad sectionem bonorum proscriptorum referre temptes* CIC.; *ceterum cf.* PLAVT. *sub 1*): CIC. Att. 9, 9, 4 *in hortulis emendis* egi per ⌞-em⌟, ille daret tanti, cum haberet venale (⌞ ⌟predum *trad.*; Precium *Shackleton Bailey, 1968, ad l.*). 12, 52, 1 Montanum Planco debere, quod -s pro Flaminio sit, HS *tot* (*nisi coll. l. 28 ad a trahas*). 13, 3, 1 -s (expers, expresse *var. ll.*) aliquando factus esses, et in his quidem tabulis. AVSON. 305, 21 p. 178 (*ad Thaletis dictum p. 931, 52*) -es vadesque paenitudinis reos *esse* (*nisi ad 1; cf.* AVSON. *sub A*).

C *exempla sec. gramm. digesta*: **1** *iuncturae verbales potiores*: PLAVT. Men. 593 qui -em dedit (DECRET. tribun. Gell. 6, 19, 5 [*ter*]. LEX repetund. [CIL I² 583] 57. par. fac. Puteol. [CIL I² 698] 1, 7. Tarent. [CIL I² 590] 1, 13. CIC. Rab. Post. 8. 37. *al.; addas l. 9. p. 806, 2. 7*). LEX agr. (CIL I² 585) 46 -es ... soluti sunto (100). 47 quod -s factus est (48. 84 CIC. Att. 13, 3, 1 NEP. Att. 6, 3 PAVL. FEST. p. 151. *al.*). LEX Tarent. (CIL I² 590) 1, 16 -es ... accipito (CIC. Verr. II 1, 150 fam. 2, 17, 4 LIV. 5, 55, 3. LEX Malac. [CIL II 1964] 3, 36. *al.*). CIC. Verr. II 1, 142 in bonis -bus praediisque vendundis (*item iuxta* praedia: LEX Malac. [CIL II 1964] 4, 38. *al.* LEX Irnit. 7 B 41. *al.; ceterum*: CIC. Phil. 2, 78. LEX inc. [CIL I² 597ª; *si recte suppletur*]. *cf. supra l. 36. verbis formulae antiquae retentis fortasse potius bona -um quam ipsos -es venire significantur, v. Spitzl, Lex mun. Malac., 1984, 91sq.*). *ibid.* -bus et praediis populo cautum est (*item iuxta* praedia: 1, 143 LIV. 22, 60, 4. *ceterum*: LEX Malac. [CIL II 1964] 3, 35. LEX Irnit. 7 A 18). *al.*

2 *accedunt structurae (imprimis ad totam locutionem verbalem), quibus indicatur*: **a** *pro qua re (pro quo non nisi l. 72sq.) satis detur*: α *praepos.*: DECRET. tribun. Gell. 6, 19, 5 -es ... ob eam rem dare (LEX agr. [CIL I² 585] 48 *si recte suppl.*). LEX agr. (CIL I² 585) 47 pro eo agro (LEX Tarent. [CIL I² 590] 1, 9 pro se. CIC. Att. 12, 52, 1 pro Flaminio. PAVL. FEST. p. 151 pro eo). LEX Malac. (CIL II 1964) 3, 35 si d(e) e(a) r(e) is -bus minus cautum esse videbitur. GAIVS inst. 4, 16 sacramenti causa. β *gen.* (*adde l. 5. p. 806, 18. 21*): CIC. Verr. II 1, 115 litis vindiciarum (*v. sub B1*). fam. 2, 17, 4 pecuniae publicae. NEP. Att. 6, 3 nullius rei. γ *acc. c. inf.* (*adde l. 19. 22*): LEX Tarent. (CIL I² 590) 1, 9 -es ... det ... pecuni⟨a⟩m ... salvam ... esse futur⟨a⟩m (LEX Vrson. [CIL I² 594] 75, 18. Malac. [CIL II 1964] 3, 31. Irnit. 7 A 16). 1, 16 -es ... accipito ... pequniam ... salvam ... ess⟨e futu⟩ra⟨m⟩ (LIV. 5, 55, 3).

b *cui satis detur*: α *dat.*: LEX repetund. (CIL I² 583) 57 q(uaestori) -es ... det (LIV. 38, 58, 1 dederunt). LEX agr. (CIL I² 585) 47 -es ... ⟨populo dato⟩ ([*si recte suppl.*]. CIC. Verr. II 1, 142. 143 LIV. 22, 60, 4. *cf. l. 19*). LEX Tarent. (CIL I² 590) 13 quoi *IIIIviro*. GAIVS inst. 4, 13 praetori. β *praepos.*: LEX Tarent. (CIL I² 590) 1, 9 ad IIII⟨vir(os)⟩ (*adde p. 805, 9*). LEX Malac. (CIL II 1964) 3, 31 -es in commune municipum dato (4, 22 LEX Irnit. 7 A 16. *al.*). 4, 36 aput eos, qui Romae aerario praeessent.

II *per imaginem et comparationem de quibuslibet promittentibus, satisdantibus*: **A** *de rebus* (*cautius additur* tamquam *apud* CIC.): CIC. Att. 6, 1, 8 cum sex libris *de re publica* tamquam -bus me ipsum obstrinxerim, *ne contra praecepta mea agam*. CVRT. 9, 2, 25 vestram virtutem rerum, quas gesturus sum, vadem -emque habeo. **B** *de hominibus*: VAL. MAX. 6, 2, 4 *Pompei*, da ... -es rei publicae te, si postulatus fueris, civile bellum non excitaturum, *tunc te accusabo*. SEN. dial. 10, 3, 5 quem tandem longioris vitae -em accipis? quis ista sicut disponis ire patietur? CVRT. 5, 4, 13 *Alexander* '-em', inquit 'me accipe neminem ... recusaturum ire, qua duces'. FRONTO p. 50, 3 me vade, me -e, me sponsore celeriter te in cacumine eloquentiae sistam.

deriv.: praedium. *compos.*: compraes.

[2. praes, *adv. notionis q. e. praesto vix recte Scaliger defendit* AVSON. 301, 19 p. 172 (praesto *var. l.*) *coniecitque* PLAVT. Persa 288 (praesto *A et P*); *cf. etiam p. 955, 75.*] *Morano.*

***praes(a)epe,** -is, *n. et* **praes(a)epēs,** -is *f. et* ***praes(a)epium,** -ī *n.* *a* prae *et* saepes. *de scriptura*: praesep- *praebent tituli* CIL VI 8413 XIV 4314 *et plerique libri vetustiores, e. g.* PLAVT. Cas. 57 (*cod. A*), VERG. *ubique praeter l. 36* (*contra iidem* saepes *et* saepio *fere ubique dipthongo scribunt*), VET. LAT. Luc. 2, 7. 12. 16. 13, 15 (codd. 2. 3. 4. 5. 10); *cf.* presep- VET. LAT. Luc. 2, 12 *et* 16 (cod. 13, *sed* 2, 7 *et* 13, 15 praesep-). COLLECT. Arian. serm. 1, 3. *multo rarius invenitur* praesaep-, *e. g.* VERG. ecl. 7, 39 (*MP ut* georg. 3, 214). Aen. 7, 275 *F, vel* pr(a)esip-, *e. g.* VET. LAT. Is. 1, 3 (Invent. cruc. 105, *cod. A*). Luc. 2, 7. 12. 16 (cod. 8). AMBR. paenit. 2, 5, 36 *B.* PRVD. cath. 11, 77 *A.* NOT. Tir. 20, 99 -ium. 99ª in -io. 99ᵇ de -io. *legitur inde a* PLAVTO, ENNIO, CATONE *per totam latinitatem.* [*var. it. sept.; var. raet.; var. vasc., cat.; hisp.* pesebre; *port. vet.* preseve, perseve, *galic.* presebe. *cf. M.-L. 6724, 6724a et Faré, Postille. Battisti-Alessio IV 3069. Wartburg IX 312. Corominas² IV 505sq. Machado³ IV 425sq. St.*] [*falsa var. l.* -io *pro* praecepto NOVELL. Valent. 7, 2, 2; *e coni.* DRAC. Romul. 7, 95 (*Baehrens*; presentia *cod.*).]

I *de formis et genere*: **A** *doctrinae grammaticorum*: SACERD. gramm. VI 472, 25 (*sim.* PROB. cath. gramm. IV 8, 3) hoc -e, huius -is hoc genere declinatur; nam quod Plautus (frg. inc. 40) 'haec -is (-es *Prob.*) mea est' genere feminino, sicut apud Graecos, auctoritas est, non ratio (*item inter neutra*: NON. p. 218, 2 [*excipiuntur fem.* PLAVT. Curc. 228 Rud. 1038 VARRO rust. 1, 13, 6]. CHAR. gramm. p. 74, 3 [*excipiuntur fem.* PLAVT. Curc. 228 *et logistorici frg.* VARRONIS]. EXC. Bob. gramm. I 554, 21. *al.*). CHAR. gramm. p. 73, 23 sq. (*schema declinationis*) hoc -e, -is, -i, ab hoc -e. p. 75, 19 (*de abl.*) hoc -e, ab hoc -e. AMBR. in Luc. 2, 42 'agnovit ... -e ...' (Is. 1, 3), immo -ium dixerim, sicut scripsit qui transtulit; nihil enim apud me distat in verbo, quod non distat in sensu. PHOC. gramm. V 428, 13 (*inter pluralia tantum, cf.* DVB. NOM. gramm. V 587, 16 sqq. -ia vetant grammatici singulariter ⟨dici⟩ et de genere quaeritur; sed Varro 'haec -is' [*Keil*, horum -iis *codd.*] et alibi 'hoc -e' [*seq. locus corruptus*] ...; sed consuetudine [*Keil*; -tudo *codd.*] neutro genere praestat dici). DVB. NOM. gramm. V 590, 12 (*ad Verg. ecl. 1, 54*) melius 'sepis' *quam 'seps'*, quia '-is' non '-s'.

B *usus auctorum*: **1** *generalia praemonenda: antiquiores fere formas tert. decl. praebent, sc. generis fem. inde a* PLAVTO (*post* VARRONEM *perraro, v. l. 75*), *neutr. certi inde a* VARRONE. *formae sec. decl. traduntur* VARRO rust. 2, 5, 16 PLIN. nat. 8, 29 *et saepius inde ab* APVL. (*qui his tantum formis utitur*), *praevalent e. g. in novo test.* (-ium *vel* -io *omnes codd.* VET. LAT. [*praeter p. 807, 6*] *et plerique* VVLG. [*sed* -e *vel* -i *e. g. codd. VZ*], *etsi in vet. test.* VVLG. *tertiam decl. praebet; cf.* AMBR. *sub A*) *et apud veterinarios. ceterum etiam singuli auctores decl. variare videntur, cf. l. 57 et e. g.* AMBR. paenit. 2, 5, 36 -e deserit, ... a -io, ... -e ...deserit. AVG. serm. 189, 4 in -e ...; in -io ...; ad -e.

2 *enumeratio formarum exstantium*: **a** *tertiae decl.*: α *fem.: nom. sing.* -es, -is *afferunt grammatici ex* PLAVTO *et* VARRONE, *v. l. 49. 50. 57. cf. l. 60.* *acc. sing.* -em: PLAVT. Curc. 228 (-em suam Char. gramm. p. 74, 6, -im suam Non. p. 218, 5, -e *vel* -em suum *codd. Plauti*). VET. LAT. Is. 1, 3 (Lact. inst. 4, 11, 12. *al.* [-ium *var. l. et* Hil. in

[Blundell]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

psalm. 146, 9; -e Vvlg.]). Chiron 296; *in var. l.* Lact. inst. 7, 24, 8 Vvlg. Iob 6, 5, *v. etiam l. 4.* *acc. plur.* -is: Plavt. Cas. 57. Rud. 1038 (-ias Non. p. 218, 7 *contra metrum*). Cato agr. 4. 14, 1. Varro rust. 1, 13, 6 (-iis, -ias *fere codd.*, -im Non. p. 218, 9). β *generis incerti: dat., abl. plur.* -ibus: Enn. ann. 514 Varro Men. 349 rust. 2, 7, 7. 10 Cic. Pis. 42 Verg. *sexies. et saepius.* *abl. sing.* -e: Tert. carn. 5 p. 806, 58 (*nisi acc.*). Vet. Lat. Luc. 13, 15 (codd. 13. 17). Hier. epist. 64, 8, 2. *al.*; -i: Ambr. Isaac 4, 31 Avg. serm. 51, 24. *et saepius* (*sed neutr. probatur accedente adi.* Sedvl. carm. pasch. 2, 62. 4, 301 op. pasch. 2, 4. 4, 22). *gen. sing.* -is: Ivvenc. 1, 177 Hier. epist. 147, 4, 4. *al.* *gen. plur.* -ium Vet. Lat. II par. 9, 25 (cod. 91). γ *neutr.: nom., acc. sing.* -e: Varro *p. 806, 58.* Hor. epist. 1, 15, 28 Ov. met. 7, 544 fast. 1, 663. Phaedr. 2, 8, 22 (-ia *var. l.*). Svet. Cal. 55, 3. *et saepe.* *nom., acc. plur.* -ia: Varro rust. 2, 2, 19. Verg. *quater.* Ov. *bis.* Vitr. *bis. et saepe* (Colvm. *undecies, nulla alia forma adhibita*).

b *secundae decl. (formam ambiguam* -ia *v. sub aγ): dat., abl. plur.* -iis: Varro. rust. 2, 5, 16 Adnot. Lucan. 6, 86 CIL VI 8413. *dat., abl. sing.* -io: Plin. nat. 8, 29. Apvl. *sexies.* Chiron *sexies.* Veg. mulom. *ter.* Hier. epist. 14, 11, 2. *et saepe.* *nom., acc. sing.* -ium: Apvl. *quater.* Vet. Lat. gen. 49, 11 (cod. 100). *al.* Pelagon. 404. Chiron *septies.* Veg. mulom. 2, 107, 1. 4, 1, 3 (*sed* 2, 112, 3 -e). *al.*; -ius *non nisi in var. l. p. 808, 29.* *gen. sing.* -ii: Avg. serm. 194, 2 Ps. Avg. serm. dub. 365, 4. Salv. eccl. 2, 4 (-is, -i *var. ll.*).

?**c** *primae decl.: non nisi falsis var. lect. l. 2. 4*; *vix huc* Gloss.^{L} II Philox. pr 111 -ia: *φάτνη.*

II *de notione: vi originaria non prorsus perspicua significatur aut locus, ubi pecudibus pabulum praebetur (sc. ante saepem quandam?) aut locus saepibus praeclusus, stabulum* (Non. p. 49, 27 sqq. -ia non tantum quibus aut cantheri aut iumenta cetera aut veterina animalia pabulantur, sed et omnia loca clausa et tuta dicta -ia [*afferuntur* Verg. Aen. 1, 435 Varro Men. 349]. Gloss. *φάτνη*): **A** *usu sollemni, sc. -ibus utuntur animalia domestica (fere equi, boves, oves sim.; elephanti l. 59, apes p. 808, 63, ursi p. 808, 45*): **1** *respicitur potius saeptum, quo pecudes alligantur, receptaculum pabuli (nonnulla etiam ad 2 trahi possunt, sed hic illic apparet -e intra stabulum vel bovile contineri, imprimis e. g. l. 51. 58. 68*): **a** *exempla varia (pauca selecta post* Svet.): Enn. ann. 514 *equus* de -ibus fartus vincla ... abrupit (*sec. Hom. Z 506 ἀχοστήσας ἐπὶ φάτνῃ. ab utroque pendet* Verg. Aen. 11, 492 ubi abruptis fugit -ia vinclis ... equus). Cato agr. 4 bubilia bona, bonas -īs faliscas clatratas: clatros interesse oportet pede; si ita feceris, pabulum boves non eicient (*sunt, qui post* -is *interpungant, cf. p. 808, 41*). Varro rust. 2, 2, 19 *ovium* -ia ac stabula (2, 7, 7 in stabulis ac -ibus *equorum* [*opp.* in pratis]). 2, 5, 16 pabulo viridi obiciendo in -iis *boum.* 2, 7, 10 oportet ... inter singulas *equas* a -ibus intericere longorios. Verg. georg. 3, 214 intus clausos satura ad -ia servant *tauros.* 3, 395. 3, 416 saepe sub immotis -ibus ... vipera delituit (*locum affert* Colvm. 7, 4, 6, *respicit* Pallad. 12, 13, 6). 3, 495 vituli *aegri* ... animas plena ad -ia reddunt (Tib. 2, 1, 7. Ov. met. 9, 195 plena ... corporibus laceris -ia *equorum Diomedis.* fast. 1, 663 Lvcan. 6, 85 Vvlg. Iob 6, 5). Ov. Ib. 381 qui ...-ia regis *Diomedis* fecerunt dapibus sanguinolenta suis (*ad eundem spectant*: Ov. met. 9, 195 *supra.* Tert. pall. 4, 3 cruenta -ia. Clavd. rapt. Pros. 2 prol. 11 dira [dura *var. l.*]). *al.* Vitr. 6, 6, 1 *culina* coniuncta ... habeat bubilia, quorum -ia ad focum ... spectent. 6, 6, 5. Phaedr. 2, 8, 22 dominus ... accedit ad -e (*inde* Romvl. fab. 69, 19, *ubi* rec. W ingreditur stabulum ... et ... accessit videre -ia). 5, 9, 2. Colvm. 1, 6, 6 non altius edita esse -ia ..., quam ut bos ... *facile* vesci possit. 2, 3, 2 ad -ia boves religari (6, 2, 1 Chiron 296. *cf.* alligare ad -ia, -ium, -e: Plin. nat. 27, 101. Vet. Lat. gen. 49, 11 [cod. 100; *gr. ἕλιχι, Vulg.* ad vitem]. Avg. in psalm. 49, 17; deligare -io: Apvl. met. 8, 26, 5; applicare -io: Apvl. met. 9, 12, 1. 9, 15, 2). 6, 2, 3 in stabulo sint ampla -ia. 7, 3, 21 *hieme ovibus cibi obiciuntur* intra tectum per -ia. *al.* Plin. nat. 8, 29 *elephanti* si pabulum in ...-io positum attingi ab eo *mure* videre, fastidiunt. *al.* Val. Fl. 3, 56. Svet. Cal. 55, 3 equile marmoreum et -e eburneum. Apvl. met. 7, 27, 3 *mulier* stabulum inrumpit meum ... *et* incipit '... iste *asinus* ... incumbens -io voracitati suae deservit'. 9, 13, 2 circa -ium capita demersi *pascebantur muli.* Vet. Lat. Is. 1, 3 (Tert. adv. Marc. 3, 6. *al., sim.* Vvlg.) agnovit ... asinus -e domini sui. Pelagon. 404 *equus insanus* -ium frangit (*cf.* Chiron 280 corrodet [porr- *cod., corr. Heraeus sec.* 301; *inde* Veg. mulom. 2, 11, 1 rodit]). Avg. serm. 210, 10 *homines post ieiunium* opimis mensis tamquam pecora -ibus irruunt. CIL VI 8413, 6 (*in tit. sepulcr.*) stabulum cum -iis et cellis huic loco ... cedit. *al.*

b *exempla ad Christi nativitatem spectantia*: α *varia* (*nota plur. l. 73. p. 808, 1. al.*): Vet. Lat. Luc. 2, 7 (cod. 4. *al.*) *Maria filium* posuit in -io ([Vvlg. reclinavit]. 2, 12 *et* 16 [*ibid.* = Vvlg.] *et inde saepius apud eccl.*). Tert. carn. 2 l. 6 sordidos pannos et dura -ia (Ivvenc. 1, 157 durum ... datur -e cubili). 5 l. 6 quid ... indignius deo ..., in -e deponi, an in monimento recondi? (Zeno 2, 12, 3). Ivvenc. 1, 169 puerum ... implentem ... -ia voce. 1, 177 iacentem -is gremio (Vigil. Thaps. c. Arian. 2, 49 contineri). Ambr. Isaac 4, 31 (*ad cant. 2, 8*) ex virgine in -e transilivit; in -i (-e *et* -io *var. ll.*) erat et fulgebat e caelo. in Luc. 2, 43 -e sibi domini *describendum vindicavit Lucas.* Hymn. Walpole 8, 12 *stella* hoc adoratum die -e magos *duxit.* Gavdent. serm. 10, 7 humanorum peccaminum pannis indutum et in angusto Iudaeae -io collocatum (Sedvl. carm. pasch. 2, 62. *al.*; *cf.* -is angustiae: Hier. epist. 22, 39, 2 -is continetur angustiis [-iis ... angustis, -i ... angusto *sim. var. ll.*]. Fvlg. Rvsp. serm. 3, 1 F.; *sim. l. 9 et* Ven. Fort. carm. 2, 2, 13 arta ... -ia). 19, 6 angustum -is cunabulum (Prvd. cath. 11, 77. *cf.* Prvd. tituli 111 -e iacenti cuna erat). Collect. Arian. serm. 1, 3 illud -ium sepulturae eius imaginem designabat. Hier. epist. 14, 11, 2 iudex, qui ... in -io vagiit (64, 8, 2 vagientem de -e audivimus. Avg. serm. 188, 2 Consvlt. Zacch. 2, 12 p. 73, 30. *al.*). hom. Orig. in Luc. 13 p. 82, 7 -e ..., de quo propheta vaticinatus est (*respicitur* Is. 1, 3 *p. 807, 64 ut e. g.* Avg. serm. 189, 4 accedant ad -e duo animalia, duo populi. Sedvl. carm. pasch. 4, 301 patulo [*cf.* op. pasch. 4, 22 modico]). Avg. serm. 184, 3 iacebat in -io continens mundum. Conc.^{S} I 5 p. 94, 28 in -io mutorum animalium proicitur (*sed* p. 141, 30 *et* 286, 18 in -e). *et saepe.* β *Christi -e ab hominibus posterioris saeculi aditur*: Ambr. obit. Theod. 42 (*de matre Constantini*) bona stabularia, quae ... -e domini requisivit. Pavla Hier. epist. 46, 11, 1 illud -e ... silentio ... honorandum est. Hier. epist. 108, 10, 2 *Paula Bethlem invisens* iurabat cernere se fidei oculis infantem ... vagientem in -e *eqs.* (-i *var. l.*). 147, 4, 4 tu inter ostia quondam -is domini, nunc altaris, amatorias epistulas fulciebas. adv. Rufin 3, 22 adoravi -e et incunabula. Itin. Eucher. p. 127, 21 -e domini exornatum insuper argento atque auro fulgenti cella ambitur. Marcell. chron. II p. 63, 392, 2 prudens animal ad -e domini se ... obtulit *Hieronymus.* Itin. Anton. Plac. rec. A 29 spelunca ..., in qua est ⌞ipsum -e ornatum⌟ ex auro et argento (⌞⌟ ipse -ius ornatus *var. l.*). γ *legitur in contextu, ubi de Christo ut cibo hominum vel cibum hominibus praebente agitur (cum respectu eucharistiae maxime l. 38. cf. B1b*): Ambr. virginit. 15, 95 ad domini -e ducuntur, in quo ... est esca ... panis *eqs.* Avg. in psalm. 44, 3 adoratus est in -i, cibaria mansuetorum (serm. 190, 3 in -i iacet, fidelium c. iumentorum ...; ad -e accedamus, c. manducemus. *al.*). serm. 189, 4 in -io positus cibus noster est factus (*sim. etiam* Ps. Orig. tract. 19, 11). Ps. Avg. serm. dub. 365, 4 in -io , qui piorum iumentorum esca fieret, reclinatus *est.* Conc.^{S} I 3 vers. Tur. p. 160, 2 illud ... -e huius mensae mater est factum; ... in illo positus est, ut in ista comedatur *eqs.* *al.*

2 *respicitur potius locus, quo ipsa animalia continentur, fere i. q. stabulum (exempla certiora; cetera v. sub 1*): Cato agr. 14, 1 *faciat faber* -īs bubus hibernas aestivas faliscas (*cf. Colum. 1, 6, 4* bubilia ... hiberna atque aestiva. *an* faliscas *hic et p. 807, 38 pro subst. accipiendum?*). Varro rust. 1, 13, 6 *apud antiquos* laudabatur villa, si habebat ... -īs laxas. Verg. ecl. 7, 39 cum ... pasti repetent -ia tauri. Aen. 7, 17 in -ibus ursi saevire *Circes* (Serv.: caveis, ubi aluntur; non enim re vera -ia habent). 7, 275 *equi* stabant ter centum ... in -ibus altis (Ov. met. 2, 120 Coripp. Ioh. 1, 516). Calp. ecl. 1, 39 nocturna ... claudere ... -ia crate. 5, 43 nec tu, *pastor,* ... procul a -ibus herbas ... sectabere (*huc traximus coll. Verg. georg. 1, 355* propius stabulis). Ivv. 1, 59 *iuvenis prodigus* bona donavit -ibus et caret omni maiorum censu (Schol.: propter equos hoc dixit). 8, 157 *mulio consul* iurat ... Eponam et facies olida ad -ia pictas. Tert. nat. 1, 11, 6 *animalia* perinde cum suis -ibus con⟨secrati⟩s (*huc traximus coll. Min. Fel. 28, 7* asinos in stabulis ... consecratis). Vet. Lat. II par. 9, 25 (cod. 109) erant Salomon xl milia -ia equum et curruum (cod. 91 quattuor milia -ium, *Vulg.* quadraginta milia equorum in stabulis, *gr. aliter; de eadem re* Vvlg. III reg. 4, 26). 32, 28 (cod. 109, *sim.* Vvlg.) *Ezechias* fecit sibi ... -ia omnis pecoris et caulas ad greges ovium. Ambr. in Luc. 2, 43 gentes pecudum intra -ia more viventes. Clavd. carm. min. 30, 192 sacris -ibus (*i. stabulis imperatoris*). Pavl. Nol. carm. 18, 238 *boves* in vacuis -ibus ... quaesivit (*cf.* 335 -ia ...nuda boum). Sidon. carm. 9, 138 *Achilles* -ibus accubans amatis *Chironis.* *al.* *per comparationem transfertur ad favos:* Verg. georg. 4, 168 *apes quaedam* ignavum fucos pecus a -ibus arcent (=Aen, 1, 435, *ubi* Serv.: alveariis; et est translatio. *pendet* Ambr. hex. 5, 21, 69).

B *usu deflexo*: **1** *potius ex similitudine usus de locis vel rebus, quae aut cibum victumve aut domicilium praebent (huc fort.* Plavt. frg. inc. 40 haec -is [-es *var. l.*] mea est): **a** *proprie*: Plavt. Cas. 57 scit *filius* ... futurum quod amat intra -īs suas (Rud. 1038). Curc. 228 non retineri potuit ..., quin reciperet se huc esum ad -em suam (*sc. parasitus ut*: Hor. epist. 1, 15, 28 scurra, vagus, non qui certum -e teneret [Porph.: *ταπίνωσις* et saturice pro mensa]). Cic. Pis. 42 *non recte audis Epicureos,* audis in -ibus, audis in stupris, audis in cibo et vino (*cf. 37* Epicure noster ex hara producte). Avg. serm. 356, 13 *si gazophylacium refertum donis fidelium* fuerit -e nostrum, *sc. clericorum,* ut nos simus iu-

[Blundell]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

menta dei, vos ager dei. **b** *spiritaliter, sc. in imaginibus et explicatione allegorica, de fonte alimoniae spiritalis vel de domicilio spiritali (cf. A1bγ)*: AMBR. in Luc. 2, 42 asinam illam rationabilem ... -ia sancta paverunt (*respicitur* Is. 1, 3 *p. 807, 64; postea*: asina ... forma gentilium). paenit. 2, 5, 36 Ephraem 'sicut vitulus non est edoctus' (*Ier. 31, 18*) longe positus a -io, quia '-e domini' (Is. 1, 3) deseruit. virginit. 15, 96 qui bene portaverint iugum verbi, usque ad domini -e ducuntur *eqs.* AVG. serm. 194, 2 *deus* implevit in terra -e nostrum (*opp.* mensa *angelorum*); ... plenitudo -ii nostri est, quia 'verbum caro factum est *eqs.*' (*Ioh. 1, 14*). GREG. ILIB. in cant. 3, 16 (*ad* 1, 17, *v. l. 22*) apostolos cypressos appellat, unde -ia nostra, i. e. ⟨ecclesia⟩ (*add. Bulhart*) euangelicae doctrinae cibis repleta sunt. 3, 17 sunt ergo -ia apostolicae doctrinae praecepta. COMM. instr. 1, 33, 5 (*ad gentiles*) intrate stabulis ⌞silvestris⌟ ad -ia ⌞tauri⌟ (*'homines saeculo inhaerentes' intellegit Dombart*). VEREC. in cant. 6, 21 l. 14 (*ad* Hab. 3, 17) boves praedicatorum *falsorum* non erunt ad -ia prophetarum. l. 21 ad -ia spiritalium non erunt gratiarum. GREG. M. moral. 31, 3 (*ad* Iob 39, 9) -e hoc loco ipsa scriptura sacra ... accipitur, in qua verbi pabulo animalia sancta satiantur *eqs.*

2 *potius ex similitudine formae*: **a** *de variis rebus manu factis*: VARRO Men. 349 -ibus se retineat forensibus (*sc. musicus? explicatur a* NON. *p. 807, 27. significantur cancelli fori, cf. e. g. Cic. Sest. 124 Amm. 30, 4, 19*). VET. LAT. cant. 1, 17 (cod. 169. *al.; describitur domus*) -ia nostra cypressi (*i. lacunaria saepimentis in partes divisa, cf. gr. φατνώματα, Ambr. Isaac 4, 27* lacunaria, *Vulg.* laquearia. *allegorice explicat* GREG. ILIB., *v. l. 10sqq.; ceterum cf.* praesaepiarium, praesaepiatus). HIER. epist. 22, 35, 4 *coenobitae* ad -ia redeunt (*1* cellulis, *sim. 5*). CIL XIV 4314, 8 -ia marmoravit p(edes) LXVIII (*pars sacelli Mithr. significari videtur, sed incertum utrum parietes, cancelli sim. an aediculae vel tota cella, v. Flinck, Stud. Orient. 1, 1925, 17*). **b** *de sidere* (*v. Le Bœuffle, Les noms lat. d'astres, 1977, 162; nomen explicatur* AVIEN. Arat. 387 aer crassior ..., qualis -ibus esse forma solet): PLIN. nat. 18, 353 exiguum inter illas *stellas Asellos appellatas* spatium obtinente nubecula, quam -ia appellant. AVIEN. Arat. 1651 convenit ... parvum -e notare; id nubi nomen ... Graecia docta dedit (1735 p. -e [*Ald.*, praespecta *trad.*]). 1657 (*bis*). SCHOL. Germ. Bas. p. 71, 12 -ium ..., ut nubes, iuxta paret. p. 71, 18.

3 *incerta ratione de herba quadam* (*cf. André, Les noms de plantes, 1985, 207*): DIOSC. gr. Vind. 3, 93 *ἀτραχτυλίς· ... Ῥωμαῖοι πρεσηπιουμ, οἱ δὲ φουσουν ἀγρεστις, οἱ δὲ χουνουκλα ῥουστικα* (*v. vol. III 1729, 35sqq.*).

deriv.: ?praesaepiarium, ?praesaepiatus.

?praes(a)epiārium, -ī *n.* *a* praesaepe, *si recte restit.* *i. q. tectum laquearibus ornatum sim.* (*cf. supra l. 22 et* praesaepiatus): VET. LAT. Ezech. 41, 20 (cod. 177) a pavimento usque ad praesepiar⟨i⟩um cherubin et palmae sculptae *erant* (*restit. Rönsch, Coll. Phil., 1891, 154; gr. φατνώματος, Hier. ad l.* laquearia, *Vulg.* superiora portae).

?praes(a)epiātus, -a, -um. *a* praesaepe, *si recte restit.* *i. q. laquearibus ornatus, laqueatus* (*cf. supra l. 22 et* praesaepiarium): VET. LAT. Ezech. 41, 15 (cod. 177) et templum et anguli et aela⟨m⟩ exterius -a *erant* (*restit. Ranke, Par palimpsestorum Wirc., 1871, 357, coll. voce* retiatus [*ibid. 41, 16*]; praetiata *cod.; gr. πεφατνωμένα, Hier. ad l.* strata ligno, *Vulg. aliter*).

praes(a)epio, -s(a)epsī, -s(a)eptum, -īre. *a* prae *et* saepire. -sep- *plerumque in codd. inveniri videtur.* *i. q. a fronte vel antea saepire, cingere* (*huc pertinere videtur etiam p. 895, 23sq.*): **1** *intercludendo* (*sc. itinera sim.*): CAES. Gall. 7, 77, 11 omni aditu -to (-repto *var. l.*). civ. 1, 27, 4 *portus* aditus ... atque itinera ... defixis trabibus ... -it *Pompeius.* 3, 49, 3 *Caesar angustias vallium* sublicis in terram demissis -pserat. **2** *muniendo, protegendo*: PAVL. FEST. p. 231 tabulae, quibus quid -itur, ... dicuntur *plutei.* SIL. 15, 233 *dux* amplexus ... excelsa loci, -pserat arcem (praecess-, praeceps-, process- *var. ll.*).

p. p. p. pro subst. **praes(a)eptum,** -ī *n.* *i. q. locus saepimento circumdatus vel interclusus* (GLOSS. -um: circumdatum. -a: circumdata): **1** *proprie*: VET. LAT. iud. 6, 2 (Rufin. Orig. in iud. 7, 2) fecerunt filii Istrahel ... -a (-cepta, -sepia *var. ll.*) in montibus et in speluncis et in munitionibus (*gr. cod. Alex. μάνδρας, aliter Vulg.*). **2** *in imagine*: AMBR. in Luc. 7, 18 nos ... desidia quadam mentis intra -um (pro- *var. l.*) carnis inclusi *id nescimus* (*antea*: corporis terminos). RVFIN. Greg. Naz. orat. 5, 3, 1 (*episcopus de periculo gregis sui*) timeo fures ..., ne ... ascendentes in -a (-sepia *var. l.*) ovium ... furentur (*Migne gr. 35, 1232A αὐλῆς sec. Ioh. 10, 1, ubi Vulg.* ovile).

praesaepium *v.* praesaepe. *Blundell.*

praesāgātio, -ōnis *f.* *a* praesagare. [*dub. trad. pro* praesagitio *apud* CIC. *p. 811, 29. 31.*] *i. q. praesagitio*: CASSIOD. var. 12, 19, 1 imminentia bona quadam animi -e dinoscimus. anim. 10 l. 60 laetitiam nobis interdum ignari animi -e promittimus (pros- *var. l.*).

?praesāgātor, -ōris *m.* *a* praesagare. *i. qui praesagat, futura divinat, praedicit*: EVAGR. vita Anton. 33 p. 891 (*de daemonibus, qui adventuris praecurrentes ea futura nuntiant*) his -um dolis apud delubra daemonum quondam credebantur oracula (praesagiorum *Desmarez*, -sagitorum *Rosweyde; gr. et Vita Anton. brevius*). *cf. exemplum medii aevi Adamnan. vita Columb. 3, 27 (124b)* veridicus -r.

praesāgāx, -ācis *adi.* *a* prae *et* sagax, *ut sit i. q. valde sagax* (*aliter* GRAMM. suppl. 74, 24 [*inter nomina*, quae ab indicativo praesenti veniunt] sagio sagax, unde praesagio -x): GLOSS. V 575, 46 -iores: ingeniosiores.

[praesāgiāris, -e *adi. non nisi e coni. p. 814, 59.*]

praesāgio, -īvī (-iī), -ītūrus, -īre (*depon. v. l. 19*). *a* prae *et* sagire (*sim.* GRAMM. suppl. 74, 24). *de formis: inter verba coniug. tertiae productae, i. quartae* DIOM. gramm. I 370, 31 sq. GLOSS. *p. 813, 20; sed* -go, -gis, ... -gunt *postulat* CAPER gramm. VII 94, 1 (*cf.* praesagmen). *imperf.* -ibat PLAVT. Aul. 178, *restituitur* AMM. 23, 3, 3. 30, 1, 5; -iebat *exhibent* CAEL. Cic. fam. 8, 10, 1 CASSIOD. Ios. antiq. 17, 44 p. 482. *perf.* -ivi *et* -ii *testantur* CHAR. gramm. p. 321, 8 DIOM. gramm. I p. 370, 1 sq.; *exstant hae formae*: -ivere PLIN. nat. 10, 49, -iere PLIN. nat. 18, 351, -isse CELS. 2 prooem. 1. *part. fut.* -turus DIOM. gramm. I 371, 1. *deponens testantur* NON. p. 476, 20 PRISC. gramm. II 397, 3, *exstat* PLAVT. Bacch. 679 (*sed act.* Aul. 178); *cf. p. 813, 35 et Flobert, Verbes déponents, 1975, 200.* *de notione* (*v. etiam l. 32. p. 811, 32. 813, 20*): PAVL. FEST. p. 223 -ire est praedivinare, praesipere; sagax enim est acutus et sollers (*inde* GLOSS.^{L} II Philox. PR 144). *legitur inde a* PLAVTO, TER., VARRONE, CIC. (*non nisi in philos.*), CAEL., LVCR., PROP. (*? v. l. 45*), LIV.; *sed post* GELL. *perpauca nobis exempla praesto sunt; cf.* praesago. [*de confusione cum* praesagare *v. sub illa voce.*]

I *usu originario fere i. q. antea sentire, noscere, divinare intra semet ipsum* (*nonnulla vergunt ad IIB*): **A** *plena vi praeverbii temporali, sc. -untur futura, imminentia*: **1** *-it* animus (*cf. l. 47. 50*): **a** *indicatur, quid -atur*: PLAVT. Aul. 178 -ibat mi a. frustra me ire (*explicat* CIC. div. 1, 65 sagire ... sentire acute est ...; is igitur, qui ante sagit quam oblata res est, dicitur -ire, id est futura ante sentire). Bacch. 679 occidi. :: a. iam istoc dicto plus -itur mali (*sim.* TER. Haut. 236 nescio quid ... mihi ... mali [SCHOL. praedivinat. *ceterum cf.* SCHOL. Bemb. *p. 814, 9*]. SEN. Herc. f. 1148 [= Herc. O. 745] nescio quod a. grande -it malum. Phoen. 278 magna ... mala). LIV. 1, 38, 7 iam -ente animo *Tarquinii Prisci* futuram amplitudinem *Capitolii.* 26, 41, 19 a. meus, maximus mihi ad hoc tempus vates, -it nostram Hispaniam esse (*postea*: divinat). 29, 10, 7 P. Scipionis -entem animum de fine belli. AMM. 23, 3, 3 Iuliani ... a. agitatus insomniis eventurum triste aliquid -ibat. **b** *absolute* (*non nisi part. praes.*): LIV. 25, 35, 3 tacita divinatio qualis iam -entibus animis imminentis mali esse solet. 45, 39, 9. CVRT. 3, 3, 2 divinatio animi -entis.

2 *-unt alia, sc. animantia eorumve partes, actiones* (*natura l. 60*): **a** *indicatur, quid -atur*: LVCR. 4, 1057 voluptatem -it muta cupido. 4, 1106 -it gaudia corpus. PROP. 3, 11, 5 venturam ... -it navita mortem (*si recte trad.*, ventorum ... motum *Owen, alii alia; cf. p. 811, 61*). LIV. 30, 20, 5 Hannibal iam hoc ipsum, *sc. revocationem*, -ens animo *eqs.* CELS. 2, 2, 4 sunt ... quaedam proprietates hominum, sine quarum notitia non facile quicquam in futurum -iri potest. 7, 26, 5^{H} quae *pericula curationis* -ire protinus licet, si continua vigilia est *eqs.* FLOR. epit. 1, 4, 2 -ens animo futurum (AMM. 31, 2, 24 futura miro -unt modo [*postea*: norunt]. *cf.* GELL. 14, 1, 36 *Chaldaeis* res futuras -entibus). PLIN. nat. 8, 157 *equi* -unt pugnam. 9, 100 tradunt saevitiam maris -ire *echinos marinos* (*nisi ad IIA1b*). SVET. Aug. 96, 1 exitum -ente *exercitu triumvirorum.* HIST. AVG. Did. 3, 5 exitium (*cf.* AMM. 30, 1, 5 impendere sibi -ibat exitium [*postea*: doli ... prudens]). AMM. 20, 8, 20 concitandos motus. AMBR. in Luc. 7, 167. **b** *absolute* (*v. etiam l. 32*): CIC. div. 1, 81 Aristoteles ... censebat *melancholicos* habere aliquid in animis -ens atque divinum. Lael. 14 *Scipio*, quasi -ret, ... ante mortem ... triduum disseruit de re publica. AMBR. Cain et Ab. 2, 8, 26 tamquam -ens natura ... sceleris loco germina denegaverat.

B *vi praeverbii deflexa -untur praesentia*: **1** *quae adhuc latent* (*huc vergit l. 49*): CELS. 7, 6, 2 quid intus habeant *tubercula*, ... coniectura -iri potest (*opp.* ex toto cognosci). **2** *quae signa sunt futurorum*: CELS. 2 prooem. 1 haec *signa morbi instantis* illos *medicos antiquos* optime -isse.

II *usu secundario, sc. accedente notione indicandi, ostendendi fere i. q. praemonstrare, portendere* (*vi praeverbii evanescente sub A2; usus originarius sublucet maxime p. 811, 3*): **A** *-itur signis*: **1** *-untur futura, imminentia*: **a** *quolibet modo*: CAEL. Cic. fam. 8, 10, 1 exiguitas copiarum *tuarum* recessum, non dimicationem mihi tuam -iebat. VARRO ling. 10, 46 *medici quartum diem aegritudinis observant*, quod quam rationem habuit primus dies ad quartum, eandem -it habiturum *septimum.* PHYSIOGN. 21 *homines cuiusdam status oculorum* gravi perurgentur eventu et -unt ... iram aliquam divinitus imminentem. **b** *prognosticis*: VARRO frg. Plin. nat. 18, 348 si ... luna erit directa magnam tempesta-

[Reijgwart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tem ... -et ([*var. l.* praesagit et; *cf. Arat. phaenom. 793 διδάσκοι*]. 18, 349 *luna flammea* asperas t. -et). PLIN. nat. 8, 133 mutationem aquilonis in austrum *erinacei* condentes se in cubile -unt. 18, 347 *lunae* cornu ... acuminatum ... illum -it ventum (*antea*: significant). 18, 351. 18, 356 si nubes ... spargentur ..., aquam in triduum -ent (*Theophr. sign. 13 σημαίνει*). 18, 361 (*antéa*: portendunt, praedicunt, significationem habent). 37, 153 -ire eas *gemmas* habitum maris (*inde p. 813, 45*). **c** *ominibus, ostentis*: PLIN. nat. 10, 49 *galli* totis noctibus canendo Boeotiis ... -vere victoriam. OBSEQ. 54 *ut canes* lacrimantes ... multis affectibus calamitatem -rent suis. SERV. Aen. 1, 230 *genus fulminis*, quod -at (*var. ll.* -it, -get; *syn.* praedicere). MART. CAP. 1, 26 *Phoebus* futura plerumque conformans his *avibus auguralibus* -ire consueverat.

2 *-untur praesentia, sed latentia* (*huc vergit p. 810, 74*): LVCR. 3, 512 quoniam mentem ... flecti medicina posse videmus, id quoque -it mortalem vivere mentem (*West, Class. Quart. 25, 1975, 107, cft. 3, 521sq.* signa mittit).

B *-itur dictis* (*huc fortasse p. 810, 52; ceterum cf. p. 813, 61*): IVL. VAL. 1, 50 en vides, rex, quod illa tibi numinis -at divinatio? (*Volkmann*; praesgia *T*, praestigiat *A; gr. p. 52, 15 ἐμαντεύσατο*). CASSIOD. Ios. antiq. 17, 44 p. 482 *Herodes omnes interfecit*, quibus ... Pharisaeus -iebat (*gr. ἔλεγεν*).

indiculus syntacticus: pro obi. accedit acc. c. inf. PLAVT. Aul. 178 VARRO ling. 10, 46. *al., enunt. interrog.* CELS. 7, 6, 2, *praepos.* de LIV. 29, 10, 7; *absolute ponitur p. 810, 40sqq. 56sqq., ceterum* PLIN. nat. 18, 351. 361. *part. praes. fere pro subst. p. 810, 58.*

deriv.: praesagitio, ?praesagitor, praesagium, praesagmen.

praesāgītio, -ōnis *f.* *a* praesagire. *i. q. actio praesagiendi, quae fit*: **1** *praesentiendo*: CIC. div. 1, 66 (*quae antecedunt v. supra p. 810, 31*) inest igitur in animis -o extrinsecus iniecta atque inclusa divinitus (*trad.* -sagatio, *quod coll. p. 810, 24. 813, 24 spernunt edd. plerique, ut etiam* 1, 123 [*verba Socratis*] cum uterer qua soleo -e divina). PAVL. FEST. p. 255 -o dicta, quod praesagire est acute sentire (*cf. p. 810, 31*). **2** *vaticinando, prophetando*: Ps. AVG. serm. ed. Caillau 2, 38, 2 cuius *Balaam* -em (-sagionem *var. l.*) non ex arte sed caelesti insinuatione conceptam (*v. Vulg. num. 24, 16*) magi ... posteris tradiderunt.

?praesāgītor, -ōris *m. v. sub* praesagator.

***praesāgium,** -ī *n.* *a* praesagire. *scribitur in codd. hic illic* pres-. NOT. Tir. 58, 98[a]. GLOSS. divinatio, quod antea nuntiatum est. divinatio, quod antea nuntiat⟨ur⟩. divinatio futurorum. *notione mira*: GLOSS. V 136, 4 -a: futura. GLOSS.[L] I Ansil. PR 667 -a: imminentia (*cf. fort.* CLAVD. 15, 355, *ubi* futura *iuxta* -a). *legitur inde ab* OV., SEN. *rhet.*, VELL.; *in hexametris fere ante ultimum pedem, sc. forma* -a *praeter* COMM. instr. 2, 10, 15. [*de confusione cum* praesagus *v. sub illa voce, de* APVL. Socr. 18 p. 162 *v. p. 814, 58.*]

i. q. actio vel effectus praesagiendi (*accedit gen. subi. vel explic. l. 50sqq. p. 812, 14sqq. 70sqq. al., gen. obi. l. 58sqq. p. 812, 26sqq. 61sqq. al., praepos.* de *p. 812, 20sqq.*, in *p. 812, 51*): **I** *potius de motu animi, affec-tione mentis praesentientis, praescientis futura, imminentia* (GLOSS. praescientia. *transfertur ad res l. 62. 69*): **A** *exempla varia*: **1** *cum gen. subi.*: OV. met. 6, 510 *pater Philomelae* vale ... vix dixit timuitque suae -a mentis (15, 439 [*Helenus ad Aenean*] si nota satis -a nostrae m. habes. OV. Pont. 2, 8, 75 spes exilii commodioris adest ...; vera, precor, fiant timidae -a m. SIL. 11, 114). APVL. Socr. 14 p. 150 *ut* de -o Socratis deque eius amico numine cognoscatis. PANEG. 12, 14, 3 prodigiis aut metus sui -is monebatur *Maxentius, ne Roma exiret.* PHILO quaest. in gen. 4, 239 -um matris, *sc. Rebeccae filio timentis* (*gen. 27, 42sq.*). COMPVT. Carth. 2, 14 *per lunam* suae maiestatis -o dominus designabat ecclesiam, *sc. modo splendidam, modo tenuatam.* **2** *cum gen. obi.*: LVCAN. 8, 571 non ulli comitum *Pompei* sceleris -a derant. STAT. Theb. 9, 850 *Parthenopaeum* urgent -a mille funeris. TAC. ann. 14, 64, 1 *Octavia* -o malorum iam vita⟨e⟩ exempta. CE 1552 A, 63 (*saec. II[1]*) venturae ... -a mortis (SERV. Aen. 10, 452 m. futurae). TERT. virg. vel. 5, 6 quasi *sacra scriptura Evam* mulierem dixerit in -o uxoris (*antea*: de futuro sapit). VEN. FORT. carm. 6, 5, 21 luctus. **3** *sine gen.*: SEN. contr. 1, 8, 16 cum *pater* denuntiaret filio periculum et -is tangi se diceret. LVCAN. 8, 43 tristes -a curas exagitant *Corneliae.* SIL. 11, 570 (*loq. Hanno*) falsa ut -a nostra sint, oro, mensque augurio ludatur inani. QVINT. decl. 271, 17 si quid est in animo -i ..., ipsa spe concipio victoriam. APVL. apol. 51, 7 *steliones exuvias* maligno ... -o ... devorant (*sc. ne hominibus remedia praebeant, v. Plin. nat. 8, 111. 30, 89*). met. 2, 12, 2 (*de igni lucernae tempestatem praenuntiante*) divino -o et ipsum scire et nobis enuntiare (PHYSIOGN. 133). Socr. 17 p. 157 *Socrates in quibusdam* non consilio, sed -o indigebat (*nisi ad II*). TERT. test. anim. 5 p. 140, 25 recogita in -is vatem *esse animam tuam.* AMM. 15, 5, 34 in circo ... populus, incertum r⟨el⟩atione quadam percitus an -o, 'Silvanus devictus est' *exclamavit.* CLAVD. DON. Aen. 10, 840 p. 395, 21 praevidet ... animus -o mala. *al.*

B *locutio* -o quodam (*plur.* SEN.; *cf. etiam l. 41. 63*): SEN. contr. 7, 7, 15 pater -is quibusdam et insomniis *agitatus.* FLOR. epit. 2, 6, 53 *Hannibalis* non sine -o q. fati imminentis prima confessio (MACR. Sat. 5, 1, 18). PANEG. 5, 8, 3 q. -o venturae felicitatis elati. CLAVD. DON. Aen. 1, 730 p. 141, 17 mortis. HEGES. 2, 3, 4. CASSIOD. var. 9, 10, 2 q. -o mentis divinae.

II *potius de indicio rerum futurarum* (*praesentium, sed adhuc latentium l. 39. 50. 69. 72; plerumque de ipsis signis, vaticiniis eorumve significatu, vi, ut l. 46. 47. 51, sed hic illic potius de actione divinandi sim. dicitur, e. g. l. 54. 57. p. 813, 4. quaedam etiam sec. I intellegi possunt, e. g. l. 35. p. 813, 6. 9.* GLOSS.[L] V Abba PRAE 9 signum quod antea dicitur et postea evenit. GLOSS. I p. 86 profetia sive signum futurorum vel ostensum. *sim. al.*): **A** *respiciuntur vaticinia, omina vocibus conceptis prolata* (GLOSS. vaticinium, divinatio [de] futura adnuntians. *quae pertinent ad signa variorum generum vel minus definita v. sub B*): **1** *cum gen. subi. vel explic.*: OV. met. 2, 550 ne sperne meae -a linguae. 15, 879 si quid habent veri vatum -a, vivam (*i. poetarum ut*: trist. 4, 10, 129 Pont. 3, 4, 89. MAX. MADAVR. Aug. epist. 16, 2 -um vatis illius [*sc. Lucan. 7, 459*]. *Cassandrae*: DRAC. Orest. 754 Phrygiae -a vatis). Ps. QVINT. decl. 4, 1 sacrae artis triste -um, *sc. astrologi responsum.* TAC. ann. 6, 20, 2 -um Tiberii de Servio Galba (*item accedit praepos.* de: AVG. c. Faust. 12, 2 p. 330, 24 eorum *prophetarum* de Christo [FAVST. Aug. c. Faust. 13, 1 p. 378, 28]). APVL. Socr. 7 p. 135 hariolorum -a. IVVENC. 4, 584 Christi. AMM. 21, 1, 6 per vaticinandi -a multa ... et somnia (*sim. accedit gen. explic.*: Ps. AVG. serm. 120, 6 [*ad Luc. 1, 28*] salutationis ... -um). 28, 1, 7 *hominem* -a sollicitare larvarum perquam gnarum. RVFIN. hist. 3, 8, 11 cuius oraculi *in sacris scripturis reperti* -um. CASSIOD. Ios. antiq. 18, 199 p. 530 (*v. supra p. 737, 68*). *al.* **2** *cum gen. obi.*: VELL. 2, 57, 1 cum ... plurima ei *Caesari* -a atque indicia dii immortales futuri obtulissent. LVCAN. 7, 331 -a belli, *sc. verba Caesaris eventum praecipientia.* SIL. 10, 406 vera mali -a ... canere (praesentia *trad., corr. Barth*). CLAVD. 5, 335 *Rufinus* capitis *non* sentit -a fixi. **3** *sine gen.*: OV. Ib. 245 ne longa suo -a diceret ore *Clotho.* TAC. ann. 11, 21, 3 fatale -um implevit. 11, 31, 3 forte lapsa vox in -um vertit. SVET. Aug. 99, 2 id quoque, *sc. verba quaedam morientis*, magis -um quam mentis deminutio fuit. Nero 6, 1 -o fuit ... patris vox (*cf.* HIST. AVG. Geta 4, 5 dictum ... pro -o fuit). APVL. apol. 42, 4 *incantatum* puerum ... multa -o praedixisse; (5) quippe hoc ... canticis accipimus, -um et divinationem. met. 2, 1, 5 *ut in Thessalia* boves ... dicturas -um *crederem.* 9, 8, 5 *esse* addi⟨c⟩tam victoriam forti -o. mund. 17 p. 327 -is effantes futura (*gr. 395b28 χρησμῳδεῖν tantum*). TERT. anim. 41, 3 divinitas animae in -a erumpit ... et ... prodit: 'deus bonus *eqs.*' ARNOB. nat. 7, 48 veris ... -is. AMM. 20, 2, 4 sciat *Constantius* ... velut quodam -o, quod *eqs. al.*

B *respiciuntur signa varia*: **1** *quaelibet, sc. fere ominosa*: **a** *sine gen.*: SEN. nat. 2, 32, 5 *cur aves quaedam faciunt auspicia*, ceterarum sine -o vox est? LVCAN. 1, 673 terruerant satis haec pavidam -a plebem. CALP. ecl. 3, 96 *Phyllis* veniet, nisi me -a fallant (*postea*: omen). PLIN. nat. 2, 101 hominum ... capita vespertinis *horis* magno -o circumfulgent *lumina quaedam.* 15, 77 *non* sine -o aliquo arescit *ficus Ruminalis.* STAT. Theb. 9, 631 si vera sopor miserae *matri* -a mittit (*627* signa, *630* omine). 9, 886 si vera ferunt -a curae. TAC. ann. 11, 11, 2 favor plebis ... loco -i acceptus est. SVET. Vesp. 5, 7. Dom. 6, 2 de ... victoria -is prius quam nuntiis comperit. FLOR. epit. 2, 6, 48. 4, 7, 9 pari, *sc. ac Bruto*, in meliora -o in Caesaris castris omnia aves victimaeque promiserant. APVL. met. 9, 34, 2 divina -a, *sc. fons sanguinis emissus.* 10, 17, 5. Socr. 6 p. 133 omnes -orum species. VET. LAT. Is. 2, 6 (Ps. Cypr. adv. Iud. 9, 2) completa est regio tua -is alienis (*gr. κληδονισμῶν, Aug. cons. euang. 9, 2* auguriis, *Vulg. aliter*). HIST. AVG. Hadr. 23, 3 imperium -is et ostentis agitatus *sperabat.* CHALC. comm. 157 salva est ... divinatio, ne -o derogetur auctoritas. AMM. 25, 4, 17 *Iulianus erat* -orum sciscitationi nimium deditus. 29, 1, 6 nomen imperaturi ... detestandis -is didicisse. 31, 1, 1 -orum fides ... et portentorum. SERV. auct. Aen. 4, 691 'ter revoluta toro est': ... -um propter *tria* bella Carthaginis. *al.* **b** *cum gen. obi.*: PLIN. nat. 7, 72 *Zoroastri infanti cerebrum valde palpitasse* futurae -o scientiae (-a *var. l.*). STAT. Theb. 8, 633 (*de somnio*) -a cladis (PANEG. 4, 28, 4 -o quodam eventurae c.). Ach. 1, 453 *mons Caphereus* ter ... intonuit saevaeque dedit -a noctis. TAC. hist. 1, 3, 2 prodigia et fulminum monitus et futurorum -a, laeta tristia, ambigua manifesta (CYPR. hab. virg. 16 malo -o f. capillos *inficiunt mulieres. al.*). ann. 15, 74, 2 auspicium et -um futurae ultionis. SVET. Claud. 46 mortis. Galba 6, 1 insequentis casus. PANEG. 7, 6, 5 amoris vestri tacita -a *pictor notavit.* Ps. RVFIN. Ios. bell. Iud. 1, 45 p. 597 *mors Eleazari* totius proelii -um fuit (*gr. κληδών*). *al.* **c** *cum gen. subi. vel explic.*: PLIN. nat. 7, 86 Castores ..., Romam qui Persicam victoriam ipso die ... nuntiavere, ... numinum fuere -a. STAT. Theb. 5, 620 (*verba Hypsipyles*) o dura mei -a somni (Ach. 1, 22 *Paris* plena ... materni referens -a s. APVL. met. 11, 20, 3). TAC. Germ. 10, 2 equorum ... -a ac monitus experiri. PONT. vita Cypr. 5, 3 *plebs Cyprianum* tunc latenti divinitatis -o taliter flagi-

[Reijgwart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tabat. HIST. AVG. Pert. 11, 3 processionem ... ob sacrificii -um *distulit.* COD. Theod. 16, 10, 9 inspectione iecoris extorumque -o. CLAVD. 20, 4 monstriferi -a ... anni.

2 *prognostica*: COLVM. 11, 1, 32 utile continget vilico tempestatis futurae -um, si *eqs.* (*cf.* PLIN. nat. 8, 102 plurimis animalibus ... natura rerum caeli quoque observationem et ventorum, imbrium, tempestatum -a *dedit* [18, 340 reliqua t. -a. PANEG. 3, 23, 5 agricolae ... t. -a rimabantur]). PLIN. nat. 18, 321 de luna ventisque et -is. 18, 341 primum ... a sole capiemus -a. 18, 347 lunae -a (*cf.* 18, 350 *observare* -a eius). 18, 364 volucres -a aeris sentire. DRAC. laud. dei 1, 528 bucula, rana ... praedicunt pluvias nec clam -a fallunt.

praesāgmen, -inis *n.* *a* praesagire, *vel potius* praesagere (*cf. p. 810, 13*). *i. q. praesagium* (*cf.* GLOSS. V 322, 44 -n [-pag- *trad.*]: praedivinatio vel vaticinatio): COLVMB. HYENS. fabric. 5 *deus fecerat* bestias, animalia, hominem demum regere protoplaustum -e (*ad Adam divinatione quadam animalia appellantem spectare videtur, cf. gen. 2, 19sq.*). 14 *Christus* explens sui -a adventus prophetalia.

b *speciatim de iis, qui munus administrant in comitatu principis* (*cf. p. 841, 67 nec non* praesentalis; *vix huc p. 846, 70. minus technice iam* TAC. hist. 1, 13, 4. 2, 65, 2): AMM. 14, 1, 10 Thalassius ... praefectus praetorio -s (*sc. orientis ut* 23, 5, 6 p. Salutius -s). COD. Theod. 7, 1, 17 pr. qui *milites* -es divino obsequio nostrae clementiae deputati sunt. COD. Iust. 12, 8, 2 pr. (*a. 440/1*) qui -es in comitatu illustris dignitatis cingulum meruerint (*ibid. iterum*). MARCELL. chron. II p. 92, 483 Theodoricus ... magister ... -is militiae factus.

2 *de deis rebusque ad eos pertinentibus* (*usus aegre distinguitur a B3a, quo relegavimus eos locos, quibus inducuntur dei agentes, opem ferentes, sc. nisi eorum praesentia contextu manifestius illustretur, ut e. g. l. 27sq.*): **a** *apud paganos*: α *respiciuntur ipsi dei*: PLAVT. Amph. 977 (*Iuppiter Mercurio*) audis quae dico, tametsi -s non ades. frg. inc. 38 vinum precamur, nam hic deus -s adest. CIC. Catil. 2, 29 *dei* non procul ... sed hic -es ... tecta defendunt. 3, 18 ita -es ... auxilium nobis tulerunt, ut eos paene oculis videre possimus. nat. deor. 2, 4 *Iovem* -em ac praepotentem deum (*vix ad B3a, cf. antea*: cum caelum suspeximus, *nec non* 2, 6 *et* 3, 11 *ubi respiciuntur dei sensibus cogniti*). CATVLL. 64, 384 -es ... domos invisere castas ... caelicolae ... solebant. 64, 396 *Nemesis* est -s hortata catervas. VERG. Aen. 3, 174 coram adgnoscere vultus *Penatium* ... -iaque ora (CLAVD. DON. *ad l.* manifesta. GLOSS.^{L} I Ansil. PR 713 adsistentia). 9, 404 *suspiciens Lunam* precatur: 'tu, dea, tu -s nostro succurre labori' (*ad II trahit* SERV.: id est ilico, statim). OV. epist. 20, 19 *Diana* adfuit et -s ... tua verba notavit. met. 15, 646 *ut Epidaurii Romanis* darent ... deum, qui -s funera ... finiat. *al.* LIV. 45, 19, 16. 45, 28, 5 *Paullus Olympiae* Iovem velut -em intuens. GRATT. 448 (*verba sacerdotis*) edico -e deo, -bus aris. VITR. 1, 2, 5 horum ... deorum (*sc. Solis al.*) et species et effectus ... -es videmus. CVRT. 3, 6, 17 *medico* grates habebant velut -i deo. 6, 7, 5 *in templo* per -es deos iurat. PETRON. 17, 5. *et saepius.* *compar.* -ius (*cf. etiam l. 71. p. 844, 15*): IVV. 3, 18 in vallem Egeriae descendimus ...; quanto -ius esset numen aquis, *si regio intacta mansisset* (praestantius *et* aquae *var. ll.*). β *respiciuntur imperatores honore divino culti*: HOR. carm. 3, 5, 2 caelo ... credidimus Iovem regnare: -s divus habebitur Augustus (*item de Augusto*: epist. 2, 1, 15 -i tibi maturos largimur honores [PORPH. viventi. *cf. IIA1b*]. OV. trist. 2, 54 iuro per te -em conspicuumque deum. *de eius familia*: Pont. 2, 8, 52 -is aliquid prosit habere deos. *cf. etiam p. 844, 4. 17*). STAT. silv. 1, 1, 62 iuvat ipsa labores forma dei -s, *cui ponitur simulacrum* (*item de Domitiano*: 5, 1, 74. *cf. p. 844, 23*). PANEG. 10, 2, 1 qui te *Maximianum* -em intuemur deum (11, 10, 5 conspicuus et -s Iuppiter). VEG. mil. 2, 5 imperator cum Augusti nomen accepit, tamquam -i et corporali deo fidelis est praestanda devotio. *al.*

b *in religione Christianorum*: TERT. nat. 2, 8, 2 deum ... ubique notum, ubique -em, ubique dominantem. MIN. FEL. 10, 5 *Christiani* deum illum suum, quem ... *non* possunt ... videre, ... ubique -em *esse volunt.* 32, 4 in mundi omnibus motibus virtutem eius *dei* semper -em aspicimus, cum tonat *eqs.* (IVVENC. 4, 340). VET. LAT. Hebr. 9, 24 (Mutian. Chrysost. hom. 17, 1) nunc *Christus* -s est vultui dei pro nobis (*gr. ἐμφανισθῆναι, Vulg.* ut appareat ... vultui. *item de Christi apud patrem praesentia*: CASSIOD. hist. 1, 14, 26). II Petr. 1, 12 (cod. 55, *sim.* VVLG.) corrovoratos in -i v⟨eritate⟩ (*cf. Vulg. Col. 1, 5 sq.* in verbo veritatis euangelii, quod pervenit ad vos. *aliter p. 840, 4*). I Ioh. 4, 3 (Tycon. reg. 6 p. 68, 4) *antichristus* nunc in isto mundo -s est (*gr. ἐστίν*). CYPR. epist. 10, 4 p. 494, 8 *martyres* sub oculis -is domini dimicare. IVVENC. 1, 588. FIRM. err. 24, 2 terra contremuit et ... -is Christi numen agnovit (*item de Christi corporali in mundo praesentia*: OPTAT. 5, 5 p. 130, 2 Christo -e. PRISCILL. tract. 3, 70 indubitanter -is dei [*i. Christi Ierusalem intrantis*]. AMBROSIAST. in Gal. 1, 10, 3. *al.*). AMBR. in Luc. 9, 23 *'peregre' (20, 9) profectus est* dominus, qui ubique semper est, ... quia -ior est diligentibus, neglegentibus abest (*item compar.*: 9, 28. AVG. trin. 8, 8, 12 l. 5 potest notiorem deum habere quam fratrem, plane notiorem quia -iorem. *al.; cf. supra l. 42*). HIER. hom. Orig. in cant. 2, 4 p. 48, 18 Iesum ... non tantum tunc ad homines descendisse, sed hodieque descendere et esse -em (*sim.* hom. Orig. in Luc. 18 p. 113, 1). hom. Orig. in Luc. 23 p. 146, 21 -es angeli sunt in ecclesia (*cf. antea*: adesse angelos). AVG. conf. 1, 4, 4 secretissime et -issime (*superl. ut*: 6, 3, 4 altissime et proxime, secretissime et -issime [*postea*: ubique totus es et nusquam locorum es]. quaest. euang. 2, 39, 2 fidem -issimae veritatis *contemplandae in vita aeterna. cf. p. 844, 28*). ORIG. in Matth. ser. 28 p. 53, 12 substantialiter semper Christus -s fuit ... in prophetis. *al.*

3 *de rebus* (*quae ad deos pertinent v. sub 2*): **a** res -s: α *formula in iure orta* in rem -em *vel* in re -i (-e *l. 29. 52; de abl. nudo* re -i *v. l. 16. 30; per enallagen quandam respicitur praesentia rei [maxime loci], quam arbiter partesque coram adeunt ad inspiciendum, diiudicandum; ad originem cf.* GAIVS inst. 4, 17 si qua res talis erat, ut ... non posset in ius adferri ..., pars *eius* aliqua ... adferebatur, deinde in eam partem quasi in totam rem -em fiebat vindicatio [*ibid. iterum; sim. etiam Gell. 20, 10, 9*]. *in vim temporalem vergunt maxime l. 25. 54*): Ⓘ *technice*: Ⓐ *in quibuslibet controversiis vel negotiis*: CATO orat. 189 (*respicitur controversia de stillicidio*) ⟨...⟩bus (*lectio dubia, vix* in) re -i cognoscere (EPIST. imp. Hadr. dig. 48, 15, 6 [*in crimine plagii*] quod verissimum in re -i cognoscitur *a iudice*). CIC. off. 1, 32 cuipiam advocatum in rem -em esse venturum. SEN. benef. 4, 35, 2. QVINT. decl. 369, 1 eamus in rem -em (*sc. inspecturi, num quid e sepulcro sit detractum*). EPIST. praef. praet. (CIL IX 2438) 14 *cum* conductores gregum ... in re -i ... quererentur ... iniuria(m) se accipere. PAPIN. frg. Vat. 265 aurum et argentum, quod in re -i fuit, pater filio ... donavit. VLP. dig. 39, 1, 5, 2 *operis novi* nuntiationem ... in re -i faciendam *esse* ..., id est eo loci, ubi opus fiat (*in eadem re ibid. saepius*). 46, 3, 1 *quod debitum quis solutum velit* constituere in re -i, hoc est statim atque solutum est. PAVL. dig. 41, 2, 1, 21 si in re -i consenserint *emptor et venditor* (*antea*: cum *res* ... in praesentia sit). Ⓑ *in controversiis, quae sunt de finibus vel de agrorum possessione*: SENT. Minuc. (CIL I^2 584) 2 *legati* de controvorsieis inter Genuateis et Veiturios in re -e cognoverunt (LIV. 42, 23, 2 qui *legati* re -i cognoscerent [in re -i *edd.*]). CIC. Caecin. 20 quo die in rem -em veniretur et de fundo Caecina ... deduceretur (de orat. 1, 250 VAL. MAX. 7, 3, 4. INTERLOC. praef. vig. [CIL VI 266] 27). LIV. 34, 62, 15 qui *legati* inter populum Carthaginiensem et regem in re -i disceptarent ([*16* inspecta ... re]. GELL. 20, 10, 7 in iure ⟨in re⟩ -i. *cf.* LIV. 40, 17, 1 in re -i disceptatores Romani de agro *Masinissae* fuerunt). EDICT. imp. Claud. (CIL V 5050) 15 in rem -em misi ... comitem meum (EPIST. procur. [CIL III 355^{D}; *saec. II in.*]). CIL III 9938, 9 (*a. 69/70*) *iudices* in re -i ... determinaverunt. SENT. Helvidii Prisci (CIL IX 2827) 17 a(ctum) e(sse) in re -i de controversia finium ita, ut *eqs.* (FRONTIN. grom. p. 33, 20). FRONTIN. grom. 38, 6. SENT. leg. Aug. pr. pr. (CIL III 567) 9 cum ... in re -i saepius fuerim ([*cf. gr. ibid. 3 ἐπὶ τῶν τόπων γενόμενος et 4 ἐπὶ τῆς αὐτοψίας*]. SENT. procos. Maced. [CIL III 586] 5). *al.*

Ⓘⓘ *in sermone communi*: PLAVT. Amph. 249 ego fui illi[c] in re -i ..., cum pugnatum est (LIV. 40, 29, 9 PLIN. epist. 10, 81, 7). Cas. 499 in re -i ... consulere quid emam potero. LIV. 40, 9, 7 quod *insidiis petitus* ... vociferarer in re -i pavidus. SEN. dial. 4, 36, 1 *irati quidam speculo opposito* velut in rem -em adducti non agnoverunt se (epist. 59, 6 *ut* audientem in rem -em adducant *parabolae. cf.* perducere: SEN. epist. 30, 15. *al.* ducere: QVINT. inst. 6, 1, 31). epist. 6, 5 in rem -em venias (*non modo audiens, sed spectans ipsa exempla. cf.* 98, 18 eamus). CAVTIO Phaonis (CIL X 444) 15 sanxit ..., uti ... sacrum in re -i fieret. QVINT. inst. 6, 2, 31 quae in re -i accidisse credibile est. 7, 10, 11 in re -e (-i *edd. vet.*). FRONTIN. aq. 71, 1 (*opp.* in commentariis). TRAIAN. Plin. epist. 10, 78, 3 si *quidam* plus admiserint, quam ut in re -i ... puniantur (*antea*: statim coerceantur). *al.*

β *vario usu*: QVINT. inst. 9, 4, 117 occasionibus utendum et cum re -i deliberandum est. APVL. met. 10, 11, 1 dabo ... rei -is evidens argumentum, *ne reus innocens damnetur* (*10, 12, 1* itur confestim ... ad ... sepulchrum *eqs.*). VLP. reg. 19, 6 res mobiles non nisi -es mancipari possunt. PAVL. dig. 6, 1, 10 si *res* -s non sit. EDICT. imp. Const. frg. Vat. 249, 6 rerum traditio -ium. POMP. gramm. V 205, 27 omnis res aut -s est aut non est -s; magis -s quid est nescio (*v. p. 838, 2*). *al.*

b *exempla cetera adiectivi*: α *de rebus quae potius ipsae adsunt* (*exempla selecta inde a* LIV.): PLAVT. Pseud. 302 (*299 nequeo* nummum ... reperire) iam ... ducentae fieri possunt -es minae (*item de pecunia, quae praesto est*: CIC. Verr. II 2, 54 quo ⟨qui⟩d -s esset, iubet ... numerari HS *tot.* SVET. Otho 10, 2 ex copia -i. *cf. p. 848, 22*). CIC. Verr. II 3, 52 nisi ... cogitationem salutis tuae ... -s illa praeda superaret. Cael. 4 haec -s maestitia quam cernitis. Att. 1, 18, 2 quamquam animus est -s *in re publica languente.* LVCR. 5, 1032 ut *infantes* digito quae sint -ia monstrent. VERG. Aen. 5, 656 amorem -is terrae (*cf.* Ov. Pont. 4, 14, 10 -i dum careamus humo). OV. fast. 2, 778 forma (*v. p. 855, 9*). Ib. 179 poma pater Pelopis -ia quaerit. LIV. 31, 44, 2 in auxilii -is spem (*sc. classis, quae advenerat*). MANIL. 5, 485 *histrio* coget *spectatores* ... videre -em Troiam Priamumque ante ora cadentem (*item de imaginibus*: VITR. 9 praef. 16 *Accii* figuram ... secum habere -em [*antea*: in suis pectoribus ... habere ... poetae simula-

[Ramminger]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

crum]. SIL. 1, 631 -s ... adstare Sagunti ante oculos visa est ... imago). SEN. suas. 1, 4 nulla -s navigantibus statio est. SEN. benef. 4, 30, 3 *virtutes* (*opp.* ablatas e conspectu). CVRT. 7, 4, 32 nuntiatur ex Graecia Peloponnesiorum ... defectio ... et alius -s terror adfertur: Scythas ... adventare. VAL. FL. 5, 251 -ia luco arma tubaeque sonent. TAC. ann. 3, 34, 5 vix -i custodia manere inlaesa coniugia. *al.* *compar.* -ior *et superl.* -issimus (*ut subluceant notiones secundariae [notione communi per oxymoron p. 842, 18]; hucine* Ps. QVINT. *p. 844, 62? e coni. dub. supplevit Robertson loco corrupto* APVL. met. 5, 5, 1): LACT. inst. 4, 1, 5 qui *homines* pravum recto, quia -ius fuerat, praetulerunt (*cf. 4, 1, 3 summum bonum* videri, tangi ... non potest. *item vergit in vim q. e. propior sim.*: AMBR. hex. 4, 6, 25 sol a nullo distat, nulli -ior, nulli remotior est [*antea*: nulli propior, nulli longinquior]). SERV. auct. Aen. 2, 369 'plurima mortis imago' aut 'frequentissima' aut '-issima' (*sc. undique instans sim.?*). β *de rebus quae potius pertinent ad eos (ea), qui (quae) adsunt* (*sc. forma 'memoria -s' pro 'memoria -is cuiusdam'*): RHET. Her. 3, 3, 4 cuius rei gestae aut -em aut auditam memoriam poterimus habere. CIC. leg. agr. 3, 1 *adversarii* -s certamen contentionemque fugerunt. Balb. 49 si -s valuit aspectus *C. Mari.* ad Q. fr. 2, 7, 1 cetera ... -i sermoni reserventur (HIL. in psalm. 1, 2 vel -i s. vel ex litteris. HIER. epist. 121, 11, 10). BELL. Alex. 67, 2 parere -bus imperiis. HOR. ars 184 *in tragoedia* multa ... tolles ex oculis *spectatorum*, quae mox narret facundia -s. PROP. 2, 30, 12 (*1sq.* quo fugis? ... usque sequetur Amor) deus exorabilis ille est, si modo -is viderit esse preces (*vix ad p. 838, 70*). LIV. 45, 18, 8 *pauca a senatu mandata sunt*, cetera ... legatis ... relicta, in quibus -s tractatio rerum certiora subiectura erat consilia. DICT. 1, 6 *esse* iniquum ... insimulari eum qui absit, *cum crimina fortasse* ... -i refutatione diluantur. VEG. mil. 4, 22 fundas *aliaque* describere superfluum puto, quae -s usus agnoscit (*nisi ad II*). AVG. gest. Pelag. 1, 2 in -i examinatione (*opp.* in opusculis). *al.* *superl.* -issimus (*si recte huc traximus*): AVG. civ. 20, 5 p. 414, 13 iudicium -issimum atque novissimum Christi (*affertur Matth. 25, 31sqq.* cum ... venerit ..., congregabuntur ante eum omnes gentes. *intellegasne iudicium, ubi omnes homines -es sunt, coll. ibid. 20, 6 p. 418, 1* ultimo et maximo i., *an trahas ad p. 846, 44?*).

c *neutr. pro subst.*: α *plur.*: LVCR. 3, 957 semper aves quod abest, -ia temnis. SEN. dial. 9, 2, 13 semper -bus infesta levitas *est peregrinantium.* epist. 74, 12 *virtus* -bus gaudet, non concupiscit absentia. TAC. ann. 3, 38, 4 pars turbant -ia, alii montem ... transgrediuntur, ut remotos populos concirent. *et saepe.* APVL. met. 3, 22, 3 reversus ad sensum -ium (*antea*: vigilans somniabar). *al.* *per enallagen quandam sec. formulam* in re -i (*v. p. 840, 8*): TAC. ann. 2, 47, 3 *terrae motu facto* mitti ... ex senatu placuit, qui -ia spectaret (3, 47, 2). AVSON. 431, 3 p. 385, 8 Achilles ... Patroclum mittit in -ia cogniturum.

β *sing.* (*non nisi in locut. praepos.*): Ⓘ *vario respectu*: in -i (-e VET. LAT., GREG. TVR.; *cf.* PRISC. gramm. III 308, 9 *ἐμποδών* pro in -i dicunt. GLOSS. *v. p. 847, 4; ceterum huc vergunt p. 848, 63sqq.*): SCRIB. LARG. praef. 12 si quas alias *medicinas* ... in -i habui, in hunc librum contuli (GAVDENT. serm. 17, 11 reliquias *sanctorum. al.*). VET. LAT. act. 16, 28 (cod. 50) sumus in -e ([*gr. ἐνθάδε, Vulg.* hic]. CHAR. dig. 22, 5, 21, 1 si *magistratus* in -i sint. PANEG. 4, 29, 4 PALLAD. 9, 8, 6 HIST. AVG. Max. Balb. 1, 4. *al.*). 25, 17 (*ibid.*) convenientium ... in -e (*gr. ἐνθάδε, Vulg.* huc). LACT. inst. 2, 2, 9 si nihil in -i videant quod adorent (AMBR. in psalm. 118 serm. 19, 7, 1). LVCIF. non parc. 23 l. 34 quid ... sive per scripturam sive in -i tibi dixerim. CLAVD. DON. Aen. 1, 190 p. 42, 15 aderat. CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 186, 14 *agenda* ad terminum in -i perducere (*gr. I 1, 4 p. 8, 13 κατὰ πρόσωπον, alia versio I 2 p. 103, 13* coram). GREG. TVR. Franc. 9, 6 p. 417, 19 in -e (-i *var. l.; opp.* clam). *al.* e -i: IVL. VAL. 3, 54 facessere universos e -i mulier edicit (*cf. gr. p. 131, 20 προσέταξε τοὺς ἔνδον μεταστῆναι*). ad -s: HIL. in Matth. 33, 7 in sanctorum ad -s conspicatorum resurrectione (*respicitur Matth. 27, 52 sq.*). GREG. TVR. glor. conf. 94 si ... eo momento ⌞ad -s fueris⌟ ([⌟ -s affueris *var. l.*]. VITAE patr. Iurens. 99. ORIBAS. syn. 2 add. Aa p. 143, 23 *medicamentum si* ad -s non fuerit [*gr. Severus p. 39, 11 παρείη*]. 7, 35, 3 La p. 178. *cf. l. 67; sunt qui compos.* adpraesens *intellegant, cf. vol. II 305, 61*). glor. mart. 5 p. 490, 15 ipsa ad -s quae ostensa est virtus (*opp.* audiebam). ORIBAS. syn. 1 praef. 3 La p. 30, 22 experimentata adiutoria, ad -s quae facile invenire possunt ([*gr. εὐμεταχείριστά τε καὶ εὔπορα, Aa* in civitatibus vel agris ... inveniri]. 9, 43, 2 La p. 354 [*gr. ἐκ τῶν παρόντων,* Aa: ad -s est, Ab: ad -em est]. *al.*). Ⓘⓘ *respicitur praesentia apud principem, regem* (*cf. p. 839, 14 et* praesentalis): NOT. dign. or. 1, 5 magistri equitum et peditum in -i duo ([*cf. 5, 1* magistri militum praesentalis. *inde restituitur* COD. Iust. 12, 59, 10, 5, *imp. Leone*]. COD. Theod. 6, 24, 1 domesticis ... iussis in -i esse. *ibid. iterum*). CONC. Rom. a. 501 p. 422, 9 quos *sublimes viros* de -e misimus (*'e comitatu, e mansione regia' Traube apud Mommsen in indice ed. p. 531; dub. an recte addiderit* CASSIOD. var. 3, 10, 2 subvectum ... direximus de -i, ne ... mora ... proveniret [*cf. p. 847, 41*]).

4 *appendicula stilistica et syntactica* (*spectat imprimis ad 1 et 2, rarius ad 3*): **a** *genera oppositorum duo frequentia*: α *opponitur* absens (absentia *l. 18, ceterum e. g.* SEN. epist. 55, 10; *formae ceterae verbi q. e.* absum *opponuntur l. 22sq. et e. g.* CIC. Verr. II 4, 39 LIV. 36, 7, 5; *cf.* non -s *e. g. p. 840, 60*): Ⓘ *vario usu* (*exempla selecta*): PLAVT. Stich. 100 absentis viros proinde habetis quasi -es sint. Trin. 904 siquidem ego a. sum quam -s longior (CIC. Verr. II 4, 89 Sest. 73. *al.* NEP. Alc. 4, 1. *al.*). Ps. PLAVT. Cas. 20. TER. Eun. 1059 ut mihi tua domus te -e absente pateat (DON. *ad l.* 1058 proverbiale est '-e absente', ut 'sursum deorsum', 'ultro citro'). Ad. 73 quem beneficio adiungas ... -s absensque idem erit (QVEROL. p. 45, 15 SIDON. epist. 1, 7, 13). CIC. Verr. II 2, 41 de absente secundum -em iudicare. Pis. 25 *Campani* me et -em ... defenderant et absentem ... revocarant (fam. 11, 29, 2. *al.* R. GEST. div. Aug. 5. *al.*). VARRO ling. 9, 101 aut -i aut absenti imperamus. *et saepe.* ⓘⓘ *per oxymoron respicitur praesentia absentis vel absentia -is* (*exempla potiora; cf. etiam p. 840, 1sqq.*): TER. Eun. 192 cum milite istoc -s absens ut sies; dies noctesque me ames *eqs.* ([DON. *ad l. κακόζηλον*]. PVBLIL. sent. P 27 -s est semper, absens qui ⟨se⟩ ulciscitur. AMBR. epist. extra coll. 8, 6 quorum *episcoporum* frequenter -ior absentia fuit *in concilio.* HIER. epist. 60, 19, 2 ob hanc *caritatem* Nepotianus noster absens -s est). TVRPIL. com. 213 *epistula* homines absentes ⟨nobis⟩ -es facit ([*versum Hier. epist. 8, 1 trad. restituerunt alii aliter; cf. in eadem re* HIER. epist. 29, 1, 1]. VEN. FORT. carm. 5, 13, 2 absens fis -s munere). HEGES. 1, 44, 8 p. 119, 2 abes tamen sed in litteris tuis -s. PAVL. NOL. carm. 18, 461 si languente acie *oculorum* -s -bus absim.

β *opponitur qui scribens communicat cum aliquo*: EPIST. L. Metelli Cic. Verr. II 3, 126 nisi litteras misissem ..., nisi -s confirmassem (CIC. Verr. II 3, 125 per litteras. off. 1, 156 monumentis litterarum. *al.* LIV. 45, 35, 2 TAC. hist. 4, 31, 1. *al.*). CIC. Flacc. 93 ipsius -is ... vocem (*opp.* epistula *ut*: Att. 1, 11, 1 TAC. hist. 5, 26, 3 PLIN. epist. 4, 13, 2. *al.*). Pis. 97 neque scribere ... neque -s dicere (Att. 2, 12, 2 fam. 13, 75, 1. *al.* LIV. 31, 15, 2. 35, 8, 7 TAC. hist. 2, 100, 2. *al.*). Ov. met. 9, 602 nec me committere cerae debueram -sque meos aperire furores. *sim. al.*

b *iuncturae quaedam ad augendum positae*: α *polyptoton* -s -em *sim.*: PLAVT. Most. 1075 adsum -s -i tibi. Pseud. 1142 tute ipsus ipsum (coram *P*) -s -em vides. TER. Ad. 668 cum hanc sibi videbit -s -i eripi. ACC. trag. 134. CIC. Att. 11, 12, 1 multa -s in -em acerbe dixerat. MARCELL. dig. 39, 6, 38 PONT. vita Cypr. 13, 12 HIER. epist. 29, 7, 1 RVFIN. Clement. 2, 37, 4. CONC. Carth. a. 411, 1, 148 coepiscopis nostris -es -bus salutem (*eadem formula latet fortasse sub notis* pp sal PAP. Tjäder 32, 2 [*a. 540*], *v. ed. ad l. nec non ibid. I p. 261 sq.*). *al.* β *variae; accedit*: ipse (*cf. vol. VII 2, 327, 73*): PLAVT. Pseud. 1142 *v. l. 33.* CIC. Att. 16, 7, 6 ut -s me i. defenderem. Ov. met. 13, 825 -s potes ipsa videre. FLOR. epit. 4, 12, 52 i. -s hos deduxit montibus. TAB. cer. Dac. 9 (CIL III p. 948) 2 coram ipso -i ... Valerio. VLP. dig. 3, 3, 40, 2 PAVL. dig. 17, 1, 58, 1. *al.* palam (*voces variant in contextu* TAC. hist. 1, 83, 3): PLAVT. Epid. 521 seic data esse verba -i p. TAB. cer. Herculan. 76, 1, 6 *arbiter* ⟨pal⟩am coram utroque -i ⟨sent⟩entiam ... dicat (85, 8). COD. Iust. 2, 9, 3 (*a. 294*) te -em ... causae p. *non* ... contradixisse. vivus: *v. p. 838, 10; ceterum e. g.* CORNELIA epist. frg. 2 Cic. off. 1, 156 RVT. LVP. 2, 6. coram (*cf. l. 34; voces variant in contextu e. g.* CIC. Phil. 13, 33 LIV. 35, 8, 7): CIC. leg. agr. 3, 1 si ... ea c. potius me -e dixissent. Lael. 3 ut tamquam a -bus coram haberi sermo videretur. TAB. cer. Pomp. (Année Épigr. 1973 n. 144) *arbiter* c. utroque -e diem ... dedit (*addas l. 45*). PAP. Corp. 104 III 11 (*a. 94*) c. ac -bus eis. TAC. dial. 36, 7 c. et -es dicere *testimonia.*

c *indicatur ubi vel quocum quis (quid) sit* (*maxime in iunctura* -em esse; *structurae pendent haud raro a tota locutione verbali*): α *per praepos.*: PLAVT. Pseud. 126 dico omnibus, pube -i in contione (AVR. Fronto p. 96, 5 in ... negotio. ARNOB. nat. 7, 51 numen in lapide. FIRM. math. 3, 5, 18 -s in eodem signo ... Veneris stella. HIL. in Matth. 25, 8. *al.*). VET. LAT. II Macc. 3, 24 (rec. L) circa (*sim.* rec. V, *aliter ceterae*). II Cor. 5, 8 (cod. 75 *al., sim.* VVLG.) peregrinare a corpore et -es esse ad dominum ([*gr. ἐνδημῆσαι, cod. 77 al.* adesse]. REGVLA mag. 84, 3. *cf. p. 843, 46. 844, 59*). Gal. 4, 18 (*ibid.*) cum -s sum apud vos ([*gr. ἐν τῷ παρεῖναι*]. PAVL. dig. 17, 1, 58, 1 COD. Theod. 7, 12, 1). CYPR. epist. 6, 3 p. 483, 7 -e cum illis domino (76, 7 p. 833, 4 secum. CELERIN. Cypr. epist. 21, 2 p. 530, 15 EPIST. pontif. 216 Lucif. epist. 8 l. 21. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 35, 21 [*gr. I 1, 5 p. 120, 30 συμπαρόντες*]. *al.*). hab. virg. 18 p. 200, 15 inter verba turpia (PRISC. gramm. II 577, 17). ORIG. in Matth. ser. 59 p. 133, 12 iuxta. β *per adv. vel abl. loci* (*nisi dat. intellegere malis*): CIC. Catil. 2, 29 *dei* non procul ..., sed hic -es ... sua templa ... defendunt. VAL. FL. 5, 251 -ia luco arma. IVV. 3, 18 aquis (*v. p. 839, 43*). APVL. met. 11, 6, 3 [t]ibi (OPTAT. 2, 4 p. 38, 4 AMM. 20, 11, 5). MIN. FEL. 32, 8 *sol* pariter -s ubique interest ... omnibus (CYPR. domin. orat. 4 p. 268, 25 deum u. esse -em. LACT. opif. 16, 10 HIER. c. Vigil. 6 p. 344^{B}. *al.*). CYPR. epist. 15, 1 p. 513, 14 illic (58, 1 p. 656, 10). *al.* γ *per dat.* (*cf. l. 68 necnon p. 844, 37. 58*): AVR. Fronto p. 96, 5 ut ... facerem ... eum *Frontonem* nobis in isto ... negotio -em.

[Ramminger]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

VET. LAT. Hebr. 9, 24 *v. p. 839, 60.* NOVATIAN. cib. Iud. 1, 2 vobis me -em ... litteris exhibere. AMBR. parad. 14, 69 iusti mens ... deo -s est. AVG. civ. 22, 8 p. 569, 13 *amicos* esse -es ... funeri. cons. euang. 3, 25, 77 p. 381, 8 quo *die Iesus* eis in terra -s fuit. in psalm. 131, 1 ut ... audiremus collegam meum -em omnibus nobis. CONC.^{S} I 5 p. 376, 20 quasi -es praedictis ... *imperatoris* faciem simul intueremur (*gr. I 1, 7 p. 79, 3 τοῖς προειρημένοις παρόντες,* RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 68, 5 cum praefatis). REGVLA mag. 11, 122 mensae. *al.*

B *cum* **acumine** *quodam, ut subluceant magis minusve notiones secundariae (v. etiam p. 837, 34); praesentia apparet:* **1** *in significando, sc. de signis quam proxime accedentibus ad id quod significant, ut vergat in notionem q. e. valens, qui verus evadit, non vanus sim.* (*quaedam vergere simul ad 2b vel ad 3 vix mireris; ceterum cf. p. 846, 56*): PLAVT. Mil. 394 satin eadem vigilanti expetunt quae in somnis visa memoras? eu hercle -s somnium. Stich. 544 -s hicquidem est apologus. VERG. Aen. 12, 245 Iuturna ... alto dat signum caelo, quo non -ius (praestantius *var. l.*) ullum turbavit mentes Italas (SERV. efficacius, CLAVD. DON. ad causam -is temporis compositum *monstrum*). FLOR. epit. 4, 7, 9 *varia praesagia fuerunt*; sed nihil illo -ius, quod *eqs.* CALP. decl. 7 non possum tibi proditionis argumentum adferre -ius. AMM. 22, 1, 2 omen multo -ius ..., quod excessum Constantii clare monstrabat (23, 1, 5 o. quodam, ut docuit exitus, -issimo). PELAG. in I Cor. 11, 31 erat -s correptio *apostoli* et nunc est et multi talia patiuntur, *quae ab eo vituperantur.*

2 *in intellegendo, sentiendo; respiciuntur:* **a** *qui (quae) percipiunt ita, ut statim respondeant iis quae eveniant; vergit in notionem q. e. sollers, intentus, acutus sim.:* **α** *de animo eiusque viribus:* Ⓘ animus -s: *inde a* TER., *v. vol. II 94, 56 et 94, 39 sqq., ubi legas* CIC. off. 1, 80 *pro* 1, 68; *addas e. g.* TER. Phorm. 957 a. virili -ique ut sis para (*similiter iuxta ponuntur*: CIC. Mil. 29 a. fideli ... et -i. de orat. 2, 84 a. acer et -s et acutus. QVINT. inst. 6, 4, 8 ingenio veloci ac mobili, a. -i et acri). Ⓘⓘ *iuncturae ceterae:* CIC. off. 1, 80 -i animo uti et consilio (*si ἀπὸ κοινοῦ positum; v. enim* QVINT. inst. 2, 13, 15 altissima prudentia, -issimo c. constat ars dicendi). VERG. Aen. 5, 363 si cui virtus animusque in pectore -s, adsit (*si recte ἀπὸ κοινοῦ intelleximus coll.* CYPR. GALL. Ios. 447 prompta cui virtus *eqs.; explicat* SERV. fortis, ac si diceret, si adsit quis plenus animi). SEN. contr. 2, 5, 20 quo *Vinicio* nemo ... in agendis causis -ius habuit ingenium: quid⟨quid⟩ longa cogitatio alii praestatura erat, prima intentio animi dabat (PHYSIOGN. 62 -is i. hominem [*cf. gr. I p. 363, 7 ἀγχινοίας*]. SORAN. p. 5, 12 [*gr. p. 4, 15 ἀγχίνους, Cael. Aur. gyn. 1, 4* intellectu celeri]). APVL. met. 2, 29, 6 uxor ... capit -em audaciam et ... altercat. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 14, 6 p. 367^{C} -ior vis animae, id est efficientia mentis et sensuum (*gr. ταῖς προτιμοτέραις τῶν δυνάμεων τῆς ψυχῆς*).

β *de hominibus:* OV. am. 2, 8, 17 vidi te ... erubuisse ...; at quanto ... -ior ipse *feci periurium.* PLIN. nat. 17, 3 Crassus, ut -s ingenio semper, ut faceto lepore sollers, *respondit bene.* NICET. appell. p. 5, 5 si te peccati voluptas sollicitat ..., -s (praescius *var. l.*) cogita, quia iustus iudex est *eqs.* AVG. quant. anim. 27, 52 nunc fito quam -issimus ad ista quae volo.

b *quae animo percipiuntur tam facile quasi pateant, ut vergat in notionem q. e. perspicuus, manifestus* (*cf. p. 839, 33*): CIC. Catil. 3, 21 (*antea: quis* neget haec omnia ... deorum ... potestate administrari?) illud vero nonne ita -s est, ut nutu Iovis ... factum esse videatur, ut ... eo ipso tempore, *quo coniuratio detegeretur,* signum *Iovis* statueretur? dom. 11 res erat non in opinione dubia, sed in -i[a] atque ante oculos proposito periculo (*cf. etiam p. 845, 14. 54*). VAL. MAX. 1 praef. cetera divinitas opinione colligitur, tua, *Tiberi,* -i fide paterno avitoque sideri par videtur. QVINT. inst. 12, 1, 28 *quomodo militibus* metus ... exciderint, nisi in eorum locum pietas ... et honesti -s imago successerit? (*cf. p. 840, 74*). PRVD. psych. 18 vincendi -s ratio est, si comminus ipsas virtutum facies et colluctantia contra ... liceat portenta notare. CONC.^{S} I 5 p. 138, 12 perspicuum est magis -sque commentum (*gr. I 1, 7 p. 59, 29 μᾶλλον δὲ καὶ ἐναργὲς ἤδη τὸ σόφισμα. alia versio I 5 p. 283, 4* magis autem etiam manifesta probatio est).

3 *in favendo, adiuvando, efficiendo, sc. ut vergat in vim q. e. propitius, salutaris vel potens, efficax sim.* (*cf.* adesse, *quod verbum part. praes. caret*): **a** *-es sunt dei eorumque numen, actiones sim.* (*imperatores e. g. p. 844, 4. 23; v. quae ad A2 monuimus*): **α** *paganorum:* Ⓘ *usu vario:* TER. Phorm. 345 (*iocose de parasiti patrono*) ea qui praebet, non tu hunc habeas plane -em deum? ([*explicant* DON. *ad l.* -es di sunt vel qui statim praestant vel qui et coluntur et videntur, ut Sol, Luna; alii -em pro potentissimo accipiunt, ut Vergilius, *sc. p. 844, 54.* SCHOL. Ter. p. 132, 10 -em: propitium]. CORNELIA epist. frg. 2 quos *deos* vivos atque -es *deserueris.* CIC. Catil. 2, 19 SEN. contr. 1, 1, 2). CIC. Verr. II 4, 107 -s auxilium *Cereris.* VERG. georg. 1, 10 vos, agrestum -ia numina, Fauni ([SERV. propitia. *cf. p. 844, 2; ad A2 trahunt* SERV. auct., PROB.]. CIRIS 245. HOR. epist. 2, 1, 134 poscit opem chorus et -ia n. sentit. OV. met. 15, 622 Musae, -ia n. vatum. *al.* LIV. 29, 18, 7. VAL. MAX. 9, 11 ext. 4. SCRIB. LARG. praef. 1 *quosdam* medicamento efficaci dato ... velut -i n. omni dolore ... liberasse aegrum. *et saepius*). HOR. sat. 2, 2, 41 vos, -es Austri (SCHOL. quasi precibus meis faventes [*affertur* VERG. georg. *supra*]). 2, 3, 68 quam *praedam* -s Mercurius fert. carm. 4, 14, 43 (*ad Augustum*) o tutela -s Italiae. OV. met. 7, 178 *Hecate* adiuvet et -s ... adnuat ausis. fast. 5, 136 *Lares* praesunt moenibus urbis et sunt -es auxiliumque ferunt. LIV. 1, 12, 6 *Iovis* -i ope. STAT. Theb. 12, 812 *o Thebai,* -s tibi Fama benignum stravit iter (*inde* NEMES. ecl. 1, 84). AVR. Fronto p. 43, 5 vim ... -em promptamque (ARNOB. nat. 1, 39 tamquam *lapidi* inesset vis -s). *al.* *in titulis* (*cf. l. 30 sqq.*): CIL XIV 2596 (*a. 216*) M. Aurelio Antonino ... numini -i, restitutori ... vitae ... suae devotissimus *quidam* (INSCR. Année Épigr. 1919 n. 26 [*Lambaesi, ca. a. 283/4*] deo patrio -i n. Iovi Bazoseno, cuius -em maiestatem frequenter expertus sum. CIL VI 30789 n. -i Caelesti. XIV 3567, 6 *Mithrae. al.*). CIL VI 648 Silvano deo -i. INSCR. Année Épigr. 1955 n. 254 (*Italicae*) Nemesi -i. *al.*

Ⓘⓘ *compar.* -ior *et superl.* -issimus *nec non* tam -s *sim.* (*vix huc p. 843, 67; cf. p. 839, 42. 840, 2*): CIC. Tusc. 1, 28 Hercules tantus et tam -s habetur deus (VERG. ecl. 1, 41 nec t. -is alibi cognoscere divos *licebat, quam Romae Octavianum.* OV. epist. 21, 150 numen. LIV. 7, 26, 7 t. -bus ac secundis dis. PANEG. 12, 2, 4 maiestas). VERG. Aen. 12, 152 (*Iuno Iuturnae*) non pugnam aspicere ... possum; tu pro germano si quid -ius audes, perge (SERV. efficacius, vehementius. CLAVD. DON. si ... inventiones profuturas impendas; *aliter* MAR. VICTORIN. *p. 849, 15. item compar.*: OV. met. 3, 658 nec enim -ior illo *Baccho* est deus *alius.* QVINT. inst. 4 praef. 5 quo *Domitiano* neque -ius aliud nec studiis magis propitium numen est. IVV. 11, 111 *olim* templorum ... maiestas -ior *erat.* CLAVD. 8, 171). LIV. 10, 40, 14 numquam humanis rebus magis -es interfuisse deos. 29, 18, 12 ibi (*sc. in ducibus puniendis*) -s maxime fuit *Proserpinae numen.* QVINT. decl. 323, 2 numen ..., sicut proxime experti sumus, -issimum (*item superl.*: 323, 12 templum ... non illud -issimae religionis, ... sed adhuc inexpertum. 323, 20 numinis. APVL. met. 3, 12, 4. 11, 12, 1. INSCR. Année Épigr. 1948 n. 145 [*e Syria; imp. Heliog.?*] -issimum deum mag(num) Sarapidem. 1952 n. 158 [*Syracusis, a. 227*] numini -issimo ⟨A⟩esculapio. CIL II 131 *v. p. 911, 31.* VI 37170, 4 [*a. 259*]. *al.*). Ⓘⓘⓘ *accedunt structurae* (*cf. l. 46*): HOR. carm. 1, 35, 2 o diva, *Fortuna,* ... -s ... imo tollere de gradu mortale corpus (PORPH. -ia dicuntur numina deorum, quae se potentiamque suam manifeste ostendunt. SCHOL. parata, potens). STAT. Theb. 8, 459 Pallas huic -s *est,* illum Tirynthius implet (*item c. dat.*: OPT. PORF. carm. 10, 24 Auguste, tuis -s et tantus ubique. *cf. l. 49*). 9, 549 ades, o mihi, dextera, tantum tu -s ⌞bellis⌟ et inevitabile numen (⌞ ⌟ *potius abl.; cf. falsas var. lect. l. 41 et Auson. 1, 1 p. 320* -s Tritonia bellis [*M,* praeses *ed. princ.*]). ARVS. gramm. 455 -s illius rei (*respicitur var. l.* -s *pro* praeses *Verg. Aen. 11, 483* armipotens -s belli Tritonia virgo. *cf.* SERV. auct. qui -s legunt quasi praestans in bellis intellegunt).

β *Christianorum:* AMM. 15, 8, 10 (*9* arbitrium summi numinis) -e nutu dei caelestis (*verba Constantii ut* 21, 13, 14 favore numinis summi -e). AVG. civ. 7, 30 p. 313, 31 *deus* implens caelum et terram -e potentia, non indigente natura. conf. 5, 8, 14 -issima in nos misericordia tua, *deus.* COMM. apol. 641 hic legem tartaream derupit verbo -i et levat de tumulis Lazarum. PRISC. Anast. 102 summi genitoris dextera ... iniustos contra -i numine pugnans. CASSIOD. Ios. antiq. 1, 260 deum Isaac esse -em et tanto eum studio foventem (*gr. τῷ Ἰσάκῳ συμπαρόντα*).

b *-ia sunt remedia nec non venena* (*quaedam etiam ad IIB4a trahi posse non negaverimus*): **α** *indicatur ad quid adhibeantur* (*sed saepius ita, ut structuras potius e subst. apposito vel e tota sententia pendere putes*): VERG. georg. 2, 127 quo *felici malo* non -ius ullum, pocula si quando ... infecere *veneficae* ..., auxilium venit ([praestantius *Macr. Sat. 3, 19, 3*; DON. *ad l. v. p. 843, 68*]. COLVM. 6, 14, 3 si in opere *bos* collum contuderit, -issimum est remedium sanguis *eqs.*). COLVM. 2, 13, 3 omni solo, quod ... fatiscit, una -s medicina est, ut stercore adiuves (*item c. dat.*: PLIN. nat. 26, 38 *consiligo* remedium -s est pulmonum vitio), 6, 13, 1 ad scabiem -ior alia medicina est (*inde* PALLAD. vet. med. 13, 3 VEG. mulom. 4, 11, 2. *structura et notione dubia*: Ps. QVINT. decl. 13, 19 ad plurimarum incursus valetudinum remedium est [et *vel* est et *var. ll.*] -issima medicina [*de melle; an quod facillime praesto est?*]). 7, 5, 2 in hoc casu quod est remedium -issimum. PLIN. nat. 21, 118 *cyperi* radix adversus serpentium ictus ... -is remedii est. 21, 149 *melissophyllum* -issimum est contra ictus *apium* (23, 149. 32, 46). PELAGON. 280 est ... -s remedium, ne *eqs.* (*cf. Hippiatr. gr. I p. 316, 15 προφυλαχτικὸν βοήθημα*). **β** *vario usu:* VERG. georg. 3, 452 *nulla* magis -s fortuna (*fere medicina*) laborumst, quam si quis ferro potuit rescindere ... ulceris os (SERV. efficax, utilis, profutura). CELS. 3, 7, 2^{D} *effusio sudoris* -issimum auxilium est ([praestant- *var. l.*]. MARCELL. med. 9, 105. *cf. l. 55. p. 843, 71*). 5, 27, 3^{E} -s ... in aliquo antidoto praesidium est. COLVM. 6, 5, 3 -s ... remedium cognovimus radiculae ([*postea*: maxime est salutaris]. 7, 10, 3 -ius. *al.* PLIN. nat. 28, 53 in -issimis r. *al.* PELAGON. 311 [*sed Hippiatr. gr. I p. 61, 10 καλλίστῳ καὶ προχείρῳ*]. *al.*). 6, 30, 10 -s medicina est ... inserere manum (*cf. l. 58. 60. 62*). MELA 3, 82 *serpentes* veneni -is (PLIN.

[Ramminger]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nat. 16, 51 *arbor* tam -is v., ut *eqs.; cf.* PORPH. Hor. epod. 5, 69 -iora veneficia). PLIN. nat. 27, 5 *aconitum* -ius invento *veneno* (*dub. trad.; v. Ernout, 1959, ad l.*). 28,106 amatorium ... tam -s, ut *eqs.* SER. med. 391 hoc -s medicamen habetur.

c *exempla cetera*: **α** *de rebus*: LVCR. 6, 603 (*nisi ad A*) -s vis ipsa pericli (*sc. terrae motus*) subdit *timorem hominibus, ne totus mundus corruat* (HIRT. Cic. Att. 15,6,3 haec ... -es ad nocendum habent vires [*respicitur Antonii potentia*]). VERG. Aen. 3, 611 dextram Anchises ... dat iuveni *supplici* atque animum -i pignore firmat (*nisi cum* SERV. auct. *ad II trahas*). OV. met. 13, 757 (*verba Galateae*) si quaesieris, odium Cyclopis amorne Acidis in nobis fuerit -ior (praestantior *var. l.*). LIV. 8, 2, 7 adeo iniuriae Samnitium quam beneficii Romanorum memoria -ior erat. MANIL. 1, 483 mihi tam -s ratio non ulla videtur, qua pateat *eqs.* QVINT. inst. 10, 7, 1 quod *auxilium* -issimis quibusque periculis desit (OROS. hist. 7, 15, 8. *hucine p. 846, 57?*). TAC. ann. 14, 57, 2 -i o⟨pe⟩ra *praefecti* (-i cura *Agricola*). GAVDENT. serm. 18, 16 -s et unum mandatum *ad adipiscendam vitam aeternam* (*sc. Matth. 19, 21*). AVG. quaest. hept. 7, 44 vehementioris ... comminationis est et ... -ioris efficaciae, si quis dicat: 'si non *eqs.*'. *loco dubio*: CHALC. comm. 166 quod -issimum sit in his *divitiis* instrumentum voluptatis (*Wrobel,* praestantissimum *Waszink, uterque sine nota in app.; codd. Monac. 6365 et 13021, quos inspeximus, exhibent* -issimum). **β** *de hominibus* (*imperatores v. p. 843, 64; dub.* LVCAN., STAT.): HOR. epist. 1, 1, 69 isne tibi melius suadet, qui rem facias ..., an qui fortunae te responsare ... liberum ... -s hortatur et aptat (*sc. philosophus*)? LVCAN. 6, 663 (*loq. Erictho*) si me -e videri Eumenides possint *sine periculo* (praebente *Madvig; cf. Martindale, Mnemosyne 30, 1977, 382 sq.*). STAT. Theb. 4, 101 huic ... -es Aetolis urbibus adfert belli fama viros (*si recte defenditur sec. usum p. 843, 64 illustratum; ad var. l.* praestantes *cf. 6, 295*).

II *vi potius* ***temporali*** (*saepe a locali haud facile discernenda, v. imprimis p. 840, 14. 846, 52. 848, 7. 23. 65. 849, 26*). *iuxta ponitur* adesse (*fortasse potius vi locali adhibitum*) PLAVT. Pseud. 503 CIC. fin. 1, 55 Tusc. 4, 14. *al.; opponuntur nimirum passim voces, quae alia tempora significant, e. g.* aeternus *p. 849, 31. 39,* futurus CIC. dom. 12. *al.* VARRO ling. 8, 58. *al.,* reliquus CIC. Quinct. 83. *al.* CAES. Gall. 7, 66, 4, venturus CIC. Tusc. 4, 14 PVBLIL. sent. Q 72. *al.,* praeteritus CIC. Sest. 10. *al.* VARRO ling. 9, 104. *al.,* pristinus CIC. Balb. 61 LIV. 3, 37, 3. *al.,* vetus CIC. de orat. 3, 29 LIV. 7, 20, 8. *al. definitur per pron. poss. vel adv. temp.*: PASS. Perp. 1, 2 in -i suo tempore. OPTAT. 1, 27 p. 29, 11 *quidam* curator -is tunc temporis (AMBR. epist. 5, 22, 12). OROS. hist. 3, 22, 15 sub -i nunc concursatione Gothorum (*cf. iuncturam*: HIER. in Os. 7, 8 l. 214 nunc et in -i).

A ***generatim***: **1** *adi.*: **a** *de rebus*: **α** *posit.; -ia sunt*: Ⓘ *quaecumque nunc vel eo tempore, de quo agitur, sunt vel fiunt vel ad id tempus pertinent* (*hic illic per enallagen quandam, e. g. l. 58. 64*): Ⓐ *varia* (*exempla selecta inde a* CIC.): PLAVT. Pseud. 503 illud malum aderat, ⌞istuc aberat longius; illud erat -s,⌟ huic erant dieculae ([⌞ ⌟ *del. Ritschl, sed v. Langen, Plaut. Stud., 1886, 69*]. TER. Phorm. 781 -s quod fuerat malum, in diem abiit. CIC. Tusc. 4, 14. *al.*). RHET. Her. 3, 4, 7 laudabile est, quod conficit honestam et -em et consequentem commemorationem. CIC. Caecin. 31 in telis, in -i metu mortis perspicuoque periculo caedis (LIV. 36, 10, 4 inter metum -em hostium et verecundiam absentium sociorum [*nisi per enallagen ad p. 841, 14*]. *al.; item de affectibus animi e. g.* LVCR. 6, 1277 dolor. LIV. 33, 33, 4 laetitia. *de eorum specie externa p. 840, 68*). dom. 12 erat ... -s caritas et futura fames. Phil. 10, 20 -is periculi fugam (CAES. Gall. 5, 29, 7 non -s p., at certe longinqua obsidione fames ... timenda *est.* civ. 3, 17, 6 HIRT. Gall. 8, 49, 2. *al.; cf. p. 843, 52. 849, 45*). Tusc. 3, 24 opinione -is ... boni (4, 11. 4, 14 PHAEDR. 5 prol. 9 SEN. benef. 3, 4, 2. *al.*). HOR. ars 59 licebit signatum -e nota producere nomen (SCHOL. notamine ipsius temporis). LIV. 7, 20, 8 causa -s (*opp.* vetus meritum). 22, 15, 2 ea regio -is erat copiae, non perpetuae. 26, 16, 7 -s utilitas (*cf.* DECRET. decur. Pis. [CIL XI 1421; *a. 4*] 44 excusata -i coloniae necessitate). SEN. nat. 2, 36 cum sapiens, quid sit optimum, in praesentia sciat, ... divinitati omne -s erit. PLIN. nat. 25, 23 cum suus cuique ac -s quisque atrocissimus videatur *morbus.* GELL. 1, 10, 4 vive ... moribus praeteritis, loquere verbis -bus. CALL. dig. 14, 2, 4, 2 pretio -e rerum *depravatarum* (VLP. dig. 35, 2, 62, 1 secundum rei veritatem aestimanda erunt *quaedam,* hoc est secundum -s p. [*opp.* formali p.]). *al. de altera parte sacrae scripturae*: VAL. CEM. hom. 13, 2 p. 731[D] -is ac veteris testamenti praecepta. Ⓑ *ipsum tempus* (*intelleguntur potius homines alicuius temporis e. g. p. 846, 5; exempla selecta; philosophi quidam negant tempus -s esse, cf. e. g.* SEN. dial. 10, 10, 6 -s tempus brevissimum est, adeo quidem, ut quibusdam nullum videatur. MAR. VICTORIN. rhet. 1, 26 p. 224, 4. BOETH. in herm. comm. pr. 1, 1 p. 45, 18 quod -s dicimus tempus non est, sed confinium temporum, tempus autem est futurum vel praeteritum): CIC. Catil. 1, 22 quanta tempestas invidiae nobis, si minus in -s tempus ..., at in posteritatem impendeat (*item* in *c. acc.*: Flacc. frg. Mediol. HOR. ars 44 LIV. 42, 47, 8. *al.; ceterum*: CIC. Flacc. 3 memoriam t. praeteritorum, salutem -ium, spem reliquorum [*item plur.*: Balb. 61 LVCR. 2, 1166 QVINT. inst. 3, 7, 9. *al.*]. Att. 8, 9[a], 1. *al.* CAES. civ. 2, 40, 3. *et saepe*). HOR. carm. 3, 8, 27 dona -is ... horae (OV. Pont. 4, 3, 50. *al.*). epist. 2, 1, 42 quos *poetas* et -s et postera respuat aetas (OV. trist. 5, 9, 7 [*opp.* serior]. VAL. MAX. 4, 2, 1. *al.*). SEN. dial. 10, 10, 4 singuli tantum dies et hi per momenta -es sunt; at praeteriti temporis omnes, cum iusseris, aderunt (FRONTO p. 205, 12. EPIST. imp. Valent. [Inscr. Ephes. Wankel 42] 20 in -em diem. HYMN. Walpole 8, 8 [*de festivitate epiphaniae*]. *al.*). COLVM. 1 praef. 23 caeli et anni -is mores intueatur *agricola* (FRONTO p. 164, 27 VLP. dig. 25, 1, 3, 1. *al.*). VET. LAT. Eph. 1, 21 (Hier. epist. 109, 1, 2) omne nomen quod nominatur et in -i saeculo et in futuro ([*Vulg.* in hoc s., *gr.* τούτῳ]. PORPH. Hor. carm. 2, 15, 1 OPTAT. 5, 3 p. 125, 15. *al.*). CONC.[S] II 3, 1 p. 116, 24 vicesimo secundo die -is mensis Novembris (*II 2, 1 p. 11, 5* instantis, *gr. II 1, 1 p. 134, 32* ἐνεστῶτος). *al.*

Ⓘⓘ *poenae praemiaque et quaecumque ex causis quibusdam fere necessario et sine mora consequuntur vel imminent* (*cf. notionem sub B1a illustratam; exempla selecta inde a* CIC.): NAEV. trag. 8 quin, ut quisque est meritus, -s pretium pro factis ferat (LIV. 45, 42, 11 p. eorum *beneficiorum* ... -s exigere. SEN. nat. 4 praef. 14. *aliter p. 845, 65*). CIC. Verr. II 5, 74 cum ... a -i supplicio tuo continuit populus Romanus se *iudicium exspectans* (Att. 4, 3, 3 SIL. 14, 219 TAC. ann. 1, 38, 1. *al.*). Sest. 140 *seditiosi* omnes ... rei publicae poenas aut -i morte aut turpi exilio dependerunt (VERG. Aen. 1, 91 *in mari saeviente* -em ... viris intentant omnia m. CVRT. 9, 1, 12 *serpentis* morsum -s m. sequebatur. APVL. met. 7, 20, 1 -e statutaque m. *al.*). 143 -is fructus neglegamus, posteritatis gloriae serviamus (VARRO rust. 1, 23, 3 non tam propter -em f. quam in annum prospicientem. SEN. benef. 2, 22 COLVM. 3, 3, 6. *al.*). Deiot. 16 propter metum -is exitii (VERG. Aen. 12, 760. TAC. hist. 1, 45, 2 *Celsum* -i e. subtraxit. *al.*). leg. 2, 25 -is poenae metu (div. 2, 122. PLIN. nat. 14, 142 *ebrietatis* [*opp.* praemium ... summum]. QVINT. decl. 313, 12 [*opp.* post tricesimum diem puniri]. *al.*). CAES. civ. 3, 73, 5 sive ... fortuna partam iam -emque victoriam interpellavisset (LIV. 5, 27, 13). VERG. Aen. 10, 622 si mora -is leti tempusque caduco oratur iuveni *Turno* (VAL. FL. 7, 453). LIV. 10, 37, 5 multa -s quingentum milium aeris ... imposita *est* (COD. Theod. 11, 30, 22). 44, 34, 7 non sermonibus tantum ... *adsensum* ostenderunt, sed rerum -s effectus erat. EDICT. leg. pr. pr. (Année Épigr. 1976 n. 653) 5 licentia quorundam -em vindictam desiderat ([*gr. 29* παραντίκα]. HIER. epist. 14, 5, 3). QVINT. decl. 280, 4 poenarum vel praemiorum tempus aut constitutum est aut -s *eqs. al. vice versa consequitur facinus ex praemio proposito*: TAC. hist. 2, 75 *si quis* -i facinore paratum *neci* ... praemium petat.

β *compar.* -ior *et superl.* -issimus: Ⓘ *respicitur consequentia, effectus sim. quam minime tardatus* (*hucine etiam* AVG. *p. 841, 30?*): CIC. fam. 1, 9, 2 qui tibi ex me fructus debentur, eos uberiores et ⌞-iores⌟ -s capere potuisses ([⌞ ⌟ praestant- *codd. det. fortasse rectius*]. AMBR. in psalm. 1, 25, 2 in istis *saeculi illecebris* f. -ior, in illis *praemiis caelestibus* spes tardior). AVG. in Gal. 21, 8 *homo pius,* cum hinc excesserit, tunc eum *deum* ... habebit -issimum praemium. CONSENT. Aug. epist. Divj. 11, 17, 1 *cum* populi fragor -issimum mihi supplicium minaretur ..., depoposci ut in diem crastinum iudicium differretur. ⓘⓘ *respicitur appropinquatio quam proxime facta* (*ut aegre separetur a vi locali p. 841, 11*): LIV. 2, 36, 5 maiorem *poenam* instare, ni *somnium* ... nuntiet consulibus; iam -ior res erat; cunctantem ... ingens vis morbi adorta est. 24, 32, 3 ad propius -iusque malum cautiores esse. 28, 44, 2 maius -iusve ullum exemplum esse quam Hannibal potest? (*opp.* veteribus ... exemplis. *vergit ad IB1*). SEN. contr. 7, 7, 7 nec umquam -ius periculum fuit (*nisi ad p. 845, 14*).

b *de animantibus* (*sc. qui vivunt eo tempore, de quo agitur; cf. p. 845, 69; vix huc p. 839, 35. 47*): MART. 7, 44, 9 audiet hoc -s venturaque turba. QVINT. inst. 11, 3, 138 gestu ... usos esse in principiis eos *oratores* alio ...; sed nos de -bus loquimur (*item solum ponitur, ut vergat in usum pro subst.*: VET. LAT. IV Esdr. 8, 46. PETR. CHRYS. serm. 2, 5 praeteritis comparationibus -es corrigit et futuros. *al.*). TERT. virg. vel. 6, 6 non ... posteriorem mulierem ..., sed illam, quae erat -s, quae erat virgo. VET. LAT. IV Esdr. 14, 19 corripiam -em populum (*opp.* qui ... iterum nati fuerint). Ps. PROSP. carm. de prov. 177 *deus* manet ... futuris ulterior, ... praeteritis prior, omnibus unus -s. *al. de iis qui adhuc munere suo funguntur*: PLIN. paneg. 53, 6 cum de malo principe posteri tacent, manifestum est eadem *mala* facere -em *principem.* HIST. AVG. Alex. 32, 3 si umquam alicui -um successorem dedit *imperator nolens quemquam dimittere* ('*eorum qui praeerant' Lessing, Script. Hist. Aug. lexicon s. v., vix recte*). COD. Theod. 9, 1, 13 *sortiri iudices* et de -bus et administratorum honore functis (*vix ad p. 839, 14*). ENNOD. opusc. 1, 78 p. 282, 23.

2 *neutr. pro subst.*: **a** *in locut. adverbialibus* (*significat tempus quod adest vel proximum est, ut subluceat notio q. e. statim sim., e. g. p. 847,*

[Ramminger]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

b *vi aucta respicitur simul eorum potentia, auxilium sim.*: MANIL. 1, 49 quibus *sacerdotibus* ipsa potentis numinis accendit castam -a mentem (PHAEDR. 4, 26, 32 numinum -am vati *Simonidi* dedisse vitam mercedis loco. *al.; cf. l. 26*). APVL. met. 5, 14, 1 venti ferentis ... -am (*sc. Zephyri*). 8, 27, 6 deum -a ... homines ... fieri meliores. CIL VI 488 (*a. 247*) -ae matris deum P. Septimius Felix ob coronam *certamine receptam.* CYPR. epist. 66, 9 *Christus* arbitrio et nutu ac -a ... ecclesiam ... gubernat.

OPT. PORF. carm. 7, 23 auctior alma dei per te, *Constantine,* -a mundum respexit. AVG. civ. 14, 11 p. 29, 28 per angelicam -am praestantioremque naturam *colubrum sibi subiecit diabolus.* doctr. christ. 2, 53 tanta -a sancti spiritus interpretati esse dicuntur *LXX*, ut os unum tot hominum fuerit (*cf. l. 33 et* PRISC. Anast. 271 quanta tuum pectus servat -a regis caelestis). *al. in iunctura abundanti* -a adventus: VET. LAT. II Thess. 2, 8 (Hil. in psalm. 140, 11. *al.*) evacuabit eum *Antichristum* -a a. sui, *sc. Christi* (Ambrosiast. *al.* inluminatione -ae, *Vulg.* inlustratione adventus, *gr. τῇ ἐπιφανείᾳ τῆς παρουσίας*). VEREC. in cant. 6, 6 dum a. dominici -a terrerentur.

3 *pertinet ad res* (*-am rerum quarundam incorporalium possis etiam vi temporali explicare*): **a** *usu communi*: CIC. Tusc. 3, 14 quarum ... rerum -a sumus in aegritudine, easdem impendentes ... timemus. APVL. Plat. 2, 21 p. 250 egestatem ... non abs[tin]entia pecuniae, sed -a immoderatarum cupidinum gignit. GAIVS dig. 50, 16, 22 exhibere est -am corporis praebere, restituere est etiam possessorem facere (*cf. p. 854, 63*). PAVL. dig. 41, 2, 3, 13 quia -a eius (*sc. rei mobilis cuiusdam*) sit. TERT. castit. 8 l. 15 quis nostrum utilitatis -am sectetur et quis occasionem licentiae amplexetur. IREN. 3, 5, 1 -a alterius (*sc. veritatis*) excludit alterum (*sc. mendacium*). PALLAD. 12, 7, 17 *Novembri mense* facilem se -a fructus ipsius *castaneae* praestat *ad serendum.* AVG. gen. ad litt. 1, 12 p. 18, 22 ut aquosa et globosa moles ... faceret diem lucis -a, ... noctem lucis absentia (*eadem oppositione* EVCHER. instr. 1 p. 70, 13. *cf.* CLAVD. MAM. anim. 1, 9 p. 49, 2 aer solis -a clarescit et tenebrescit absentia). in psalm. 104, 3 l. 15 earum rerum -am *scriptura* volens intellegi, quarum nominat faciem, *ut 'faciem venti'.* OROS. hist. 3, 19, 3 *Alexander* concursu satellitum -am mortis evasit (BOETH. c. Eut. 8, 54 in quo *statu Adae* -a quidem m. vel peccati aberat, potestas vero utriusque constabat). CASSIOD. Ios. antiq. 1, 281 opulentissima tibi *Iacob* maximorum bonorum ... erit ubique -a. *al. -a loci, quem quidam inspectantes adeunt* (*cf. locutionem* in re praesenti *p. 840, 8*): Ps. QVINT. decl. 17, 17 interrogare vos, *iudices,* velut in illa secreti nostri -a libet (19, 15 o si quis in illam vos s. nostri potuisset adhibere -am).

b *vi aucta respicitur simul rerum efficacia, potestas*: OV. met. 4, 612 Acrisium (tanta est -a veri) ... paenitet *sceleris sui.* APVL. met. 9, 1, 1 ego praecipitante consilium periculi tanti -a *fugi.* FIRM. math. 5, 1, 1 habent ... ⟨signa⟩ sine alicuius stellae -a ex natura sua decernendi maximam potestatem (*cf.* 6, 22, 14 malitia eius coniunctionis nec -a potest Iovis nec testimonio mitigari). PALLAD. 1, 35, 16 *calvariae asinarum in hortis positae* creduntur ... sua -a fecundare quae spectant. EVAGR. alterc. p. 2, 4 si ... non lenocinio sermonum ... sed legis -a comprobes veritatem. *in arte rhet.*: MACR. Sat. 5, 13, 40 *Vergilius Homeri aemulatus est* simplicitatem et -am orationis ...; (*41*) hinc ... adfectuum naturalis expressio ..., hinc torrentis orationis sonitus (*cf.* PRISC. rhet. 10, 30 p. 558, 41 virtus ... descriptionis maxime planities et -a vel significantia est [*Hermog. progymn. p. 23, 10 σαφήνεια καὶ ἐνάργεια*]). **c** *in circumlocutione ad demonstrandum ipsum scriptum quod in manu legentis est* (*cf. p. 849, 63; falso editum est apud Migne 67, 365*^{D} -am sermonis DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 13, 14 [praesenti iam sermone *codd., ed. Forbesii*]): ALC. AVIT. epist. 36 p. 66, 18 *vestro* contubernio ... per -am paginae satis *facere* (per praesentem paginam *ed. princ.*).

B *locutiones praepositionales* (*sive adverbiales, sive artius cum verbo coniunctae; accedunt passim attributa indicantia quis [quid] praesens sit; ceterum cf. IIA*): **1** in -a: NEP. Alc. 10, 5 id, quod in -a vestimentorum fuit, arripit (GAIVS inst. 1, 121 personae serviles ..., nisi in -a sint, mancipari non possunt. PAVL. dig. 41, 2, 1, 21 cum ea *res tradenda* in -a sit. TERT. carn. 7 l. 42 GARG. MART. med. 5. *al.*). VENVL. dig. 45, 1, 137, 4 promissor in -a dare non potest *pecuniam vel servum.* PAVL. dig. 47, 2, 92 quem in -a pudor ad resistendum impedit. TERT. spect. 17 p. 19, 3 *meretrices* in scaena proferuntur, plus miserae in -a feminarum. VET. LAT. I Cor. 16, 17 (cod. 64 = VVLG.) gaudeo ... in -a Sthefanae (*cod. 75* in adventu). Ps. CYPR. singul. cler. 25 cui *Christo* in -a servierunt *mulieres quaedam.* PELAG. in Gal. 4, 18 ('cum praesens sum') in -a mei (PALLAD. hist. mon. 1, 6 p. 275^{A} [*gr. p. 54, 22 ἐπ' ὄψεσιν ἐμαῖς*]. *cf.* CASSIOD. hist. 5, 17, 9 in -a sui [*Theodoret. 2, 16, 8 κατὰ πρόσωπον*]). CANON. Turner I p. 646, 75 qui ... confidunt suis dictis, hii et ⌊in -a adesse⌋ potuerunt ([⌊ ⌋ ad in -a esse *cod.*, ad ⟨id⟩ in -a esse *Feder; gr. Athan. apol. c. Arian. 44 εἰς πρόσωπον, Hil. coll. antiar. p. 109, 2* praesentes]. GREG. TVR. Franc. 8, 43 p. 409, 10 ut in -a regis adesset). CONC.^{S} II 3, 3 p. 9, 1 in -a[e] sanctae synodi singula ... edocere (*cf. ibid. p. 3, 13* coram, *II 2, 2, p. 18, 15* in conspectu, *gr. II 1, 3 p. 5, 13 ἐπί*). *al.* in -a rerum (*cf. p. 857, 12. 858, 8 nec non* in re praesenti *p. 840, 8 et* impraesentiarum *vol. VII 1, 673, 72sqq.*): COD. Theod. 4, 6, 3 *si quidam* in -a rerum constituti agere noluerint. **2** ad -am (*supplevit man. rec. in cod. M* TAC. ann. 11, 8, 1): SEN. amic. p. 27 *multa,* quae absentes inritant et concitant, ad -am non ferunt. Ps. QVINT. decl. 8, 22 velut ad quandam -am amissi iuvenis ... inquit ... 'audi'. CYPR. epist. 34, 4 ut ... ad nostram -am differantur, *de quibus sententiam poscis.* AVG. epist. 27, 6 etsi ad

[Rosellini]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tuae caritatis -am ipse non pergeret. CASSIOD. var. 5, 26, 2 ut ... ad -am nostram venire debeatis (CONC.^{S} IV 2 p. 133, 29 vestrae clementiae). PASS. Paul. 5 perducti sunt ad -am Caesaris. *al.* **3** in -am: VLP. dig. 50, 16, 99, 3 si in -am personae *cuiusdam* ... dilatio petatur (*cf.* differre in -am: CYPR. epist. 27, 3 p. 542, 19 HIST. AVG. Aur. 9, 3 HIER. chron. a. Abr. 2080). CYPR. epist. 20, 3 p. 529, 4 ceterorum causas ... differri mandavi et in nostram -am reservari. 40 p. 586, 11 *quidam clericus* promovebitur ..., quando in -am ... venerimus ([in -a *var. l., quam sequenti loco praetulit Hartel*]. 48,2. EVSEB. VERC. epist. 1,2 [in praesenti *var. l.*]. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 139, 14 in -am nostram venire non pertulit. *al.; cf. l. 2 nec non* CYPR. epist. 67,5 p. 739,16 qui in -am convenerant [in -a *Hartel sec. var. l.*]). HIER. epist. 3,4,3 amice ..., in -am rei totus animo ac mente convertere. CAES. AREL. serm. 58, 3 conscientiae nostrae vultum in oculorum -am ... adducere. *al.* **4** sub -a: CIL VI 1130 (*a. 305/6*) *thermas* sub -a maie⟨statis⟩ disposuit (*abl. nudo titulis geminis* 31242*?*). XIII 8502 (*aet. Constantini*) sub -a principis sui. PEREGR. Aeth. 25, 9 matris suae. HIL. coll. antiar. p. 50, 20 condicitur ... sub -a ... Constantini imperatoris concilium episcoporum. VEG. mil. 1, 13 p. 17, 9 praefecti legionis. COD. Iust. 5, 37, 24 pr. (*a. 396*) sub -a publicarum personarum (*cf. Cod. Theod. 3, 30, 6 pr.* praesentibus primatibus, defensore, officiis). RVFIN. apol. Orig. epil. 7 l. 24 sub -a multorum habita ... disputatio. BACHIAR. fid. l. 86 *simulacrum Dagonis deletum est* sub -a arcae dominicae (in adventu *var. l.; cf. Vulg. I reg. 5, 4* coram arca). CONC.^{S} II 3, 1 p. 113, 22 *testes* sub quorum -a perversa docebat *Eutyches* (*gr. II 1, 1 p. 132, 6 ἐφ' ὧν. altera vers. II 2, 1 p. 9, 8* quibus praesentibus). *al.* **5** *iuncturae variae selectae*: APVL. met. 6, 7, 3 Venerem sine Mercuri -a nil umquam fecisse (COD. Iust. 6, 42, 32 pr. sine scriptura et -a testium. LEX Visig. 11, 1, 1. *al.*). FILASTR. 112, 2 a captivitate usque ad domini nostri -am anni *tot* (RVFIN. hist. 5,1,8 in carcerem trusi sunt fratres usque ad -am praesidis. 10, 12 p. 978, 13. *al.*). RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 35, 18 coram -a omnium collocuti (*gr. I 1, 5 p. 120, 27 ἐπὶ παρουσίᾳ*). p. 36, 5 *nos* ante religiositatis ⟨vestrae⟩ huc -am venientes ([*gr. I 1, 5 p. 121, 20 παραγενόμενοι*]. EVSEB. GALLIC. hom. 64, 8 stantes in loco sancto a. -am maiestatis. SCHOL. Ter. p. 107, 6. *al.*). *al.*

C *abl. sine praepos.* '-a *alicuius*' *pro 'aliquo praesente'*: LIV. 27, 30, 17 Nemeorum adpetebat tempus, quae *Philippus* celebrari volebat -a sua. PAVL. sent. 4, 6, 2 ab isdem ..., quorum -a constat apertum *esse testamentum* (in quorum *Rittershusius*). EPIST. imp. Diocl. frg. Vat. 326 dominae -a si procurator agat. VET. LAT. Phil. 2, 12 (cod. 75. *al.*) non ut -a mei tantum, sed multo magis nunc in absentia mea ... vestram salutem operamini (VVLG. *sec. codd. gr. plurimos* in -a). OPTAT. app. 1 p. 189, 7 Victor fullo vestri -a et populi dedit folles viginti. COD. Theod. 12, 1, 151 municipalia gesta non aliter fieri volumus quam trium curialium -a. CONC.^{S} II 3, 1 p. 112, 17 neque aliquorum -a disputat *prave Eutyches* (*gr. II 1, 1 p. 131, 4 ἐπί τινων διαλέγεται. cf. II 2, 1 p. 8, 24* ad alios loquetur). CASSIOD. var. 5, 26, 1. PAP. Tjäder 31 II 1 (*a. 540*) qui mei -a signum fecit (*item in subscriptione testium*: 43, 17 [*a. 542?*] nostri. *al. ibid.*). *al.*

II *praevalente respectu temporis*: **A** *locutiones adverbiales* (*aliter ac sub IB non accedunt attributa praeter p. 858, 8*): **1 in -a:** **a** *praemonenda: sunt qui intellegant acc. neutr. plur. vocis q. e.* praesens; *sed cum acc. temporis saepe vix aptus videatur (cf. 858, 2. al. et notionem q. e. statim l. 56), ablativo autem omnia exempla explicari possint, huc cuncta congregavimus* (*ceterum v. quae Meusel monuit ad* CAES. Gall. 5, 37, 1). *varietate notionum haud ubique dinoscenda significantur sive tempus et condiciones sim. quae adsunt (sc. i. q. nunc, tunc, eo tempore, e. g. l. 73 sq.), sive spatium quoddam temporis in proximum porrectum (sc. i. q. abhinc per quoddam tempus, interim, e. g. l. 61. 68. 75), sive momentum temporis proxime instantis (sc. i. q. sine mora, statim, e. g. l. 63. p. 858, 3. 6); cf.* GLOSS *p. 847, 6. locutio frequentatur imprimis a* CIC., LIV., QVINT.; *confunditur in codd. cum* in praesenti, *e. g. l. 62. p. 847, 8.* **b** *exempla varia* (*selecta inde a* CIC.): TER. Hec. 24 si scripturam *poetae* sprevissem in -a (DON. statim ut a populo eiciebatur). Haut. 962 ubi te vidi ... suavia in -a quae essent prima habere neque consulere in longitudinem. Phorm. 779 ne in -a (in praesenti *A*) ... abeat. Ad. 222 quidquid possem, mallem auferre ... in -a. RHET. Her. 3, 5, 9 qui in -a incolumis *est* (*opp.* in perpetuum *ut*: CIC. inv. 2, 69 *tropaeum statuerunt* victoriae modo ⌞in -a⌟ declarandae causa, non ut in p. belli memoria maneret [⌞ ⌟ *codd. integri*; in -am *codd. mutili et edd. rec.*]. LIV. 2, 44, 2. 7, 37, 2. *cf.* VITA Hil. Arel. 20 l. 3, *ubi opp.* in aeternum). CIC. inv. 1, 39 *considerantur* quae instent in -a. 2, 134 legem ... in -a conservari ab iudicibus, post ... a populo corrigi convenire (*item opponitur p. 858, 16 et* CIC. Verr. II 5, 105 Tusc. 1, 14 LIV. 6, 26, 8. *al.; cf.* postmodo *supra p. 239, 56*, postea IVLIAN. dig. 8, 2, 22). Verr. II 5, 17 pecuniam sibi esse in nominibus, numeratam in -a non habere (*vix ad IB 1. explicat* ARVS. gramm. 325 in -a pro ad praesens). Cluent. 10 in -a, ... reliquo tempore (*cf. ibid.* nunc ..., postea). 195 hoc tempore ..., in -a. POMP. Cic. Att. 8, 12^{c}, 1 (*opp.* brevi tempore *ut* BELL. Afr. 36, 3). CAES. Gall. 1, 15, 4 satis habebat in -a hostem rapinis ... prohibere. 5, 37, 1 quos in -a tribunos militum circum se habebat. civ. 3, 85, 4 differendum est ... iter in -a nobis et de proelio cogitandum. VARRO ling. 9, 16 in -a corrigere (*antea*: statim). NEP. Them. 8, 4 huc cum venisset et in -a rex abesset. LIV. 3, 56, 10 tum ..., in -a. 6, 9, 8 auxilii adventus ... in -a rem inclinatam sustinuit. 8, 7, 22 (*opp.* in posterum). 24, 28, 7 (*syn.* extemplo). 33, 27, 10 (*opp.* in futurum *ut*: SCRIB. LARG. 101. 122 p. 64, 26 [*Marcell. med. 29, 6* in praesenti]. *al.*). DECRET. decur. Pis. (CIL XI 1421) 26 *diem lugubrem* notari ... in -a omnium iussu. *al.* *?*in -a rerum (*si recte restituitur; cf. p. 856, 69; ad gen.* rerum *fere abundantem v. Nägelsbach-Müller, Lat. Stilistik, 1905, 96 sq.*): TERT. scorp. 1 p. 146, 10 nunc ⟨in⟩ -a r. est medius ardor *persecutionis* (*suppl. Wissowa; vix defendas abl. sine praepos. coll. l. 28*). SCHOL. Cic. Bob. p. 119, 18 quem *Domitium* vult ⌞in -a[rum] rerum⌟ exempla illius pristini vigoris imitari (⌞ ⌟ *nisi corrigas* inpraesentiarum). **c** *exempla spectantia ad ordinem dictorum*: RHET. Her. 3, 12, 22 de utraque re simul erit in -a dictum ...; cetera suo loco paulo post dicemus (CIC. inv. 1, 56 satis. CENS. 18, 15 [*syn.* nunc]. *al.*). 3, 16, 28 in -a, cuiusmodi sit ea *memoria*, aperiemus (*opp. adv.* alias). CIC. inv. 1, 49 in -a ... partes argumentandi ... permixtim dispersimus (*opp.* singillatim in secundo libro ... dicemus). CELS. 2, 33, 1 *medicamenta quaedam* in -a differam (SEN. epist. 13, 5 primum illud ... in -a differatur; ... postea videbimus *eqs.* 52, 15. 72, 1). SEN. dial. 1, 1, 2 supervacuum est in -a ostendere *eqs.* epist. 110, 1 sepone in -a quae quibusdam placent ([*2* postea videbimus *eqs.*]. QVINT. decl. 321, 22). PLIN. nat. 12, 14 in -a externas *arbores* persequemur. *al.*

2 *variae* (*cf. falsam var. l.* in -am *p. 857, 66 et e. g.* CAES. civ. 1, 42, 1): RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 130, 19 Cyrilli haereticos codices ad -am unanimi cuidam commendavi (*vix huc iam* IVL. VAL. 2, 18, *v. p. 850, 24*). LEX Sal. Merov. 84 *quidam* -ā aut longe multandus (*nisi ad IC; ad rem v. Beyerle, Zeitschr. Sav. Stift., Germ. Abt. 49, 1929, 502 sq.*).

B *exempla cetera*: **1** *vario usu* (*exempla certiora; ceterum v. quae ad IA 3 monuimus*): SEN. dial. 11, 10, 3 cito ... nos omnis voluptas relinquit ...; itaque in praeteritum tempus animus mittendus est ...: longior fideliorque est memoria voluptatum quam -a (*aliter per oxymoron*: Ps. QVINT. decl. 7, 13 filium spectasse morientem longa -a est [*sc. conspectus horrore suo diu praesens fuisse videtur*]. *cf. quae sub 2 afferuntur*). Ps. QVINT. decl. 4, 11 homo receptus in publicas gratulationes, *cum fortiter feceram*, -ae humilitate decresco (*item de statu, condicione sim. praesenti*: VET. LAT. Sirach 31, 2 cogitatus -ae avertit sensum [praescientiae *var. l.; male resp. gr., sc. 34, 2*]). 5, 19 ponere vos, iudices, velut in illa necessitatis meae -a volo. 7, 2 orbitatis meae repeto -am (*sc. memoriā*). VET. LAT. II Petr. 3, 12 (Aug. civ. 20, 18. *al.*) exspectantes et properantes ad -am diei domini (*Vulg.* in adventum). PORPH. Hor. carm. 3, 27, 66 sq. *'ridens'* et perpetuum epitheton est Veneris, et ad -am pertinet. AVG. in psalm. 2, 6 *'hodie'* -am significat. LEO M. serm. 32, 3 -am temporis (*sc. nativitatis Christi*) ... cognoscitis. SACR. Leon. 1365 praestolare gloriosae nativitatis (*i. diei festi*) -a⟨m⟩. BOETH. in herm. comm. sec. 1, 1 p. 51, 7 *ut* ipsum 'esse' ... *interdum* non substantiam sed -am quandam significet (*e. g. 'dies est'. cf.* 4, 10 p. 318, 13 'est currens omnis homo' adfirmatio est cursus -am monstrans). in Porph. comm. sec. 4, 8 p. 262, 2 *accidentia quaedam a subiecto* separari ... possunt nec tantum potestate et mentis ratiocinatione, sed actus etiam -a. cons. 5, 6, 12 *motus rerum temporalium* alligans se ad qualemcumque -am huius exigui volucrisque momenti. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 14, 2 p. 366^{B} mutua sibi -a utrumque succedit (*e. g. somnus et vigilia; gr. ὑποχωρεῖ ταῖς παρουσίαις*). *?plur.* -ae *metonymice de rebus praesentibus* (*sc. concinnitatis causa, si recte trad.*): MAX. TAVR. 103, 1 quae ... illis *discipulis Christi* exhibita est -arum in mirabilibus virtus, eadem virtus nobis est litterarum thesauro conservata (*latetne adv.* impraesentiarum*?*). **2** *respicitur deus, cui omnia praesentia sunt* (*ut excepta l. 64 significetur magis minusve metonymice ipsa dei natura; falsa var. l. pro* praevidentia BOETH. cons. 5, 6, 16): AVG. civ. 11, 21 p. 489, 9 *ut deus* haec omnia (*sc. praeterita et futura*) stabili ac sempiterna -a comprehendat (*cf.* BOETH. cons. 5, 6, 40 ad -am propriae cognitionis *omnia futura* retorquet. 5, 6, 41 comprehendendi omnia visendique -am ... ex propria deus simplicitate sortitus est). BOETH. cons. 5, 6, 10 interminabilis vitae ... -am. 5, 6, 12 manentis illius -ae ... imaginem. 5, 6, 15 scientia *dei* ... omnem temporis supergressa motionem in suae manet simplicitate -ae (*addas p. 853, 20*).

cf. Onom. *Rosellini.*

praesentiālis, praesentiāliter *v.* praesentalis.

praesentim *v.* praesens.

ˣpraesentio, -sēnsī, -sēnsum, -īre. *a* prae *et* sentire. *inf. perf.* -tisse *falso edebatur olim pro* per sen⟨ten⟩tias isse (persentiasse *codd. rec.*) PANEG. 2, 3, 5. *legitur inde a* PLAVTO, TER., CIC. (div. *17^{ies}, ceterum quater*), LVCR., CAES., VERG. [*confunditur in codd. plerumque cum* persentire, *e. g.* ROMVL. fab. 52, 3 (*legitur in edd. vet.* PETR. CHRYS. serm. 13, 4 *et* 120, 8; *v. Olivar ad* 26, 1).]

[Stella]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

I *i. q. antea sentire* (*sc. fere animo [l. 38. 57. 60; animus est pro subi. l. 52. 56], coniectura sim. praesagientis, sed olfactu l. 40. p. 860, 23, auditu quodam interiore l. 43, tactu p. 860, 46 et fortasse* ENNOD. carm. 1, 4, 107 [*contextu corrupto*]). *fere abundanter accedunt adv.* ante *l. 62. p. 860, 19, prius l. 22; ad notionem cf., si huc pertinet,* GLOSS. II 416, 8 *προαισθάνομαι*: pr⟨aese⟩nso (-so *corrupte vel more vulgari pro* -tio; *vix agnoscas verbum intensivum a* -ire *derivandum*). *iuxta ponuntur* praedicere *p. 860, 4. 15 et saepius, ceterum* divinare CIC. div. 1, 34. 47. 128 *al.*, providere CAES. Gall. 7, 30, 2 (*cf.* LVCR. 5, 1342 ante ... videre), augurare CIC. epist. frg. 9, 3 *et sim. al. structurae: accedit passim obi. acc.*, de *cum abl. iuxta obi. suppl. l. 46; pro obi. ponuntur acc. c. inf.* TER. Andr. 839 CIC. div. 1, 128. 2, 31 ARNOB. nat. 2, 12 p. 80, 1 *al., nom. c. inf. l. 65, interrog. obliqua p. 56. 63 (cf. enunt. condic. l. 47); absolute l. 19. 51. p. 860, 9; accedit abl. instr. (v. sub A 2 c et saepius), praepos.* ex *l. 74. p. 860, 13*, per *p. 860, 18; pro subi. sunt passim homines eorumque partes, actiones sim., animalia e. g. l. 40 sq., dei l. 60. p. 860, 20; part. praes. pro subst. l. 54.*

A *cum respectu rerum futurarum vel ignotarum, occultarum; pertinet ad*: **1** *latentia, nondum manifesta* (*sc. quae praeparantur vel iam aguntur, exstant*): **a** *obi. supplendo e contextu vel absolute*: PLAVT. Mil. 1152 si -erit miles, nihil ecferri poterit huius, *quod petimus* (*vix recte trad.* prosenserit, *quod verbum nusquam alibi legitur*). Pseud. 408 volui inicere tragulam in ... senem; verum is nescio quo pacto -sit prius. 426 (*Simo secum loquens*) id iam pridem sensi et subolebat mihi ... :: ibi nunc oppido opsaeptast via; -sit. Trin. 172 *lupus* gregem ... voluit ... avortere. :: fecisset ..., ni haec (*fem. sing.*) -isset canes (*in imagine de homine vigili; cf. l. 40 sqq.*). CAES. Gall. 5, 54, 2 cum ille *rex, cui insidiabantur Senones*, -isset ac profugisset. LIV. 21, 49, 9 quamquam ... morati cursum navium erant Carthaginienses, ut ante lucem accederent Lilybaeum, -sum tamen est. QVINT. decl. 321, 24 daturus venenum potui timere, ne deprehenderer, ne -ret, ne intellegeret. *al.* **b** *indicatur quid -atur*: TER. Andr. 839 cum Davo ... vidi iurgantem ancillam ... vero voltu, cum ibi me adesse neuter tum -erant (-erat *codd. plerique*, senserit *Don.; explicat* EVGRAPH. cum ... sciret). VERG. Aen. 4, 297 *Dido* dolos ... -sit motusque excepit prima futuros ([*hinc* PROBA cento 212; *enodat* SERV. ac si diceret, ante quam ille *Aeneas* moliretur. GLOSS.^{L} I Ansil. PR 710 prior sensit id est intellexit]. IVST. 13, 6, 7 dolum -ente Antipatro. ROMVL. fab. 52, 3 recc. gall. *et* vet. equus -sit dolum [conprehendit *rec. W*]). OV. epist. 11, 33 prima malum nutrix *Canaces* animo -sit anili. met. 10, 404 nec nutrix *Myrrhae* etiamnum concipit ullum mente nefas aliquemque tamen -sit amorem. PAVL. FEST. p. 255 sagaces canes, qui ferarum cubilia -unt (VEG. mil. 4, 26 adventum hostium odore. *cf. l. 25. in comparatione*: APVL. apol. 57, 5 naribus nidorem domesticum -sit *Crassus*). CVRT. 5, 11, 2 Bessi facinus -erat *Patron.* PLIN. nat. 28, 24 absentes tinnitu aurium -ire (praesentium *var. l.*) sermones de se. IVST. 16, 1, 8 incohatam ... inter fratres reconciliationem cum -isset Demetrius. Ps. ASCON. div. in Caec. p. 186, 6 putant divinationem dici, quod ... iudices ..., quod velint, -i⟨re⟩ de utroque possint. Ps. HIPPOCR. ad Antioch. vers. *α* 3 si a pectore morbus minatur ..., his -itur indiciis (*gr. Paul. Aeg. 1, 100, 3 προσημαίνειν, vers. β p. 431* permonstrari [*sc.* prae-*?*], *vers. γ p. 23, 1* signa praecurrunt). APON. 12, 84 cum *Ioseph* eum (*sc. Christum*) in utero virginis -isset. *al.*

2 *futura*: **a** *quolibet modo*: **α** *re non indicata*: CIC. Rab. perd. 29 sapientissimi cuiusque animus ita -it in posterum, ut *eqs.* (Arch. 29 si nihil a. -ret in p.). div. 1, 47 est ... quiddam etiam in barbaris gentibus -ens atque divinans (*part. pro subst.*). AMM. 21, 1, 8 elementorum omnium spiritus ... -endi motu ... vigens. **β** *indicatur quid -atur*: CIC. epist. frg. 9, 3 -it animus et augurat quodam modo quae futura sit suavitas. LVCR. 5, 1342 (*interpol.?*) ut ante non quierint animo -ire atque videre, quam commune malum fieret foedumque, futurum (*iungas* ante ... quam, *quod facilius fit posito versu 1343 ante 1342*). CAES. Gall. 7, 30, 2 plus ... animo providere et -ire. OV. met. 1, 610 *Iuppiter* coniugis adventum -erat (FRONTIN. strat. 1, 1, 8 IVST. 6, 7, 3. *cf. l. 41*). SVET. Aug. 96, 1 et bellorum omnium eventus ante -sit. ARNOB. nat. 2, 12 p. 80, 1 sibi ... finem ... imminere. SYMM. rel. 28, 1 quid possint iusti principes culpare, -o. AMBR. in Luc. 3, 23 Noe gratiam *Christi* in typo ecclesiae figuratam spiritali cognitione -sit. AVG. civ. 2, 21 p. 79, 23 *res publica* -batur ... corruptione ... peritura. BOETH. elench. soph. 176 b 26 quascumque aliquis -erit interrogationum (*gr. προαισθάνηται*). *al.* *parum apte pro gr. προσδοκᾶν*: RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 72, 6 *Cyrillus* haeretica ... ecclesiis superinducens dogmata et haec convincenda -ens (*gr. I 1, 7 p. 72, 22 προσδοκήσας, Conc.^{S} I 5 p. 370, 9* ea ... confidit se ... comprobaturum).

b *signis tempestatum, terrae motus sim. nec non morborum* (*de quibus v. et l. 47. p. 860, 27*): CIC. div. 1, 111 *quidam* et natura futura -unt, ut aquarum eluviones *eqs.* (2, 145 medici signa quaedam habent ex venis ... multisque ex aliis f. -unt. *cf. p. 860, 11*). 1, 112 multa medici, multa gubernatores, agricolae etiam multa -unt. 2, 14 ventos aut imbres impendentes quibusdam -ire signis. *ibid.* quae ... -iri aut arte aut ratione aut usu aut coniectura possunt. 2, 31 etiamne *terrae motum* futurum esse aquae iugis colore -unt? PLIN. nat. 2, 191 *Pherecydem* haustu aquae e puteo -isse ac praedixisse ... terrae motum. AVIEN. Arat. 1444 aëris hos motus rabiemque ... undae, flabra procellarum. AMBR. hex. 6, 4, 20 *ovis* insatiabiliter herbam rapit, eo quod -at asperitate hiemis defuturam. MART. CAP. 6, 648 quod (*sc. qui ventus flaturus sit*) ... eius loci incolas certum est -ire (*Plin. nat. 3, 94* praedicere). *al.*

c *divinatione* (*ex ostentis, somniis sim.; absolute l. 18. 19*): CIC. div. 1, 34 qui non ratione aut coniectura ... sed concitatione quadam animi aut soluto liberoque motu futura -unt (1, 127 signis. 2, 16 extis aut avibus aut ostentis aut oraclis aut somniis. 2, 100 esse in mentibus hominum tamquam oraclum aliquod, ex quo f. -ant [*cf. 1, 81 supra p. 810, 57*]. AMM. 23, 6, 33. *cf. p. 859, 72*). 1, 109 quae ... extis, quae fulgoribus, quae portentis, quae astris -untur. 1, 124 pauciora divine -sa et praedicta reperiri (1, 125. 2, 15). 1, 128 quas *res* esse futuras aut concitata mens aut soluta somno cernit ... aut coniectura -it. *ibid. iterum.* TIB. 2, 5, 13 tu ..., *Phoebe*, regis sortes, per te -it haruspex. PLIN. epist. 5, 5, 5 *Gaius Fannius*, quod accidit, multo ante *somnians* -sit. AMM. 21, 1, 13 si esset -endi notitia quaedam. MART. CAP. 9, 894 (*loq. Apollo*) diei noctisque proventus nos avibus -ire.

3 *ipsa signa futurarum vel nondum manifestarum rerum* (*cf. e. g. supra p. 734, 33*): LVCR. 4, 682 humanum longe -it odorem ... anser. AVIEN. Arat. 1395 matutinae -sit signa procellae. AVG. conf. 11, 18, 23 ut rerum, quae nondum sunt, iam existentes -antur imagines *a praedicentibus.* THEOD. PRISC. log. 47 *epileptici* commotionibus imminentibus (*abl. absol.*) ... sua membra gravari -unt (*antea*: signa praeveniunt).

B *in sermone philos. pertinet ad cognitionem innatam* (*ad rem cf. p. 735, 33 sqq.*): CIC. nat. deor. 2, 45 cum talem esse deum certa notione animi -amus, ... ad hanc praesensionem notionemque nostram *accommodata est opinio, qua mundum deum esse putemus.*

C *cum respectu ordinis actionum pertinet ad ea quae sentiuntur, antequam alia sentiuntur vel fiunt*: VINCENT. LER. comm. 25, 5 prius oras *poculi* melle circumlinunt *haeretici*, ut incauta aetas *puerorum*, cum dulcedinem -erit, amaritudinem non reformidet (*in comparatione ut*: 25, 8 [*ad Matth. 7, 15*] ut, cum quisque lanarum mollitiem -sit, nequaquam aculeos dentium pertimescat). CAEL. AVR. acut. 2, 37, 213 ut mediocriter cibum demus ... -entes iam fuisse digesta praedata.

II *vi praeverbii magis minusve evanida* (*simul ad I pertinet accedente inf. fut.* IVL. VAL.; *ceterum huc vergunt quae sub IA 3 attulimus et nonnulla sub IA 1; cf. explicationem p. 859, 32*): IVL. VAL. 2, 29 p. 101, 18 cum sese ignobiles foedatosque latere melius ... quam ... occursuros civibus -rent, *eqs.* GREG. TVR. Franc. 2, 3 p. 42, 22 experear ego medicamenta ..., quae lebrosi experti sunt, quae ipsi mortui -erunt. glor. conf. 99 *fur* patibulo adpensus relictus est; quod cum monachi -issent *eqs.* Mart. 2, 54 tua sancta limina vel tactu -si. Ps. GREG. TVR. Thom. 86 ne -ant me latrones (*sc. daemones; gr. p. 91, 19 μὴ αἴσθωνταί μου*).

deriv.: praesensio, *?*praesentisco.

***?*praesentīsco,** -ere. *a* praesentire (*cf.* sentiscere), *nisi ortum e confusione cum* persentisco. [*falsa var. l. pro* per- TER. Haut. 769 (*codd. LK Prisc. gramm. II 428, 6*, per- *alii et codd. Ter.*).] GLOSS.^{L} III Abstr. PRAE 71 (*inde* I Ansil. PR 715 *et* GLOSS. IV 552, 30) -at: ex toto sentiat (*scribitur et* -escat; *var. l.* per- *confirmatur Gloss.^{L} V Abba PE 160 al.*). IV dub. Plac. P 27 (*inde* I Ansil. PR 716) -unt: verbum est compositae figurae a sentiendo, sed modo valde sentiunt.

praesentius *v.* praesens.

[praesentīvus *falso trad.* IVLIAN. in Iob 7, 1 praesenti v⟨it⟩ae curam admovet.]

***praesento,** -āvī, -ātum, -āre. *a* praesens (*cf.* repraesentare, *quod multo prius legitur, sc. inde a* CIC.). NOT. Tir. 22, 33^{b} -at. *legitur apud* QVINT. (*dub. an recte, v. p. 861, 17; sim. dubites de* TERT. *l. 70. p. 862, 22,* PANEG. *p. 863, 16; de* PLIN. *v. l. 69*), APVL. (*semel*; repraesentare *quinquies*) *et inde a* VET. LAT. (*ter in schedis nostris; deest* VVLG.), OPTAT. app. 7 (*a. 315/6; semel*); *multo saepius quam* repraesentare *adhibetur ab* AVG., *paulo saepius etiam a poetis*: -are *exhibent sec. schedas nostras* ANTH. (*semel ut* HYMN. Walpole, DRAC., VEN. FORT., CORIPP.), PAVL. NOL. (*ter*), CYPR. GALL. (*sexies in fine hexametri syllaba prima correpta*), reprae- *non nisi Hor. epist. 1, 19, 14 Phaedr. 3, 10, 32.* [*confunditur in codd. saepe cum* repraesentare (*cf. e. g. p. 861, 21. 862, 22. 863, 70; falsa var. l.* PLIN. nat. 37, 181) *et cum* praestare (*cf. e. g. p. 861, 36. 862, 10; var. l. vix genuina* TERT. fug. 2, 1 non patrocinium -are ..., sed ministerium [*Bulhart sec. cod. N, ubi ut in ceteris codd. scriptum esse* praestare *affirmant ed. alii; cf. vol. VIII 1009, 42 et X 1, 778, 11 sqq.*]); *vix recte trad.* CAEL. AVR. chron. 1, 4, 89 -to ventris officio (*non est quod conferas p. 864, 17;* praetentato *post alios Bendz, Emendationen, 1954, 62 sq.*).]

I *transitive i. q. praesentem facere* (*cf.* GLOSS. II 398, 44 *παριστῶ*:

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-o, exhibeo. *mire*: SYNON. Cic. p. 434, 3 maturat. -at. accelerat [*spectatne ad exempla quaedam sub C allata?*]). *praes. pass. potius de statu, ut sit fere i. q. praesentem esse l. 62sqq.; magis minusve pro syn. occurrunt e. g.* exhibere *p. 863, 12. 864, 6,* facere *p. 863, 59* (*distinguuntur p. 863, 27*), reddere *p. 863, 42. 59. 75,* repraesentare *l. 30. p. 863, 6 et sim. al.; quodammodo abundanter accedit adv.* coram CYPR. GALL. num. 50. *pro obi. est inf. sec. gr. l. 35, obi. suppl. p. 864, 19; figura etymol.* praesentiam -are CASSIOD. hist. 4, 27, 5 (*Socrat. 2, 23 p. 249^{B} παρουσίαν ... ποιῆσαι*), *reflexive l. 47 sqq., mediopassive l. 56sqq.; struct. praedicativas v. p. 862, 4; accedit passim dat., pro quo ponuntur praepos., e. g.* ante EVSEB. GALLIC. hom. 43, 5 VITA Caes. Arel. 1, 18, apud NOVELL. Iust. 69, 2, 1. 90, 5, 1, coram HIST. Apoll. rec. A 48 l. 36.

varietate notionum haud ubique bene dinoscenda respicitur potius notio: **A** *offerendi, dandi, praebendi sim.* (*sc. bona sim., quibus quis utatur, fruatur*): **1** *vario usu*: QVINT. inst. 11, 2, 1 exemplorum, legum ... copias ..., quas ... in promptu semper habere debet orator, ... -at *memoria* (*si recte trad.; edd. vet. coni.* reprae-, *qua voce quater usus est Quint.*; praestat *Becher, haud inepte, cf. e.g. 11,2,8*). QVEROL. p. 34, 8 si aliquid, *quod numinibus debetur,* ad diem -tum non est, cum tormentis exigunt *harpyae.* AMBR. hex. 3, 15, 55 *admotis seminibus* expetiti concubitus gratia -atur *palmae femineae* (reprae- *var. l., qua voce saepius usus est Ambr., cum* -o *nusquam alibi invenerimus apud eum*). AVG. epist. Divj. 20, 19, 2 ut hoc ei beneficium -retur, ne *eqs.* QVODV. fer. 4, 6 *Stephanus* centenum fructum ex martyrio domino -vit (*item offeruntur deo*: OP. imperf. in Matth. 1 p. 635 *tres* magos ... dona ... -antes. VEREC. in cant. 4, 20 l. 8 sacrificia ... conspectui *dei* [*ut vergat ad B; syn.* offeruntur]. *cf.* QVEROL. *supra*). MARCELL. med. 26, 80 fimus palumbinus ... admirabile stranguriosis -at auxilium (presestat *var. l., unde* praestat *restituit Helmreich* [*cf. e. g. ibid. 25, 40*]). COD. Theod. 9, 42, 15 uxor *proscripti* proprias ... recipiat facultates; dos etiam ... -etur (*Cod. Iust. 9, 49, 9 pr.* repraesentetur). RVRIC. epist. 2, 36 p. 422, 6 *nepoti meo* quicquid dignati fueritis dilectionis inpendere, nobis vos -are (praestare *Luetjohann*) noveritis. PRAEDEST. 1, 90 p. 620^{C} librum eorum *haereticorum* tibi, *lector,* integrum ... in isto corpore -amus. VEN. FORT. carm. 10, 9, 77 *piscis quidam* -atur ... mensae. *al. pro obi. est inf., ut vergat in vim concedendi sim.*: CONC.^{S} I 5 p. 334, 20 *deus* -at optinere resistentes et donat victoriam veritati (*var. l.* praestat; *gr. I 1, 4 p. 16, 4 δίδωσι ... καταχρατεῖν. cf. I 2 p. 104, 15* tribuit, *I 3 p. 187, 26* praebet).
2 *in sermone epistulari -atur salutatio, devotio* (*cf. p. 862, 29sq.*): SIGISM. Alc. Avit. epist. 78 p. 93, 2 (*imperatori*) devotionem nostram ... etiam corporaliter -ari obex temporum ... non patitur. ALC. AVIT. epist. 81 p. 94, 13 donec vobis eius *plebis* servitium meus -et occursus. ENNOD. epist. 2, 15, 6 p. 57, 9 salutis ... gratiam -ans quaeso, ut *eqs.* 2, 23, 3 p. 66, 7 salutationis obsequia (5, 17, 2 p. 139, 19. *al.*). 7, 20, 3 p. 188, 24 salutationis munera. CASSIOD. var. 10, 34 debitae venerationis obsequium.

B *in conspectum ferendi, manifestum reddendi, prodendi sim.*:
1 *notione communi*: **a** *-antur animantes eorumque partes sim.*:
α *cuilibet*: Ⓘ *vario usu*: Ⓐ *reflexive* se -are (*v. iam* APVL. *p. 862, 6, ceterum p. 863, 15. al.*): VET. LAT. act. 1, 3 (Hesych. in lev. 8, 31 p. 887^{C}) quibus *discipulis* ... -vit *Christus* semetipsum post mortem suam in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis (*gr. παρέστησεν, Vulg.* praebuit). AVG. in euang. Ioh. 25, 9 *Iesus* -at se turbis, a quibus ... fugerat. in psalm. 94, 14 -vi me in signis et virtutibus meis *populo meo.* CYPR. GALL. gen. 1381 occurrit cunctis Symeon seseque -at. CONC.^{S} I 3 p. 148, 3 tibi se -vit *Christus incarnatione* (*gr. I 1, 2 p. 93, 22 παρίστησι. antea*: inhumanatus est). VITAE patr. Iurens. 172 conspectui *laicorum. al.*
Ⓑ *mediopass.* -ari (*cf. e. g. p. 862, 28sqq.*): VET. LAT. act. 1, 6 (Aug. serm. 265, 3. *al.; discipuli interrogant Iesum*) si hoc tempore -beris, ⌞et quando⌟ regnum Israhel? (⌞ ⌟ *gr. desunt, v. p. 863, 66; explicat* AVG. *ibid.*: nonne praesentem videbant *Iesum*? ... *sed* noverant praesentia Christi futurum iudicium *eqs.*). AVG. cons. euang. 3, 25, 76 demonstrationes eius *Christi,* quibus per dies quadraginta discipulis -tus est (*postea*: apparuisse). cur. mort. 16, 20 p. 654, 2 quibus *mortuis* ... non -amur (*comparantur sancti a nobis remoti. item praes.* -ari *potius de statu eius, qui praesens est*: FAVST. REI. spir. 2, 4 p. 144, 21 *pater et filius* cum sancto spiritu ... iunguntur ac ... unitate ... operis -antur. *cf. p. 862, 26. 863, 22*). serm. 263, 3 coll. Morin p. 509, 11 si modo nobis Christus -retur, et staret ante nos. REGVLA mag. 32, 9 cum tarde fuerit oratorio -tus *monachus* (95, 5 ad opus dei). *al.* Ⓒ -are *partes qualitatesve suas, aspectum suum* (*cf. p. 862, 10. 11. 48*): AVG. serm. 191, 2 *ut Christus* corpus ... non reserato aditu domus intus positis -ret (*Ioh. 20, 19*). ENNOD. opusc. 3, 75 p. 350, 2 evocabatur ... pontifex, ut diu exspectatum Mediolanensibus -ret aspectum. CAES. AREL. serm. 22, 1 humilitatem nostram vobis ... -are (-ari, repraesentare *var. ll.*). Ⓓ -are *alios*: AVG. doctr. christ. 2, 88 quibus *sacrilegiis* imago illa *Samuhelis mortui* -ta est *regi Saul* (*I reg. 28, 11sqq.*). ALC. AVIT. epist. 90 p. 98, 22 duos presbyteros ... fratribus pro se *aegrotante* -are procuret. CASSIOD. Ios. antiq. 1, 35 -vit ... deus Adae animalia (*gr. παρίστησι, cf. Vulg. gen. 2, 19* adduxit). GREG. M. moral. 10, 51 l. 77 quem *David* ... Samuelis oculis -are recusabat *pater. al.*

Ⓘⓘ *additamentis praedicativis aliisque respicitur potius, qualis quis praesens fiat* (*cf. speciem per abl. indicatam l. 72. p. 863, 22*): APVL. met. 6, 4, 4 *Psychae* supplicanti statim sese Iuno cum ... numinis ... dignitate -at. VET. LAT. II Cor. 11, 2 (Epiphan. Schol. Phil. Carp. in cant. 1 l. 197) desponsavi ... vos uni viro virginem mundam -are Christo (*gr. παραστῆσαι, Pelag.* adsignare, *Vulg.* exhibere). HIER. epist. 148, 11, 2 si ab ... vitiis extranei sumus, si purum ... -amus animum (praest- *var. l.*). PAVL. NOL. carm. 27, 441 *sancti a deo* -antur ubique corporis ut sua membra. AVG. in psalm. 67, 3 cum in sua claritate fuerit -tus *Christus* (serm. 63 B, 2 coll. Morin p. 611, 18 Iudaeis est -tus in carne). CYPR. GALL. Ios. 127 qua te de parte -as? noster es an *hostis*? ARNOB. IVN. in psalm. 70 p. 424^{C} oves ... suis gregibus -at incolumes. CHRYSOST. hom. III 826^{B} *crux nos* longe constitutos deo proximos -vit (*Migne gr. 49, 399 ἐγγὺς εἶναι ἐποίησεν, Ps. Aug. serm. 155, 1* proximos fecit). *al.*

Ⓘⓘⓘ *respiciuntur, qui mortui vel absentes opere quodam suo vel imaginatione recordantium adesse videntur*: TERT. praescr. 36 l. 5 authenticae litterae eorum *apostolorum* recitantur sonantes vocem et -antes faciem uniuscuiusque (*si recte lectionem cod. A defendit Löfstedt loco p. 853, 29 cit.,* reprae- *codd. rec. et edd., qua voce Tert. usus est plus quam tricies; ad rem cf. p. 863, 31*). ANTH. 158, 4 *vivit Vergilius,* quem -at ⌞honos carminis et plutei⌟ (*sc. opera eius an pictura qua ornantur? cf. 2* reddit imago virum). CLAVD. MAM. anim. 2, 11 p. 143, 10 per quem *spiritum* Paulus apostolus absens ... Corinthiis potuit -ari (*I Cor. 5, 3* absens corpore, praesens autem spiritu). FAVST. REI. epist. 3 p. 176, 17 si vere anima cum suis ferri sensibus creditur, et his, quorum reminiscitur, ipsa per se suis cogitationibus -atur. ALC. AVIT. epist. 84 p. 95, 5 ut affectui vestro litterarum -rer officio, qui cuperem et occursu. SIGISM. Alc. Avit. epist. 93 p. 100, 4 qui corpore absumus, animo -amur. DRAC. Romul. 9, 209 *Achille,* matrem -et ab undis corde tuo pietas.

β *potestati cuidam* (*sc. imperatori, magistratui, episcopo sim. [deo, angelis, sanctis l. 40. 54sq. 68sqq.], qui inquirunt, examinant vel quibus quid debetur vel a quibus quid petitur; paulo aliter l. 15*): Ⓘ *generatim*: DARES 43 *ut* Polyxena *a Troianis abscondita* Agamemnoni -etur. Ps. AMBR. act. Seb. 14, 48 *Tranquillinus Polycarpum clam* praefecti ... aspectibus -vit (EPIST. Arel. 12 p. 20, 1 sanctimoniae vestrae ... a. PASS. coron. 12. AVELL. 167, 6 principis. *al.*). AVG. serm. ed. Mai 116, 2 Christus puer ... ⌞in templo est -tus⌟ (⌞ ⌟ *om. Aug. serm. 370, 2. in eadem re*: OP. imperf. in Matth. 10 p. 687. SACR. Greg. 27, 2 [124 D.]). QVODV. prom. 1, 29, 41 *Ioseph* -atur Pharaoni (*Vulg. gen. 41, 14* obtulerunt ei). VITA Hil. Arel. 22 l. 2 Leoni papae ilico se -at ... deposcens, ut *eqs.* AVELL. 116, 25 per episcopum Constantinopolitanum omnes imperatori episcopos -ari. 233, 2 vestris obtutibus (MARCELL. chron. II p. 99, 516, 3). CONC.^{S} II 3, 2 p. 18, 10 *ut papa* huic sancto concilio ⌞se -are⌟ dignaretur (⌞ ⌟ reprae- *var. l.; gr. II 1, 2 p. 8, 27 παρεῖναι*). ENNOD. opusc. 3, 61 p. 346, 15 (*verba imperatoris*) veniat *Epiphanius* ... et laudatam iam pridem -et effigiem (*i. vultum sim.*). EPIST. pontif. 765 Arel. 25 p. 36, 3 Caesarius ... ecclesiae beati apostoli Petri liminibus -tus ... postulavit innovari *privilegia vetera* (*al. v. vol. VII 2, 1405, 74sqq.*). *al. commendando*: LEO M. epist. 112, 2 Conc.^{S} II 4 p. 65, 4 *ut vicarius meus* me pietati vestrae -are non desinat. SIGISM. Alc. Avit. epist. 29 p. 59, 24 (*pontifici Romano*) *vos* sacris nos apostolorum liminibus commemoratione adsidua -antes (*aliter l. 50*). NOVELL. Iust. 14, 1 *castitas potest* deo ... hominum animas -are (*gr. παραστῆσαι*).

Ⓘⓘ *speciatim in iudicio (etiam ecclesiastico) -antur rei, petitores, testes*: Ⓐ *indicatur cui*: PASS. Fel. rec. K 21 *curator Felici* educto de carcere sibique -to dicit: '...' (PS. AMBR. epist. 1, 4 Agnem s. -ari iubet *praefectus urbis* [*antea*: suis ... tribunalibus ... sisti]. LIB. pontif. p. 30, 6. *al.*). AVG. epist. 43, 11 (*antea*: iudicium deseruerant) qui se iudicio eorum *episcoporum Afrorum* -are noluissent (EDICT. reg. Hunir. Vict. Vit. 3, 11 CASSIOD. var. 1, 30, 2. *al.; cf.* in iudicio: COD. Theod. 7, 13, 21 LEX Visig. 5, 7, 7). COD. Theod. 1, 10, 5 tuo examini (10, 8, 3). 5, 17, 3 *si quis fugitivum* iudicibus non -at (NOVELL. Iust. 53 tit. LEX Burg. lib. const. 39, 1 *advenam* discutiendum i. -et. LEX Visig. 6, 4, 4. *al.; cf.* NOVELL. Iust. 90, 5, 1 apud iudices -ari testes [*gr. παριέναι*]). CONC.^{S} II 3, 1 p. 108, 26 si paratus est conventui sanctae huius synodi -ari (*II 2, 1 p. 6, 6* venire, *gr. II 1, 1 p. 127, 34 παραγενέσθαι*). *al. usu christ. respicitur divinum iudicium post mortem subeundum*: CAES. AREL. serm. 5, 5 p. 31, 23 anima deo ab angelis -bitur in caelo (14, 1 p. 68, 11 deo et angelis [31, 2 p. 128, 29]. *al.*). VEREC. in cant. 4, 29 l. 6 futuro iudicio -ti *haeretici.* SACR. Greg. 193, 3 (810 D.) ut ... placitis tibi actibus -emur. *sim. al.* Ⓑ *non indicatur cui*: AVG. coll. c. Don. 1, 11 (*antea*: cum Donatistae exigerent *a cognitore ... quorundam* praesentiam) catholici ... ne sui -rentur resistebant. 3, 12, 24 promiserunt ... adversarii ... se -turos quos causae necessarios subtraxisse

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

arguebantur (*postea*: ad iudicium accedere). epist. 173, 1 comprehendi et -ari. IVLIAN. epit. in psalm. 49, 5ª ut audiendi -entur rei (*cf. gr. συναγάγετε.* praestentur *ed. priores*). COD. Theod. 16, 2, 31 si multitudo violenta ... non potuerit -ari. INTERPR. Novell. Maior. 7 l. 151 archidiaconus teneatur, ut eum *curialem, qui ad ecclesiam confugerit,* debeat -are (*cf. Novell. Maior. 7, 7* archidiaconus repraesentet). EPIST. pontif. 649 Löwenfeld 8 *causas iudicare* -tis omnibus, quorum interest. NOVELL. Iust. 69, 3 pr. qui dominum litis -are iussus est (*gr. παραστήσασθαι*). LEX Visig. 7, 1, 1 indicem (*al. ibid.*). *al. gerund.* -andus *et p. p. p.* -tus *pro subst. masc.*: CASSIOD. var. 11, 6, 3 (*cancellario praefecti*) per te -andus accedat, per te nostris auribus desiderium supplicis innotescat. NOVELL. Iust. 53 praef. affligi in peregrinatione sumptibus exhibitum aut -tum (*gr. τὸν παραστάντα ἢ διαχθέντα*).

b *-antur res* (*v. etiam p. 861, 68*): **α** *variae* (*quae oculis vel menti obiciuntur praeter l. 26*): PANEG. 7, 3, 4 neque enim forma tantum in te patris, Constantine, sed etiam continentia, fortitudo, iustitia, prudentia sese votis gentium -ant (reprae- *Mynors numerorum causa*). HYMN. Walpole 112, 11 *Christus* patris -ans vultibus victricis carnis gloriam. PAVL. NOL. epist. 32, 17 p. 292, 23 (vers.) *sub altari* apostolicas -at gratia vires (*sc. eorum reliquias*). AVG. epist. 140, 6 lux *non* videtur oculis -ta caecorum. in euang. Ioh. 99, 1 l. 19 *hominis* formam -andam esse *a Christo iudice* (*cf. l. 14*). in psalm. 40, 1 l. 23 *Christi* divinitatem et maiestatem miraculis -tam *esse*. COD. Theod. 15, 2, 3 summas ... domus, si lavacris lautioribus -entur (*fere i. q. conspicuae sint; ad abl. cf. p. 862, 5; Mommsen coni.* praestent). VITA Hil. Arel. 31 l. 2 o magna ... caterva gratiarum, quam veneranda recordatione obtutibus -aris. CASSIOD. var. 6, 14, 2 quamvis ignis nocte reluceat, soli tamen -tus obscurus est. RVSTIC. Conc.ˢ I 4 p. 78, 38 qui *creator* ... fecit haec omnia et in uno momento temporis -vit, tamquam fuissent prius, quae ante non fuerunt (*gr. I 1, 7 p. 83, 30 παραστήσαντα, cf. I 1, 5 p. 380, 39* exhibet). *al. -atur imago* (*nisi trahas ad C2*): HESYCH. in lev. 9, 6 p. 891ᴮ cum manna imaginem panis vitae ... -ret (ENNOD. epist. 2, 24, 1 p. 66, 13 litterae solent carorum imagines officio -are sermonis [*sim.* 4, 13, 1 p. 108, 13]. *cf. p. 861, 74*). ENNOD. epist. 2, 26, 1 p. 68, 5 muta caritas simulacrum -at ingrati (reprae- *Sirmondus coll. 1, 23, 1 p. 34, 23*). RVSTIC. Conc.ˢ II 3, 2 p. 9, 21 ne divisionis imaginatio -etur, dum dicitur co *syllaba* (*sc.* coadorare; *vers. ant.* praesens indicetur, *IV 1 p. 149, 9* introducatur, *gr. II 1, 1 p. 106, 7 παρεισκρίνηται*). **β** *quae verbis enarrantur, explicantur*: IVL. RVF. rhet. 22 p. 44, 13 *ὁμοίωσις* est, cum per similitudinem res praes⟨en⟩tantur (repraesent- *Schulting*). PAVL. NOL. carm. 18, 109 totum funeris almi -are iuvat, quem Nola impendit, honorem (*sequitur descriptio*). CONC. Hipp. a. 427 p. 251 l. 41 *si quaedam* ad alia loca dederint, causas -ent ... clerici episcopis suis (*cf. Ferrand. canon. 34* nisi c. ante reddiderint). LEO M. serm. 72, 1 paschale sacramentum euangelica nobis narratio -vit. CONC.ˢ II 5 p. 12, 24 *mala* sermonibus ... -are. PRISC. rhet. 10, 29 p. 558, 24 descriptio est oratio colligens et -ans oculis quod demonstrat (*Hermog. progymn. ἐναργὴς καὶ ὑπ' ὄψιν ἄγων*). RVSTIC. c. aceph. p. 1209ᶜ -are per imaginem differentiam *quandam*. VITA Caes. Arel. 1, 18 ut, dum singulis singula proferebat, unicuique vitae suae cursum ante oculos -ret. *al. cum acumine respicitur ἐνάργεια orationis* (*cf. l. 45. 48*): ENNOD. dict. 21, 17 p. 487, 26 est fandi locuples ... et ... didicit -are quod loquitur, callens imponere necessitatem mentibus per auditum.

2 *accedit respectus vicem praebendi, partes alicuius agendi*:
a *signo quodam* (*ipso verbo* CLEDON.; *cf. etiam* imaginem -are *l. 30*): CYPR. GALL. exod. 1333 *columna ignis in castris Iudaeorum* numen ... -at. CLEDON. gramm. V 49, 26 res quae nomen -at (*sc. pronomen; explicat Don. gramm. IV 379, 23* quae *pars orationis* pro nomine posita tantundem paene significat). ENNOD. dict. 13, 6 p. 466, 1 Paterius ... perenni aere formatus ... illam eloquentiae ... inter peritos -at effigiem. **b** *imitatione, congruentia*: CASSIOD. var. 4, 51, 9 *pantomimus* feminam -at in mare, regem facit ..., senem reddit. inst. 1, 5, 2 *caecus quidam singulari memoria praeditus* fecit credi de Didymo *caeco,* quem suo -bat exemplo.
c *munere vicarii*: EPIST. pontif. 919 Arel. 43 p. 63, 34 *quidam* vicum nostrarum auctoritate subnixus personam nostram in Galliarum partibus -ans.

C *efficiendi, peragendi* (*res praeter p. 864, 7*): **1** *cum respectu implendi, exsequendi -antur quae praedicta, praefigurata, promissa sunt*: VET. LAT. act. 1, 6 (Aug. c. Fel. 1, 4) domine, si in hoc tempore -bis regnum Israhel? (*gr. ἀποκαθιστάνεις, Vulg.* restitues; *cf. p. 861, 57*). PRISCILL. tract. 5, 87 *ut homo sanctificatus* mundo requiem, quam in se deo promiserat, -ret. HIER. epist. 82, 1, 1 legeras ... in typo *Christi* ... praedictum: '...' (*psalm. 131, 1*) et in ipso postea -tum (repraesent- *var. l.*): '...' (*Matth. 11, 29*). AVG. civ. 15, 2 p. 60, 4 imago prophetica ei *civitati dei* significandae potius quam -andae servivit in terris. 17, 8 p. 225, 20 quod in illo *Salomone* figura qualiscumque adumbrata sit, in isto *Christo* autem ipsa veritas -ta. epist. 129, 3 promissa est ecclesia futura in omnibus gentibus ..., sicut eam reddi et -ari coepisse in ... actibus apostolorum videmus. c. Faust. 16, 32 doctrinam ibi figuratam, hic revelatam, ibi prophetatam, hic -tam. QVODV. prom. 1, 7, 13 credidit *Noe* quae futura erant nobis -anda. LEO M. serm. 52, 1 l. 29 quae *redemptio* sicut exspectabatur ... oraculis signisque promissa, ita est etiam ipso munere atque opere -ta. FVLG. RVSP. serm. dub. 1, 1 F. *Christi* nativitas ante saecula praedestinata, in hoc saeculo -ta ..., patribus promissa, nobis exhibita. *al. gignitur qui praedestinatus est*: POSSID. vita Aug. praef. 1 de vita ... praedestinati et suo tempore -ti sacerdotis ... Augustini. **2** *exempla cetera* (*locos nonnullos simul ad A vel B pertinere vix negaverimus*): OPTAT. app. 7 p. 212, 13 (*imp. Constantinus vicario Africae*) ut ... veram religionem universos concordemque simplicitatem atque meritam omnipotenti deo culturam -are perficiam. HIER. hom. Orig. in Ezech. 9, 5 p. 415, 16 (*ad psalm. 16, 3* probasti cor meum et visitasti nocte) quia visitatio dei propter ... vitae beatitudinem eidem -retur. AVG. cur. mort. 12, 15 quae *visa ab aegroto percepta* non -antur (praestantur *var. l.*) in ipsis rebus, ut sunt, sed in quibusdam rerum imaginibus adumbrantur. in psalm. 74, 9 l. 60 cum fuerit -ta *poena dilata.* CASSIOD. in psalm. 118, 102 illa *lex Moysis* ... paedagogi nobis -vit officium, ista *lex Christi* ... plenitudinis donavit effectum. *al. obi. suppl.*: COD. Theod. 12, 1, 109 *curiales* etsi -are ... nolunt (*sc. ludos?* praesidere *Seeck*), tamen ... praestare cogendi sunt.

II *intransitive, i. q. se praesentem facere, se offerre* (*minus probabiliter intellegas part. fut. notione pass. pro gerund. adhibitum, v. Norberg, Synt. Forsch., 1943, 194, qui ibid. 185 addidit locum dubium* GREG. M. epist. 4, 41): VEN. FORT. vita Germ. 52 cum regi -turus (-andus *var. l.*) vir beatus occurreret.

gerund. praesentandus *et p. p. p.* praesentātus *pro subst. v. p. 863, 9.*

deriv.: praesentatio.

compos.: depraesento; *de* repraesento *v. p. 860, 59.*

praesēp- *v.* praesaep-. *Stella.*

praesepultus, -a, -um. *a* prae *et* sepultus (sepelire). *i. q. ante ipsam mortem sepultus* (*translate de iis, quibus certum exitium impendet*): Ps. QVINT. decl. 9, 23 video senem meliore sui parte -um, omnis etiam spei superstitem. AMM. 14, 11, 21 Gallus *Caesar* terrore propinquantis exitii iam -us. *addas fortasse* (*de natura anus sterilis*): PETR. CHRYS. serm. 69, 2 l. 27 (*respicitur gen. 18, 10 sqq. 21, 1 sq.*) *Sarae* iam viscera suscitantur extincta et natura in vivo cadavere ⌞-a⌟ ... resurgit (⌞ ⌟ *temptaverim*; per- *trad., quae vox nullo alio loco legitur*).

[praesequor, *compos. a* prae *et* sequi, *trad. confusione praeverbiorum pro* prosequi: ORIBAS. eup. 4, 122, 8 La p. 626 *urina* nigra ... nefretica est et interdum passio -itur (*paulo aliter gr. λιθίασιν προσημαίνει. vix cogites de vi passiva, sc. coll. vol. II 860, 18 sqq. IV 404, 19 sqq., ut sit fere i. q. praecedere sim.*; prosequi *pro* sequi *bis exstat syn. 9, 40 add. Aa p. 348*). GLOSS. -antur: *προπέμψωσιν* (pro- *ed. Stephani; cf. Gloss.* prosequor: *προπέμπω. al.*).]

1. praesero, -ere. *a* prae *et* serere (sevi). *i. q. antea serere, praeseminare: -itur semen futuri* (*in imag.*): PAVL. NOL. carm. 31, 448 da mihi nunc lugere, deus, fletuque salubri -ere aeternae semina laetitiae. *-itur id ipsum, quod futurum est* (*translate per acc. c. inf., sc. tam praefiniendo sim. quam praefigurando*): MAR. VICTOR. aleth. 1, 222 totum forma futuri est quod prius est genitum, dumque ipse ita (*sc. e terra*) conditur Adam ..., utile -itur populos quandoque renasci (*sc. die novissimo; locum explicavit Bastiaensen in plagulis*; '-itur: *praenuntiatur' Schenkl et Hovingh*).

*deriv.: ?*praesitivus.

[2. praesero, -ere, *a* prae *et* serere (serui), *sc. p. p. p.* praesertus *pro adi. sec.* disertus, exsertus *coniecit Usener, Kl. Schr. I 360 sq.* HERM. Pal. sim. 9, 2, 7 noli -tus esse (persertus est *trad.*; desine esse curiosus *vulg., gr. μὴ περιεργάζου. gravior quaedam corruptela latere videtur*).] *Bk.*

β *comparatur magistratibus urbanis*: Ⓘ *quibuslibet* (*v. etiam l. 57 et* VLP. *p. 874, 10*): SVET. Dom. 8, 2 magistratibus ... urbicis provinciarumque -bus coercendis tantum curae adhibuit, ut *eqs.* PAVL. coll. Mos. 14, 2, 2 translata est cognitio in praefectum urbis, itemque -is provinciae extra ordinem meruit animadversionem (MARCIAN. dig. 40, 1, 5 pr. queri ... Romae quidem apud p. u., in provinciis vero apud -es. COD. Iust. 1, 4, 28. *al.*). MARCIAN. dig. 1, 18, 11 omnia ... provincialia desideria, quae Romae varios iudices habent, ad officium -um pertinent. COD. Iust. 7, 1, 4 (*a. 319–23*) apud consules, praetores, -es magistratusve ... civitatum. 4, 66, 3, 3. *sim. al.* Ⓘⓘ *praetori*: GAIVS inst. 1, 6 duorum praetorum, urbani et peregrini, quorum in provinciis iurisdictionem -es earum habent. 1, 29 adire praetorem vel in provinciis -em provinciae. 1, 200 *curatores* a consule vel a praetore vel a -e provinciae ⟨dan⟩tur (*sim. comparantur etiam* consules: 2, 278 VLP. reg. 25, 12). *al. ibid.* (*sed 1, 101sq.* praetori *opponitur* proconsul legatusve). COD. Iust. 5, 71, 1 (*a. 212*). VLP. dig. 26, 5, 8, 1. 3. *al.*

γ *varia ratione, sc. sive distincte sive fere pro syn.*: Ⓘ *exempla secundum iuxta posita digesta* (*notabiliora*): rector (provinciae): TAC. ann. 12, 54, 4 -em Syriae (*idem vocatur 12, 54, 3* Syriae r. *13, 8, 2* legatum *Syriae*). COD. Iust. 5, 42, 2 pr. (*a. 260*) si *tutor* secundum -is praeceptum ... satis non dat, removeri a tutela ... p. r. iubebit. INSCR. Brit. I 103 (*saec. IV*) -s B⟨r(itanniae) pr(imae)⟩ (*de eodem ibid. in versu*: primae p. r.). EDICT. imp. inc. (CIL III 13569) 36 -bus provinciarum (*40* r. p.). *al.* legatus: *v. l. 37. 63. 73, ceterum cf. l. 26sqq.; addas e. g.* HIST. AVG. Pius 5, 4 multas gentes atque Iudaeos rebellantes contudit per -es ac l. Pesc. 7, 2 provinciae -i vel l. vel proconsuli. *al.* proconsul (*cf. p. 872, 28*): IVLIAN. dig. 1, 18, 8 proconsuli ... vel -i provinciae *non imponitur necessitas* suscipiendae cognitionis (*in sententia simili* CALL. dig. 1, 18, 9 *vox* -es *comprehendere vid. et* p. *et* legatum). APVL. flor. 9, 39. VLP. dig. 1, 6, 2 quae sint partes -is, ex rescripto ... ad p. Baeticae manifestabitur. 26, 5, 1 sive p. sive -s sive etiam praefectus Aegypti ... tutorem dare poterit. PAVL. dig. 50, 5, 12, 1

comites -um et p. procuratorumve Caesaris. MACER *p. 871, 64.* CIL II 4118, 6 (*saec. III¹*) proconsuli ⟨p⟩rov. Afric⟨ae, p⟩raesi⟨di⟩ prov. Hisp. citerioris. INSCR. Année Épigr. 1959 n. 12 (*saec. III med.*) proco(n)s(ulem) Asiae ... praestantem omnibus -b(us). *al.* corrector (*cf. e. g. infra l. 21. 24*): PAPIN. dig. 1, 18, 20 legatus Caesaris, id est -s vel c. provinciae. CIL VI 1673, 5 (*fere a. 300*) -i Syriae Coele, c. utriusque Italiae. HERMOG. dig. 1, 18, 10 correctorum et -um provinciarum. CIL XI 831, 5 (*saec. IV*) -is Lusitaniae, c. Apul(iae) et Calab(riae). iudex (*cf. l. 24*): COD. Iust. 3, 8, 1 (*a. 203*) adite -em provinciae (*postea*: officium iudicis). VLP. dig. 11, 1, 4, 1 apud magistratus populi Romani vel -es provinciarum vel alios i. COD. Theod. 1, 5, 3 a -e vel a quolibet alio i. RVFIN. hist. 9, 6, 3. NOVELL. Valent. 13, 7 ducem vel consularem et -em, qui ... ordinariorum i. nomen obtinent. *al.* comes: CHART. lat. ant. X 463, 16 (*saec. IV med.*) Strategius v(ir) p(erfectissimus) comes -s Thebei(dos) (*item per asyndeton: ibid.* l. 23. 26. XII 525 II 8 [*a. 368; gr. κόμες καὶ ἡγε⟨μ⟩ών*]). CIL II 2210, 3 (*saec. IV med.?*) comiti et -i p(rovinciae) M(auretaniae) C(aesariensis) (III 6733, 6 [*a. 359–61; cf. Amm. 19, 13, 2* adiecta comitis dignitate ... rector]. INSCR. Tripol. 562, 8 [*saec. IV ut*: 565, 2]. *ordine inverso*: CIL VIII 11031, 7. NOT. dign. or. 29, 6 comitis ⟨rei⟩ militaris per Isauriam ⌞et -is⌟ [*om. unus e codd.*, et -e *vel* presule *ceteri*]). *al.* consularis (*cf. etiam l. 12. 34. 36*): COD. Theod. 8, 4, 8 pr. in proconsulum, c., correctorum vel -um officiis (*ordine fere inverso*: 9, 1, 13 -es et correctores, item c., vicarii quoque, proconsules). 8, 5, 12 -um atque c. officia (*sed postea voce* -bus *etiam consulares comprehendi videntur*). 16, 10, 10 iudices ... , consulares ..., correctores et -es. NOT. dign. occ. 19, 10 sub dispositione ... vicarii urbis Romae ...: consulares ..., correctores ..., -es Samnii, Sardiniae *eqs.* 20, 12. *al.* dux: COD. Theod. 9, 27, 3 duci et -i Sardiniae ([Isauriae *Seeck sec.* Iust. 9, 27, 1]. NOT. dign. occ. 30, 11. or. 37, 36. *al.*). HIST. AVG. trig. tyr. 3, 9 Transrenani limitis ducem et Galliae -em Postumum fecimus. COD. Iust. 7, 62, 32, 1a (*impp. Theod. et Valent.*) si a duce fuerit appellatum, si idem et -s sit *eqs.* ⓘⓘ *exempla ad statum provinciae mutatum spectantia*: CIL IX 2566, 6 (*saec. IV med.*) consuli (*debuit esse* consulari) Pannoniarum secundae post -es primo. RVF. FEST. 4 *Sicilia* deinde a praetoribus recta, postea est commissa -bus, nunc a consularibus administratur. CIL II 4911, 7 (= Année Épigr. 1960 n. 158; *a. 383–88*) novae provinciae Ma⟨ur(etaniae) C(aesariensis) et T(ingitanae)⟩ primus consularis e⟨t antea⟩ -s (*si recte suppl. d' Ors*). ⓘⓘⓘ *exempla variationem recensionum sim. illustrantia*: COD. Iust. 10, 26, 2 (*a. 364*) -i (*Theod. 8, 3, 1* correctorem). 1, 3, 10, 2 (*a. 398*) -es provinciarum (*Theod. 16, 2, 31* iudices Africani. *antea et Iust. et Theod. exhibent* provinciae moderator). 10, 32, 54 (*a. 416*) -is (*Theod. 12, 1, 181 pr.* iudicis. *postea et Iust. et Theod.* moderator provinciae). 10, 10, 5 pr. (*a. 435*) -s provinciae (*Theod. 10, 8, 5* proconsul). *sim. al.; recensiones* PASS. Theclae *voces* -s *et* proconsul *variant passim, nota* Cc 19 p. 49, 20 abierunt ad proconsulem et omne factum indicaverunt -i (*ceterae rec. brevius, sc. aut* -i *aut* p. *aut* iudici *praebentes; gr. p. 248, 7 τῷ ἡγεμόνι*).

d *agitur de genere praesidatus peculiari*: **α** *respiciuntur procuratores vices -is agentes*: PAPIN. dig. 49, 1, 23, 1 procurator Caesaris, qui partibus -is non fungebatur (VLP. coll. Mos. 14, 3, 2. *cf.* INSCR. Dessau 9490 [*saec. III¹*] proc(uratori) prov(inciae) Numidiae partes -is agenti [*sim. de eodem* Année Épigr. 1941 n. 175]). COD. Iust. 9, 47, 2 (*a. 212*) procurator meus, qui vice -is non fungebatur (3, 26, 3 [*a. 215*]. *cf.* agens vice -is: EPIST. praef. praet. [CIL XIII 3162; *saec. III¹*] 3, 4. CIL III 1625, 5 [*saec. III¹*]. *al.; notatur* a. v. p., *v.* INSCR. Dessau, *Indices p. 413.* tueri vicem -is: COD. Iust. 9, 20, 4 [*a. 239*]. *sim. al.*; vice -is *sine verbo*: CIL III 251, 5 [*saec. III¹ ?*]. 1456, 11 [*a. 238*]. XIII 1807, 9 [*saec. III¹*]. *al.*). **β** *respiciuntur ei, qui -is dignitate honoris causa fruuntur*: COD. Theod. 6, 22, 3 qui per suffragia -um ... adepti sunt dignitatem. 7, 23, 1 *qui est* ex -e factus indulto, *sc. codicillis honorariis* (12, 1, 26 cunctos ... ex -bus ... honorarios. 12, 1, 36. 41. 42 pr.; *addas, si fuerunt -es honorarii*: INSCR. christ. urb. Rom. 1640, 3 filius Lupicini ex -bus. 17467, 1 [*lect. dub.*]. 18799, 7 v(iro) p(erfectissimo) ex -bus. *ad hunc usum explicandum v. vol. V 2, 1102, 10sqq. 47sqq.*).

e *appendix stilistica*: **α** *determinatur provincia: accedente gen. nominis passim, sive solo sive forma pleniore* -s provinciae Syriae (*ita sescenties in titulis*), *sed saepe nomen e contextu vel e situ tituli intellegendum, v. e. g. p. 872, 13. 32. 72sq.; formae peculiares*: GELL. *p. 872, 20.* VET. LAT. *p. 872, 35. 46.* CIL VIII 9002, 3 (*aet. Alex.*) Sereno ... utrubique -i (*sc. in Mauretania Caes. et Sitif.*).

β *accedunt attributa honorifica*: Ⓘ *adi.* (*saepius duo iunguntur, quattuor l. 73. cf. p. 870, 49. 871, 11*): abstinentissimus: CIL II 4111, 11 (*aet. Alex.*). amplissimus: DECRET. decur. Salens. (Inscr. Maroc. Gascou 307) 3, 30. CIL III 1457, 16 (*saec. II²*). benignissimus: CIL III 90, 2 (*saec. III²*) -em provinc(iae) Arabiae ⌞vet.⌟, integerrimum, b. atque iustissim(um) (⌞ ⌟ vetustissimum *Mommsen*, vel *Kubitschek, Sitz. Ber. Wien. Ak. 177, 4, 1916, 28, tempt. alii alia*). VIII 2753, 4 (*aet. Alex.*). *al.* bonus:

[Blundell]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

TERT. apol. 30, 7 hoc agite, b. -es (*per ironiam ut* 50, 12). INSCR. Année Épigr. 1957 n. 297. *al.; superl.* optimus: DECRET. decur. Salens. (Inscr. Maroc. Gascou 307) 3, 21. APVL. flor. 9, 39. CIL II 4114, 24 (*saec. II²*). V 8660, 16 (*saec. II²*). VIII 20835, 5 (*a. 167?*). VET. LAT. act. 23, 26 (cod. 50. *al.* = VVLG.). *al.* candidissimus: CIL II 4133 (*fortasse saec. III*). clementissimus: INSCR. Dessau 9488 (*a. 208*). dignissimus: INSCR. Année Épigr. 1957 n. 78. gravis: VLP. dig. 1, 18, 13 pr.; *superl.* gravissimus: EPIST. imp. Sev. (CIL III 781) 15. incomparabilis: CIL VIII 9049, 5 (*a. 198–211*). indulgentissimus: DECRET. decur. Salens. (Inscr. Maroc. Gascou 307) 3, 23. innocentissimus: INSCR. Dessau 9008 (*saec. II¹*). CIL VIII 4600, 9 (*saec. II²*). 9370, 10 (*a. 198–211*). *al.* integerrimus: CIL III 11743, 8 (*saec. III in.*). XII 3170, 6. XIII 6807, 5 (*saec. III*). *al.* iustissimus: TERT. apol. 9, 6. CIL VIII 9369 (*a. 195*). 20995, 4 (*a. 227*). II 4112, 3 (*fort. saec. IV*) super omnes reliquos -es i. *al.* praestantissimus: INSCR. Année Épigr. 1917/8 n. 77 (*saec. III¹*). 1968 n. 113 (*saec. V in.; si adi. recte restituitur*). rarissimus: CIL VIII 2749, 5 (*a. 183/4*). X 7583, 12 (*saec. III¹?*) optimo et r. XI 2699, 11 (*aet. Alex.*) sanctiss(imo) et r. *al.* sanctissimus: CIL III 6754, 8 (*saec. II²*). V 8660, 16 (*saec. II²*) optimo et s. XIII 8150, 11. *adde l. 17.* tantus: DECRET. decur. Salens. (Inscr. Maroc. Gascou 307) 3, 11. ?vetustissimus: *v. p. 874, 74.* Ⓘ *gen. qual.*: CIL VIII 8327, 5 (*aet. Alex.?*) le⟨g(ato)⟩ Aug. pr. pr. c. v. -i exempli (*de gen. v. vol. V 2, 1935, 9sqq.*).

γ *accedunt pron. poss.*: CIL VII 287, 6 (*saec. III¹*) sub Octavio Sabino v. c. -e n(ostro) (VIII 8809, 3 [*a. 247–9*] instantia ... Athonis ..., rarissimi -is n., patroni municipii innovato opere *eqs.* 9041, 7 [*a. 290*]. *al., cf. p. 872, 21*). VIII 9371, 2 (*a. 198–211*) -i suo ... ob insignem ... erga se humanitatem.

II *de deis, daemonibus, angelis*: **A** *exempla varia; dei sim. custodiendo, defendendo vel etiam regendo praesunt*: **1** *quibuslibet rebus actionibusve nec non animantibus*: CIC. Verr. II 5, 185 *Mercurium* P. Africanus ... iuventutis ... custodem ac -em voluit esse (*item c. gen. animantium*: SEN. Thy. 1102 piorum -es testor deos. AVR. Fronto p. 43, 16 omnis omnium populorum -es deos). VERG. Aen. 11, 483 armipotens -s (-sens *var. l.*) belli Tritonia virgo (SERV.: quae praeest omnibus bellis *eqs.* SERV. auct.: quasi quae praesideat rei; sic -es dii urbis appellantur. *ceterum cf.* QVINT. inst. 3, 7, 5 -e bellorum deo. AVSON. 1, 1 p. 320 -s Tritonia bellis). OV. met. 1, 594 (*Iuppiter ad Io*) -e tuta deo ... subibis *nemora.* GRATT. 21 his, *sc. Diana, Fauno aliisque,* ego -bus nostram defendere sortem ... iussus. PAVL. FEST. p. 43 Camenae Musae ... sunt dictae ..., quod sint castae mentis -es. SEN. contr. exc. 6, 7, 1 -es pietatis deos. SEN. Herc. f. 356 *Megara* iuxta -es adstat deos (*nisi subaudias 'Thebarum' sim., ut spectet ad 2*). Oed. 1042 -em veri deum (*cf.* TERT. cult. fem. 2, 1 l. 24 deum ... -em et magistrum veritatis). Ps. QVINT. decl. 6, 5 dii immortales, caeli, maris, inferorum -es. CE 19, 9 (*saec. II²*) Silvane, ... da ... Itala rura te colamus -e. TERT. carn. 8 l. 6 igneo illo -e mali. idol. 15, 6 Antelios daemonas ostiorum -es legimus. orat. 8 *diabolum* -em et artificem temptationis. spect. 12 p. 15, 13 Martem et Dianam utriusque ludi -es (*cf. p. 871, 27 et* TER. MAVR. 4 qui ter Olympia vicisset Iove -e. Ps. CYPR. spect. 4 p. 7, 3. *sim. de deo christiano agonis -e*: CYPR. epist. 58, 8 -e deo congredi. RVFIN. Orig. princ. 3, 2, 5 p. 253, 4 agonis ... iusto -e deo). REPOS. 142 quis non, cum Cypris amaret, -e sub tanto tutum speraret amare[t]? (amorem *Burman*). ARNOB. nat. 1, 41 Aesculapium ... custodem nuncupavistis et -em sanitatis. 1, 42 *non negabimus Christum* -em nostri corporis, *i. ecclesiae,* nuncupari. NON. p. 532, 18 Statilinum et Statanum ... puerilitatis -es deos Varro ... affirmat. AVG. cons. euang. 1, 25, 38 *pagani deos* rebus ad quemque proprie pertinentibus -es *esse volunt.* CIL III 13368, 3 Dianae et Sil(vano) silv(a)e dis -bus venation(is). *al.* **2** *certis locis, regionibus, vel etiam imperio sim.* (*cf. supra l. 35. 41*): OV. met. 10, 168 caruerunt -e Delphi. LIV. 3, 7, 1 deserta omnia ... dii -es ac fortuna urbis tutata est. 26, 41, 18 dii immortales imperii Romani -es (CVRT. 4, 13, 13 -es Persarum i. TAC. hist. 4, 53, 3 -es ... i. deos. PLIN. paneg. 94, 1 -es custodesque i. divos. AVG. civ. 3, 14 p. 115, 14). 28, 39, 15 Iovi ... -i Capitolinae arcis (31, 30, 9 Minervam [37, 37, 2. 45, 28, 1]. *cf.* VAL. MAX. 5, 3 ext. 3 p. 242, 23 ⌞excelsam -is⌟ Minervae arcem [excelsis praesidiis *trad.*]). SEN. Phaedr. 109 adiudicatae -em terrae deam. CVRT. 3, 8, 22 sacrificium dis -bus loci fecit (9, 9, 27 et maris et locorum. CIL XIII 8810, 3 dis patriis et -bus huius loci Oceanique. *cf.* TERT. spect. 4 quibus -bus dicentur *loca*). 8, 10, 16 -em nemoris eius deum. GELL. 16, 17, 1 *Vaticani* agri deum -em. PORPH. Hor. carm. 1, 7, 12 fontis. AVG. civ. 1, 3 p. 7, 25 'victos deos' (*Verg. Aen. 2, 320*) tamquam -es ac defensores *colunt Romani.* 3, 9 p. 106, 14 diis ... iam -bus atque tutoribus, *sc. Romae.* 3, 20 p. 130, 24 *civitas Saguntina foedus Romanorum* ipsis *dis* -bus placito iunxerat. CIL VIII 51, 9 Mercurii ..., Thysdritanae col(oniae) -is et conservatoris numinis. *al.* *huc spectare vid., si recte solvitur*: INSCR. numm. imp. Pesc. IV 1 p. 29 n. 43 Iovi prae(sidi) orbis (*item* Sept. Sev. IV 1 p. 139 n. 6. p. 144 n. 396. *ad* praestes *traxit e. g. Miodónski, Arch. Lat. Lex. 6, 1889, 564*). **3** *mundo, naturae*: SEN. dial. 7, 20, 5 patriam meam esse mundum sciam et -es deos. TERT. nat. 2, 4, 19 artificem eius *naturae* et -em. ITIN. Alex. 4 deo -i acceptiora sunt vota *modesta.* IVL. VAL. 1, 30 deo summo rerum -i (*gr. p. 33, 17 τὸν πάντα δερκόμενον. cf.* 3, 43 summum deum -em Sarapim *et e. g. 1, 32* mundi ... dominum rectoremque). LACT. inst. 2, 16, 8 -s (-sens, parens *var. ll.*) mundi et rector universi (7, 27, 9 -s dominusque m. deus). PRVD. c. Symm. 2, 878 *credunt quidam* nullo sub -e saecla rotari.

B *per imaginem provinciae administrandae*: TERT. apol. 24, 3 *credunt gentiles* oportere et procurantes et praefectos et -es *summi dei* pariter suspici. HIER. hom. Orig. in Luc. 12 p. 74, 24 sq. *adventus Christi* profuit cunctis *angelis gentium q. d.*, qui diversas provincias obtinebant, verbi causa -i Macedoniae, -i Achaiae.

III *de rebus* (*cf. var. l. p. 870, 24*): CELS. prooem. 40 salutis humanae -em artem (*i. medicinam*). PRVD. perist. 10, 327 globos dierum noctiumque -es (*i. solem lunamque, cf. gen. 1, 18*). AVG. virg. 8, 8 *animo* -e et rectore, *sc. carnis.* CLAVD. MAM. anim. p. 127, 10 -e ratione *disceptare.*

deriv.: praesidalis, praesidatus, praesidicius; *de* praesidarius *v. p. 883, 40.*

cf. Onom. *Blundell.*

praesessio, -ōnis *f.* *a* praesidere. **1** *i. q. actio vel munus praesidendi* (*ludis vel concilio*): ACT. lud. saec. Sept. Sev. 5ª, 30 Pighi XV viri ... ⟨sortiti⟩ sunt de -n⟨e ludorum⟩. LIBERAT. 12 Conc.ˢ II 5 p. 117, 22 *vicarii* papae Leonis adsidere non passi sunt, eo quod non fuerit data -o sanctae sedi eorum. **2** *metonymice de ipsa sede praesidentium* (*sc. loco eminentiore posita*): CASSIOD. hist. 6, 29, 2 *Iulianus* studuit ... templa paganorum constructione ... christianae religionis ornare, sedibus atque -bus (*gr. Sozom. 5, 16, 2 βήμασί τε καὶ προεδρίαις*).

praesica, *subst. a* praesecare *derivandum fingit veriloquii causa* VARRO ling. 5, 104, *v. p. 835, 17.*

praesicco, -āre. *a* prae *et* siccare. [Ps. APVL. herb. interpol. 125 l. 13 *trad.* persiccatus (prae- *edidit Ackermann*).] *i. q. antea siccare* (*sc. fere citius siccare, nisi vim praeverbii magis minusve evanuisse putes*): CAEL. AVR. chron. 2, 14, 217 aversione humoris facta ad exteriores partes altiora ulcera -ari. 4, 3, 53 erunt inicienda ea, quae ... partes *ulceribus affectas* valeant -are.

praesiccus, -a, -um. *a* prae *et* siccus. *i. q. valde siccus*: PRVD. perist. 5, 141 -a rursus ulcera, dum se cicatrix colligit, ... manus *tortoris* resulcans diruet.

praesicia *v.* pressicius.

[praesiciae, *subst. a* praesecare *derivandum vix recte trad.* ARNOB. nat. 7, 25 p. 373, 17 *pro t. t. rei sacrae* prosiciae; *e coni. dub. p. 951, 60.*]

praesico *v.* praeseco. *Bk.*

ˣpraesidālis (-diālis), -e. *a* praeses. *scribitur* pre- INSCR. Dessau 9510 (*saec. IV med.*), *et hic illic in codd., e. g.* COD. Theod. 12, 6, 5 (*V*). *formam originariam* -dalis *exhibent* INSCR. *supra (etiamne l. 71?) et* CHART. lat. ant. I 246, 6 (*a. 505*) *ut plerumque codd. antiquissimi, e. g.* COD. Theod. 6, 22, 7, 1 (*T*). 7, 22, 6 (*R*); *forma* -dialis, *intercedente sc. voce q. e.* praesidium, *sed notione adi. non mutata, traditur* CIL XIII 1796 (*lapis periit*), *ceterum in var. l. codd.* RVF. FEST. 4 *et* 5 (*E saec. VII*), HEGES. 2, 1, 2 p. 131, 27 (*C saec. VI/VII, v. ed. Weber*) *et saepe in codd. rec., e. g. p. 877, 36 nec non* AMM. 28, 1, 5 (*sed* -dalis *trad. ibid. ter*), PASS. Marcell. *l. 61 sq., unde passim occurrit in edd. vet., e. g.* CASSIOD. Ios. antiq. 18, 53 p. 517; *aliter l. 55.* *legitur inde a constitutionibus saec. III.* [*vix genuinum est additamentum cod. C* FAVSTIN. trin. praef. l. 37 habentes fiduciam de -i patrocinio salvatoris (*scribitur* -diali, *ut collato subst. q. e.* praesidium *significari putes i. q. protegens, propitius sim.*).]

1 *significatur qui (quod) ad praesidem provinciae pertinet* (*in* GLOSS. *respondet ἡγεμονικός. distinguuntur* consularis *sim. sub c, cf. et p. 877, 9sq. 12; masc. pro subst. p. 877, 29, fortasse etiam p. 877, 12. 21*): **a** *quolibet respectu*: **α** *iuncturae variae*: COD. Iust. 3, 31, 6 (*a. 224*) an a -bus actis discedendum sit, qui (*sc. praeses*) eis *filiis* tutores dedit (PASS. Marcell. rec. M 4, 3 [*rec. N* chartis -bus]. 5, 1 [*rec. N* acta praesidis]. rec. N 4, 1 [*rec. M* acta praesidis]). COD. Iust. 5, 72, 2 (*imp. Aureliano*) ad instar ... -is decreti concessio principalis accedit (5, 71, 12 [*a. 293*]). 7, 16, 13 (*a. 293*) haec omnia sollemniter -i notione decidi debent (9, 33, 5 [*a. 293*]. 4, 9, 4 [*a. 294 ut* 8, 13, 20]). 3, 3, 3 (*a. 294*) facultatem ... remittendi ... ad iudicium -e (9, 1, 17 [*a. 299*]. 9, 1, 18 [*a. 304*]. *al.*). AVG. epist. 86 -i edicti tui vigore. PASS. Fabii 4 -a signa gestare. COD. Iust. 2, 7, 24 pr. (*a. 517*) *advocati* fori -is secundae Syriae provinciae. *al.* ?civitas -is (*sc. caput provinciae -is, si recte supplevit ed.*): INSCR. Dacorom. Popescu 3 (*saec. III ex.*) porta⟨m civitat⟩ti praesida⟨li⟩ *refecit sim.* (praesid⟨i⟩a⟨riam⟩ *portam intellegunt edd.* CIL III 14450 *aliique*). **β** *iuncturae quaedam circumscribentes ipsum praesidem vel eius munus* (*exempla potiora; cf. p. 877, 19*): COD. Iust. 9, 2, 8 (*a. 284–292*) *delator* non ad stationarios decurrat, sed -em adeat potestatem. COD. Theod. 1, 16, 7 (*a. 331*) semper invigilet industria

[Pade]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-is. 9, 26, 4 (*a. 416*) consularitatis fasces aut vexilla -a ... iterare. RVFIN. hist. 9, 11, 5 Theotecnus ... -bus a Maximino fascibus fuerat honoratus (*gr. ἡγεμονίας*). *al.*

b *respiciuntur officiales praesidis*: COD. Iust. 6, 1, 2 (*a. 294*) requirendi fugitivos potestatem fieri dominis -is officii est (COD. Theod. 8, 4, 4 [*a. 349*] qui o. -a deserentes ad sacramenta militiae adspirasse noscuntur. SYMM. epist. 7, 66. AMM. 28, 1, 5 tabulario -is o. CONSTANTIVS vita Germ. 7 p. 254, 10 princeps -is ... o. *al.*). COD. Theod. 8, 7, 12 (*a. 372*) *quidam* probati in obsequiis -bus. AMM. 17, 3, 6 nec praefectianus nec -is apparitor. COD. Iust. 12, 21, 8 pr. (*a. 484*) apparitoribus vicarianis seu -is iudicii. PASS. Fabii 3 gradus militiae -is. CHART. lat. ant. I 246, 6 (*a. 505*) si ex gen⟨t⟩e oritur militari et neque curialis nec -is est.

c *respicitur status provinciae a praeside (v. supra p. 872, 4 sqq.) administrandae*: RVF. FEST. 4 *Africa provincia* est proconsularis, Numidia consularis, ... duae Mauretaniae ... sunt -es (5 [*ibid.* consulares]. SYMM. epist. 1, 107 or. 6, 3 HIST. AVG. Alex. 24, 1 provincia⟨s⟩ legatorias -es plurimas fecit). COD. Theod. 6, 22, 7, 1 (*a. 383*) ex numero ordinariarum potestatum, seu consularis administrationis seu nominis -is. *ibid.* qui -is administrationis gesserint dignitates (NOVELL. Iust. 8 not. 21 p. 86, 1 [*gr. ἡγεμονικαί*]. 28, 5 pr. *quidam est* mutatus ex consulari et -i in administrationem maiorem et spectabilem [*nisi masc. pro subst. de praeside; gr. trad. ἡγεμονίας, sed ἡγεμονικῆς coni. Zachariae*]. *al.*). HIST. AVG. trig. tyr. 24, 4 *Tetricum* consularem, qui iure -i omnes Gallias rexerat. HEGES. 2, 1, 2 p. 131, 27 *ut* Iudaea ... -e iudicium ... adipiscatur (*cf. Ps. Rufin. Ios. bell. Iud. 2, 91 p. 662* per iudices Romanos administrari, *gr. διοικεῖν ἐπ' ἰδίοις ἡγεμόσιν*). CASSIOD. Ios. antiq. 18, 53 p. 517 ut -i dispensatione regeretur *Commagene* (*gr. εἰς ἐπαρχίαν*).

2 *significatur qui munere praesidis provinciae iam functus est* (*tam subst. quam adi.*): INSCR. Dessau 9510 (*saec. IV med.*) Elio Iuliano fl(amini) p(er)p(etuo) -i. SYMM. epist. 4, 70, 1 Bonoso -i viro (CIL XIII 1796 [*christ.*] Aelianus filius Pauli viri -is). AMM. 22, 14, 4 -em esse Theodotum. 29, 1, 6 Fidustium -em.

3 *significatur qui similis est praesidi* (*sc. eius moribus praeditus est sim.*): EVSTATH. Basil. hex. 6, 6, 1 *sub ariete natum* -em ... futurum et quaestuosum (*sec. var. l. gr. προηγητικός. cf. 6, 6, 2* tyrannicus erit et laboriosus).

adv. **praesidiāliter** (*forma correctior* -daliter *non videtur tradi*). *i. q. modo praesidiali* (*sc. modo eius, qui praesidet, praeest*): GLOSS.^{L} IV dub. Plac. P 28 praeses: rector provinciae aut qui alicuius loci tutelam -r agit (gerit *var. l.; cf.* ISID. orig. 9, 3, 28 praesides ... dicti, qui alicuius loci tutelam -r tenent [*notionem q. e. 'per praesidium' intellegit Reydellet, 1984, ad l., qui* -r *post alios a* praesidium *derivat; sed ad rem cf. p. 871, 60 sq. et de forma v. p. 876, 47*]).

?**praesidārius** *v. p. 883, 40.* *Pade.*

praesidātus, -ūs *m.* *a* praeses. *forma* -diatus *intercedente voce q. e.* praesidium *vix recte trad.* ARNOB. nat. 3, 24 p. 182, 14 (*cf.* -datus *ibid.* 3, 23 p. 182, 6. 4, 6 p. 209, 3) *et in var. l. inscriptionum per apographa tantum servatarum* CIL V 7881 XII 674; *legitur hic illic in edd. vet.* *affertur inter nomina* numeri tantum singularis PROB. app. gramm. IV 193, 21, *sed occurrit plur. l. 73. p. 878, 9. 15.* *legitur inde a titulis saec. III et* ARNOB.

i. q. officium vel dignitas praesidis (*cf.* GLOSS. II 246, 37 *ἀρχή*: hoc imperium, principium, hic magistratus, hoc magisterium, -s. *cum gen. rei administrandae l. 67. 69. p. 878, 16. al.*): **1** *praesident homines*: **a** *in re publica*: **α** *respiciuntur, qui praesunt provinciis imperii Romani*: CIL V 7881 (*saec. III med.; praesidi Alpium maritimarum*) ob eximiam -us eius integritatem. INSCR. Année Épigr. 1971 n. 509 (*Lambaesi; saec. III med.*) *legatus Augusti prov. Numidiae* ⟨missus a⟩d -um ⟨...⟩. INSCR. Dessau 9006 (*e Mauretania; saec. III*) in ⟨p⟩riori -u (*sc. Mauretaniae*) ⟨e⟩t post in ducatu (*sc.* per Africam Numidiam Mauretaniamque, *v. ibid. 2774*). CONC. Arel. a. 314 p. 10 l. 21 qui fideles ad -um prosiliunt (*inde corrigitur ibid.* p. 6 l. 51). CIL XII 674 (*saec. IV*) post dignetatem -us *prov. ignotae.* AVR. VICT. Caes. 29, 2 *Lucius Priscus* Macedonas -u regebat (*cf.* 33, 14 -u Aquitanos tuebatur *Tetricus*). AVSON. 205, 18 p. 63 *Nepotianus* honore gesti -us inclitus (COD. Theod. 6, 28, 2 qui -um gesserint. Ps. IOH. MED. hom. 27 p. 815 [*de Pontio Pilato ut*: 29 p. 823 PASS. Petr. Paul. brev. 1. 4]). SYMM. or. 6, 4 crevit ... -s seseque ad magnitudinem regentis (*sc. praesidis*) tetendit. HIST. AVG. trig. tyr. 24, 1 Tetricum ... -um in Gallia regentem (*de eodem l. 62. 68*). Car. 17, 6 *Constantius* tunc ... -um Dalmatiae administrabat (*cf.* OROS. hist. 7, 22, 12 *Tetricus* Aquitanicae -us administrabat officium). RVFIN. hist. 4, 2, 5 Quietus ... provinciae Iudaeae indeptus est -um (*gr. ἡγεμὼν ... ἀνεδείχθη*). AVG. symb. 3, 7 -um agebat ... Pontius Pilatus (*cf. l. 64*). COD. Theod. 8, 5, 23 pr. codicillis comitivae et -us. 12, 1, 4 -us praerogativa laetari. *ibid.* qui -um ante tempus reportarunt (*sc. non cunctis muneribus curialibus expletis*). NOVELL. Iust. 103 praef. alios gentium -us maiores constituimus (*gr. ἐθνῶν ἡγεμονίας*). **β** *respiciuntur quilibet praesides*: AVG. conf. 6, 11, 19 -s dari potest (*antea*: aliquis honor. *de munere iudicis cogitat Labriolle, 1950, ad l.*). CASSIOD. var. 7, 2, 2 (*in* formula -us) -um ... in illa provincia concedimus (*ad rem v. Seeck, RE IV 662, 17sqq.*). Ios. antiq. 20, 244 p. 590 *Pompeius Hyrcanum* gentis ... -um habere permisit (*gr. προστασίαν*). PASS. Fel. Fortunat. (BHL 2860) 1 apud civitatem ... Aquileia contigit, ut ad -um promereretur (*immo* promov- *?*) Euphemius *ad investigandos Christianos* (*si quid subest veri, cogites potius de iudice quam de correctore Venetiae et Histriae*).

b *in ecclesia*: RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 90, 25 *dissidia* de sedibus aut de -bus. CONC.^{S} II 2, 2 p. 7, 18 *in synodo* Celestinus ... et Cyrillus ... -us iura meruerunt (*gr. II 1, 2 p. 127, 2 ἡγεμόνες ... ἐτύγχανον*). CASSIOD. hist. 6, 36, 2 ⌞apostolici -us⌟ decreta *refugit* (⌞ ⌟ *gen. obi.; gr. Theodoret. 3, 19, 1 προεδρίας*).

2 *praesident dei*: ARNOB. nat. 3, 23 p. 182, 6 (*antea*: luctationibus praeest *Mercurius*) unius in officio -s. 3, 24 p. 182, 14 *dii, nisi libationes sim. accipiant,* suos deserunt atque abiciunt -ūs? 4, 6 p. 209, 3 quid ... ut faciat, -um focorum ... *Lateranus* sortitus est? *Peri.*

praesidēns *v.* praesideo.

? **praesidentia,** *subst. fem. a* praesidens (praesidere) *derivandum, e coni. dub. sec gr. restituitur* CONC.^{S} II 5 p. 5, 16 quam prompte ad delinquendum decesseritis non dei fidem ... fovere volentes sed vestras ⌞petulantias⌟ et sacerdotia defendentes, quorum *eqs.* (⌞ ⌟ *codd.*, praesidentias *Schwartz*, praefecturas *Mansi 7, 490^{B}, gr. Conc.^{S} II 1, 3 p. 125, 22 προεδρίας, sed interpres ab exemplari, quale nobis traditum est, paulum declinasse videtur* [*προπετείας eum legisse suspicatur Flury in plagulis*]; *ad* petulantias *cf. ibid. p. 5, 12* praesumpta *delicta, p. 4, 33* vestras praesumptiones). *Bk.*

praesideo, -sēdī, -sessum, -ēre. *a* prae *et* sedēre. *scribitur* pre- CE 1350, 7 (*saec. V in.*). CIL II 5728 *et saepe in codd. medii aevi. abbreviatur* praes *p. 881, 41 sq.*, praesid ACT. Arv. a. 219 (CIL VI 2067) II 12. NOT. Tir. 50, 31a. *de formis*: -sed- *in stirpe praes. exhibent* ACT. Arv. a. 213 (CIL VI 2086) II 7 *et codd. vet.* DIDASC. apost. 25, 30. EPIST. pontif. 599 Schwartz p. 6, 6 (*sine nota in app., sed* -sid- *apud edd. vet.*), *in var. l.* CYPR. sent. episc. 23 (*cod. S saec. VI/VII*). CONC. Aurel. a. 538 p. 122 l. 208 (*cod. C saec. VI/VII*). *al.; forma tertiae coniug.* -siduntrad. VIRG. gramm. epist. 3, 30, 1 (*potius confusione quadam quam sec. stirpem verbi q. e.* sido; *cf. e. g.* -sedit *pro* -sidet GLOSS.^{L} Corp. P 733). *part. praes. gen. plur.* -entum *trad.* IVLIAN. in Iob 34, 30 BACHIAR. fid. l. 15, *in var. l.* PANEG. 3, 1, 4 (*cf.* -entium TAC. ann. 3, 40, 3 *et saepius*). *vix recte trad.* -sid- *in stirpe perf.* TAC. ann. 12, 56, 3 -sidere (*corr. Lipsius*). COD. Theod. 6, 29, 2, 4 -siderit (-sederit *edd.*); *ceterum cf. var. l.* -sideris LEO M. serm. 82, 1 CASSIOD. var. 7, 1, 5. *de notione*: SYNON. Cic. p. 442, 30 sustinet. sustentat. agit. regit. ... procurat. -et. *eqs.* GLOSS. II 394, 52 *παραχάθημαι*: -o, adsideo. IV 420, 19 -et: protegit, tuitur, defendit. GLOSS.^{L} I Ansil. PR 707 -edit: ante sedit. III Abstr. PRAE 18sq. (*sim.* GLOSS. IV 551, 38sq.) praecellit: excelsior cunctis est; -et: quod supra. *sim. al.* *legitur in versibus raro, sc. apud* PLAVT. (*bis*), VERG. Aen. (*quater*), PROP. (*semel*), OV. (*ter*), LVCAN. (*semel*), AVSON. (*bis*), PRVD. (*ter*), CLAVD. (*semel*), *al., in oratione prosa inde a* CIC. (*in oratt. tantum*), CAES., VARRONE, SALL., LIV., *frequentat* TAC. ann.; *deest e. g.* VITR., SEN. *rhet.*, CELSO, COLVM., PETRON. [*confunditur in codd. e. g. cum* possidere CLAVD. 20, 216 AVG. in psalm. 113, serm. 2, 3. *al.*, prosidere MOD. dig. 50, 12, 10. *al.*, residere TERT. carn. 16 l. 8 (*var. l.* re- *praetulit Hilberg apud* HIER. epist. 22, 30, 4, *sed cf. ibid.* 5; *e coni. dub.* RVFIN. Adamant. praef. p. 1, 11); *ceterum part. praes.* -ens *variat cum* praeses COD. Theod. 1, 16, 12. *al.* (*restituitur* SEN. dial. 11, 12, 3) *et cum* praesens CONC. Arel. a. 538 p. 122 l. 208. *al.* (*vix recte trad.* EPIST. pontif. 555 Arel. p. 26, 14 [*cf. ibid. p. 26, 16*]).]

vi praeverbii locali et usu inde derivando i. q. ante sedere (*cf. l. 42. p. 879, 7; vi deflexa sub IA2; de vi temporali v. p. 879, 19; desunt exempla notionis comparativae, quam testantur* GLOSS. *l. 43*): **I** *praevalet respectus sedis, loci* (*exempla potiora; ceterum huc vergunt etiam quaedam sub II allata, e. g. p. 880, 6. 72. 881, 9. 20*): **A** *de animantibus*: **1** *vi praeverbii communi de iis, qui sedent ante aliquem* (*aliquid*): **a** *de custodibus sim.*: PLAVT. Most. 1096 hanc aram occupabo ..., ne ... *servi* huc confugere possint, quaestioni quos dabit; hic ego tibi -bo, ne interbitat quaestio (*vix coll. 1097* surge *trahas ad 2a; cf.* Truc. 715 ego hic *in limine* ... -bo ... nec quemquam ... intro mittam). OV. fast. 1, 125 (*loq. Ianus*) -o foribus caeli cum mitibus Horis. TYCON. reg. 3 p. 17, 27 (*in imagine*) huic ianuae (*sc. gratiae*) custos fides -bat, ut nemo illum carcerem *legis Iudaeorum* effugeret. HIER. epist. 60, 3, 4 flammea illa rumphea, custos paradisi, et -entia foribus Cherubin (*gen. 3, 24*). VVLG. Esth. 2, 21 Bagathan et Thares ..., qui ianitores erant et in primo palatii limine -bant (*Vet. Lat. cod. 151* servabant atrium). *al.* **b** *de praeceptoribus* (*vi locali evanida p. 881, 73*): SEN. epist. 95, 23 cessat omne studium et liberalia professi ... desertis angulis -ent. FLOR. Verg. 3, 6 uti pueris ingenuis atque honestis -rem (*cf. 8* sedere a suggestu praecipientem bonos mores *eqs.*). **c** *de magistratibus aliisve, qui loco honorato, summo sedent*: SVET. Aug. 26, 3 die Kal. Ian.

[Kooreman]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cum mane pro aede Capitolini Iovis paululum curuli sella -isset *Augustus consul*, honore abiit. VET.LAT. III Esdr. 9,45 *Esdras* -bat ... in gloria in conspectu omnium (*gr. προεκάθητο, Vulg. II Esdr. 8, 5* super ... populum eminebat). Luc. 20,46 (cod. 2) *scribae*, qui volunt ... -ere in synagogis et superiores recumbere in cenis (*gr. πρωτοκαθεδρίας, Vulg.* primas cathedras). IVLIAN. epit. novell. 56, 2 urbicaria praefectura omnibus aliis -at dignitatibus, id est, ante sedeat (*cf. Novell. Iust. 62, 2 pr.* sancimus praesulem ... senatus ... urbicariam esse praefecturam et primam sedem ei dedicari).
de aeonibus Valentinianorum (*respicitur ordo variarum potestatum*): TERT. adv. Val. 23, 1 in summis summitatibus -e[n]t tricenarius Pleroma, Horo signante lineam extremam; inferius illum metatur medietatem Achamoth *eqs.* **d** *de gubernatore* (*cf.* MART. CAP. *sub 2b*): PANEG. 8, 14, 2 (*e Frontone*) *imperatorem in Palatio residentem* veluti longae navis gubernaculis -entem totius velificationis ... gloriam meruisse.

2 *vi praeverbii deflexa de iis, qui insident* (*cf.* GLOSS.^{L} I Ansil. PR 708 -it: supra sedit): **a** *sedi, simulacro* (*vix huc p. 878, 63; cf. p. 881, 63 sq.*): LACT. inst. 1, 20, 36 Tutinus, in cuius sinu pudendo nubentes -ent, ut illarum pudicitiam prior deus delibasse videatur (*sublucetne simul vis temporalis? ad rem cf. e. g. Arnob. nat. 4, 7 p. 209, 23* pudendis ... inequitare matronas). PRIMAS. in apoc. 4, 8 l. 233 viginti quattuor seniores tribunalia -entes (*spectat ad apoc. 4, 4* super thronos ... sedentes). *in imagine*: GREG. M. moral. 2, 30 quam altae sedi interni consilii -et iste *Iob*, qui ... in terra prostratus iacet. 2, 38 quid ... solium domini nisi angelicas potestates accipimus, quarum mentibus altius -ens, inferius cuncta disponit *deus*? (*spectat ad III reg. 22, 19* vidi dominum sedentem super solium suum). **b** *alicui vehenti* (*sc. iumento vel navi*): AVG. in psalm. 33, serm. 2, 5 esto iumentum domini ...; sedet ille super te, ipse regit te; ... attende, quis tibi -at (*in simili imagine*: VITA Roman. rec. [BHL 7306] 5 qui *sanctus spiritus* illius -bat corpori mentemque regebat, ipse dux itineris *eqs.* 13 [*si recte coni. Bulhart in schedis*, pie sidens *trad.*]. GREG. M. in cant. 45). MART. CAP. 2, 183 cui *navi* (*sc. vehiculo solis*) nautae septem ... -bant. GREG. M. past. 3, 12 Balaam ... pervenire ad propositum tendit, sed eius votum animal, cui -et, praepedit.

B *de rebus*: APVL. mund. 32 p. 361 in clipeo Minervae, quae arcibus Atheniensibus -et (*gr. 399b34 τὴν ἐν ἀκροπόλει Ἀθηνᾶν. item de deorum simulacris*: TERT. spect. 8 p. 10, 2 *Mater Magna* -et euripo *circi*. RVT. NAM. 1, 229 -et *Inuus*). TERT. cult. fem. 2, 12 l. 12 illa civitas valida, quae super montes septem et plurimas aquas -et (*sc. Babylon sive Roma*). praescr. 36 l. 3 *ecclesiae apostolicae*, apud quas ipsae adhuc cathedrae apostolorum suis locis -ent (-entur *pars codd.*). *incorporaliter*: TERT. anim. 33, 2 si non sublimiore fastigio -et humana censura *quam divina*. PETR. CHRYS. serm. 7, 3 ieiunium ... nobis in arce pectoris conlocetur, quia illo in interioribus -ente vitia nos quatere ... non valebunt.

II *praevalet respectus muneris, ut significetur aliquem (aliquid) sive custodiendo sive regendo, administrando praeesse*: **A** *-ent divinitates et res ad eas pertinentes* (*vir sanctus l. 61, angeli p. 880, 12; ceterum addas p. 881, 4 sqq. 15. 29. 65*): **1** *accedit dat.* (*acc. p. 880, 1, praepos. l. 72*): **a** *locorum vel mundi sim.*: CIC. Verr. II 5, 188 vos, ... deae, quae illos Hennensis lacus lucosque incolitis, cunctaeque Siciliae ... -etis. Manil. 70 qui *dei* huic loco temploque -ent (PELAG. in I Cor. 10, 20 p. 184, 9 daemones, qui templis -ent ad homines depravandos). Catil. 4, 3 huic urbi (Sull. 86 huic u. atque huic rei publicae [dom. 144 u. et rei p.]. Phil. 13, 20). VERG. Aen. 3, 35 *Gradivus pater*, Geticis qui -et arvis (7, 800). 6, 10 arces, quibus altus Apollo -et ([SERV. quibus praeest, quas defendit. *inde fortasse* GLOSS. -et: praeest]. LIV. 38, 51, 8 Capitolio atque arci). 12, 140 stagnis ... fluminibusque sonoris. FEST. p. 261 nymphae -entes querqueto virescenti. SEN. epist. 95, 50 *dei*, qui -ent mundo, qui universa vi sua temperant, qui humani generis tutelam gerunt (LACT. epit. 4, 2 quae *mens secundum Aristotelem* m. -at [*inst. 1, 5, 22* praeesse]). LVCAN. 5, 400 APVL. met. 6, 4, 2. PRVD. c. Symm. 1, 326 deus verus ..., qui fine caret, qui -et omni naturae. *al.* *singulariter de sancto*: PRVD. perist. 13, 104 *Cyprianus e caelo* Libyae populos ... regit, ... Gallos fovet, ... -et Hesperiae *eqs.* **b** *rerum variarum, actionum*: OV. epist. 2, 41 *Iuno*, toris quae -et ... maritis. fast. 3, 85 *Mars* -et armis. FEST. p. 154 Pomona levissimo fructui agrorum -et, pomis. p. 177 Nixi di ... -entes parientium nixibus. p. 325 culturae agrorum. PAVL. FEST. p. 10 Agonium ... deum dici -entem rebus agendis (ARNOB. nat. 4, 10 p. 213, 8 r. omnibus. *al.*). QVINT. inst. 10, 1, 91 -entes studiis deae (*cf.* artibus: PANEG. 9, 19, 3. ARNOB. nat. 3, 23 p. 180, 12 [*cf. ibid.* curare *et* sub illorum ... tutela]). TERT. apol. 10, 8 *Saturnus* aerario -et. ARNOB. nat. 7, 44 p. 402, 14 bonis ... valetudinibus. AVSON. 369, 4 p. 95 (*in arte Chaldaeorum*) -et ollis *planetis* sortitus regimen nitidae Sol aureus aethrae. AVG. conf. 10, 41, 66 (*ad deum*) tu es veritas super omnia -ens (GREG. M. past. 2, 2). in psalm. 96, 11 l. 23 quod *numen* -et illi simulacro. *al.* **c** *animantium, animi*: PAVL. FEST. p. 52 quia parientibus -at *Venus*. QVINT. inst. 10, 1, 48 quas *deas* -ere vatibus creditum est. HEGES. 5, 53, 1 p. 412, 1 *quod deus* genti *Iudaeorum* ... infestus sit, quam -bat. AVG. conf. 11, 17, 22 deus meus, -e mihi et rege me. mag. 11, 38, 1 intus ipsi menti -entem consulimus veritatem (mus. 6, 1, 1. *al.*; *cf.* LEO M. serm. 79, 1 cordibus fidelium. *sim. al.*). MACR. Sat. 1, 19, 7 Apollo Musis -et. *al.*

2 *exempla cetera*: TERT. carn. 16 l. 8 *cum carnem Christi* ad dexteram patris in caelis -ere (residere *var. l.*) meminerimus et venturam inde in suggestu paternae claritatis praedicemus (*cf. e. g. Marc. 16, 19* dominus ... sedit a dextris dei. *vergit ad I*). HIER. in Is. 11, 36, 11 l. 76 (*verba regis Assyriorum*) sin ... tantis diis -entibus decem tribus facile superavimus, quanto magis vos, ... solam Hierusalem, uno deo praesule vincemus facilius. hom. Orig. in Luc. 12 p. 75, 19 in Epheso propter eos, qui in illa urbe peccatores erant, pessimi angeli -bant (*gr. ἄγγελος ... ἐγχειρισμένος τοὺς ἁμαρτάνοντας*). AVG. civ. 4, 13 p. 163, 27 quorum *deorum* Iuppiter ... rex -et. GREG. M. in Ezech. 1, 2, 8 in locutione prophetica alter est, qui -et (*sc. spiritus sanctus*), alter, qui obsequitur (*sc. propheta*). *al.*

B *-ent milites, duces, exercitus sim. (regio l. 20), qui praesidio sunt* (*sc. armis, vi militari; aliter sub C1d*): CIC. Mil. 101 vobis *militibus* non modo inspectantibus, sed etiam armatis et huic iudicio -entibus (ASCON. Corn. p. 49, 13 ambo cons⟨ules ...⟩ -bant ei i. [*v. Marshall, Class. Phil. 72, 1977, 319 sq.*]). Phil. 5, 37 *Gallia* semper -et atque -edit huic imperio libertatique communi. SALL. hist. frg. 2, 94 *Pompeius* Titurium legatum cum cohortibus ... in Celtiberia hiemem agere iussit -entem socios (*item accedit acc.*: 3, 97 agros suos. TAC. ann. 4, 5, 1 Italiam ... duae classes. 4, 72, 3). LIV. 10, 17, 2 nullus ... exercitus Samnio -et. 36, 5, 5 copiis -ere Epiro (*Polyb. 20, 3, 3 προκαθίσας τῆς Ἠπείρου παρασκευάζειν σφίσι τὴν ἀσφάλειαν*). *al.* VAL. MAX. 5, 4 ext. 7 urbis ... claustris. CVRT. 3, 1, 20 naves ..., quae Hellesponto -rent. 5, 2, 16 mille Macedonum ... -ere arcis custodiae iussis. *al.* *non indicata re tuenda*: VARRO ling. 5, 90 *v. p. 888, 42.* SALL. Catil. 57, 2 Q. Metellus Celer cum tribus legionibus in agro Piceno -bat. GRAN. LIC. 35, 14. PEREGR. Aeth. 7, 4 castrum est ... habens praepositum cum milite, qui ibi nunc -et pro disciplina Romana. SCHOL. Cic. Bob. p. 112, 9.

C *-ent magistratus, duces, sacerdotes et quicumque potestate quadam publica regunt, administrant sim.* (*res pro animantibus l. 38. 48. 53. 66*): **1** *in re publica* (*fere Romana, aliter e. g. l. 44. 51. 58; transfertur ad deum vel Christum p. 881, 4. 29*): **a** *quibuslibet rebus vel hominibus*: α *accedit dat.* (*acc. l. 44*): CIC. Phil. 2, 15 *senatus*, qui quondam florens orbi terrarum -bat (PROP. 3, 11, 57 *Roma.* CASSIOD. Ios. antiq. 19, 193 p. 561 [*gr. paulo aliter*]). CAES. civ. 1, 85, 8 ut idem *Pompeius* ad portas urbanis -at (*Aldus*, praesidia *trad.*) rebus et duas ... provincias absens ... obtineat (SEN. dial. 11, 12, 3 r. humanis). VELL. 2, 48, 1 *Pompeius* -ens urbi. SEN. benef. 3, 32, 5 *Augustum* securae paci -entem. 4, 32, 2 populo (HEGES. 2, 13, 1 p. 167, 22 potestatem p. -endi [*gr. Ios. antiq. 20, 238 τὴν προστασίαν*]. *al.*). TAC. ann. 12, 14, 4 Medos. 12, 15, 2 (*si recte coni., v. p. 407, 81*). PLIN. paneg. 79, 3 *Traianus consul* laetitiae publicae. FLOR. epit. 2, 7, 2 regno. TERT. apol. 35, 7 congiario dividundo. VVLG. I par. 27, 25 thesauris (*antea*: super thesauros ... fuit). RVFIN. hist. 11, 16 p. 1021, 17 memoriae scriniis. CASSIOD. hist. 9, 3, 1 Antiochia, quae -et orienti (*gr. Theodoret. 5, 2, 3 ἡγουμένη*). *al.* β *exempla cetera*: TERT. adv. Marc. 5, 6 p. 590, 21 *apostolus* (*I Cor. 2, 8*) *dixit* etiam de Pilato et quo maior principatus huius aevi, Romana dignitas, -bat. VET. LAT. III Esdr. 5, 63 ex ... Levitis et -entibus secundum pagos senioribus (*gr. I Esdr. 5, 60 τῶν προκαθημένων, cf. Vulg. I Esdr. 3, 12* principes patrum). LEO M. serm. 82, 1 (*ad Romam*) ut ... latius -res religione divina quam dominatione terrena. CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 127 paucis contigit in principatu continuo -ere et non rursus aliis facta mutatione servire (*gr. ἐφ' ἡγεμονίας ... γενέσθαι*). *al.*

b *provinciis sim. earumque incolis*: CVRT. 4, 5, 9 *Alexander* Ciliciam Socrati tradiderat Philota regioni circa Tyrum iusso -ere. PLIN. nat. 13, 88 Lyciae. 34, 47 provinciae *Aquitanicae* (S. C. de sumpt. lud. glad. [CIL II 6278] 41. 42. 50. VVLG. Esth. 8, 9 iudices, qui ... provinciis ... -bant [*Vet. Lat. cod. 109* principibus satraparum ... satrapis inperantibus]. *al.*). TAC. ann. 12, 29, 2 Pannoniam. 12, 60, 2 equestres, qui Aegypto -rent. PLIN. paneg. 9, 2. AMM. 17, 12, 21 regalis ... et ... subregulus aliique optimates et iudices variis populis -entes. RVFIN. hist. 1, 5, 2 Cyrino Syriae -ente (*gr. ἡγεμονεύοντος, cf. Vulg. Luc. 2, 2* praeside). CASSIOD. var. 11, 9, 2 provincialibus. NOVELL. Iust. 8, 5 *administratione* primae solius Syriae et Cyristensis -ente (*gr. ἡγουμένου. item cum gen. sec. gr.*: 28, 5 pr. civitatum [*gr. ἡγήσεται*]. 103, 3, 1 omnium -bit *proconsul*, omnibus iubebit [*gr. ἄρξει*]). *al.*

c *iudiciis, inquisitioni sim.*: QVINT. inst. 6, 4, 11 iudices vel -entis (possidentis *var. l.*) magistratus appellando. TAC. ann. 6, 47, 3 testium interrogationi, tormentis servorum Macronem -isse. 13, 5, 2 *in legatione audienda* escendere suggestum imperatoris et -ere simul parabat *Agrippina.* PLIN. epist. 2, 11, 10 dilata res (*sc. cognitio*) est in proximum senatum ...; princeps -bat. 5, 9, 5 praetor, qui centumviralibus -et. APVL. mund. 35 p. 366 recuperatores iudiciis -bunt (COD. Iust. 7, 62, 32, 1 [*a. 440*] sacris i.).

[Kooreman]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

TERT. apol. 11, 13 talibus puniendis (*item accedit dat. gerund.*: 44, 2. COD. Theod. 3, 17, 4, 4 inpertiendis tutoribus. *al.*). LACT. inst. 4, 10, 15 populo ac legi *Hebraeorum* civiles iudices -bant (ira 18, 1). COD. Theod. 3, 17, 3 pr. qui *praetor* tutelaribus cognitionibus -et. *al.* *usu christ. de deo iudice*: TERT. paenit. 2, 12 cum iudex deus iustitiae ... exigendae tuendaeque -at (*item accedit dat. gerund.* resurr. 14, 9). Ps. AVG. serm. ed. Mai 171, 2 astantibus angelis, -ente Christo, concilio simul iudicante sanctorum. PRIMAS. in apoc. 5, 6 l. 571 *Christus* nec iudicare quemquam posset, nisi ... quadam praestantiore specula sublimatus ceteris -ret (*vergit ad I*). *al.*

d *militibus* (*exercitio eorum l. 13*): TAC. hist. 4, 74, 1 *Galli*, ipsi plerumque legionibus nostris -etis, ipsi ... provincias regitis. ann. 1, 58, 2 *Varus* exercitui -bat (14, 58, 2 AMM. 16, 2, 8 HIST. AVG. Did. 5, 2. *acc.* exercitum: TAC. ann. 3, 39, 1). 3, 33, 3 -isse ... feminam *Plancinam* exercitio cohortium, decursu legionum. *al.* AVR. VICT. Caes. 33, 8 barbaris per Galliam -bat *Postumus*. PRVD. perist. 1, 67 Christus ... candidatis -et cohortibus *angelorum* (*cf. 68* throno regnans). PASS. Paul. 6 (*in imag.*) *Christi* militibus -ere *Paulum*. *al.*

e *ludis sim.*: ACT. Arv. a. 87 (CIL VI 2065) II 37 *magister* signum quadrigis et desultoribus mi⟨s⟩it -ente L. Maecio Postumo (*sim. ibid.* a. 91 [CIL VI 2068] II 11. a. 105 [CIL VI 2075] II 22. *al.*; *indicato loco, sc.* ad cretam: a. 213 [CIL VI 2086] II 7. a. 219 [CIL VI 2067] II 11). TAC. ann. 1, 76, 3 edendis gladiatoribus ... Drusus -edit (-idit *M man. pr.*). 3, 64, 4 ut fetiales ... iis ludis *magnis* -rent (PLIN. epist. 7, 11, 4. SVET. Tib. 6, 4 -edit ... asticis l. MOD. dig. 33, 1, 6). 12, 56, 3 *Claudius* insigni paludamento *et* ... Agrippina chlamyde aurata -edere *naumachiae* (*cf.* APVL. flor. 4, 3 purpura ... -ere. HIST. AVG. Comm. 16, 6 in pullis vestimentis). SVET. Claud. 2, 2 palliolatus ... -edit (*cf.* 21, 6 paludatus). Vit. 4 certamini Neroneo (Dom. 4, 4 crepidatus. MOD. dig. 50, 12, 10 [*antea*: προκαθεζομένου]). *al.* *in imagine*: CYPR. eleem. 22 an in ecclesia -ente et spectante te, *Christe*, eiusmodi munus edant *Christiani bona opera facientes*.

f *senatui, comitiis sim.* (*cf. p. 880, 73*): PLIN. paneg. 60, 1 parum est, ut ... intersis senatui, nisi et -es. 92, 3 comitiis nostris -ere ... dignatus es. SVET. Aug. 35, 1 *in lectione senatus* existimatur lorica ... munitus ... -isse decem valentissimis ... amicis sellam suam circumstantibus. CASSIOD. var. 1, 42, 3 illi coetui *senatorum*. hist. 6, 44, 6 *Syriacae* civitatis curiae (*gr. Theodoret. 3, 22, 1* ἡγεῖτο).

2 *in re sacra paganorum*: TAC. Germ. 43, 3 *in luco sacro Naharnavalorum* -et sacerdos muliebri ornatu. hist. 2, 3, 1 *ut quidam Veneris Paphiae* caerimoniis -rent. ann. 2, 86, 1 Vestalibus sacris. CIL VI 725, 6 (*a. 181*) L. Aur(elius) Severus ... invictum deum *Mithram* dedic(avit) ... ⟨p⟩raes(idente) Domit(io) Marcellin(o) patr(e) (*item in sacris Mithrae*: 30821 [*eadem nota de eodem sacerdote*]. II 5728, 9 -ente patrem [*i.* -re]. *cf.* prosedente *e. g. XI 5736* [*a. 219*]).

3 *in ecclesia christiana* (*apud Iudaeos* COD. Theod. *infra l. 55*): TERT. apol. 39, 5 -ent probati quique seniores, honorem istum non pretio, sed testimonio adepti. uxor. 1, 7 l. 22 *Paulus* digamos non sinit -ere (*v. vol. V 1, 1115, 59*). CYPR. epist. 59, 19 (*ad episcopum Romae*) clero tecum -enti et ... plebi. 69, 3 Novatianum ... ecclesiae -ere ([*postea*: episcopus computari *non* potest]. HIL. coll. antiar. p. 62, 4. RVFIN. hist. 6, 10 ad -endum ... e. [*gr. ἐπὶ τὴν προστασίαν*]. *et saepe*; e. Romanae: RVFIN. hist. 4, 14, 1 [*gr. ἡγουμένου*]. CASSIOD. hist. 1, 4, 1 [*Sozom. 1, 2, 1* ἡγεῖτο]. *al.*; *cf.* in ecclesia: CYPR. epist. 69, 5 unit. eccl. 5. CASSIOD. hist. 12, 8, 11 [*Socrat. 7, 36 p. 821*^{A} προέστη]. *al.*). 72, 1 ad coepiscopos in Numidia -entes (*cf.* LIB. geneal. chron. I p. 196, 624 in urbe. CONSVL. Constant. chron. I p. 246, 415 in Hierosolimis). AMM. 15, 7, 8 cui *legi christianae* -bat *Athanasius* (COD. Theod. 16, 8, 2 legi *Iudaeorum* [*antea*: patriarchis vel presbyteris]. *cf.* CASSIOD. hist. 9, 10, 3 Arianae religioni [*Socrat. 5, 7* προεστήκει]. *sim. al.*). AVG. gest. Pelag. 11, 24 *episcopi*, qui illi iudicio -bant (33, 58. *cf.* 14, 37 in illo i.). Ps. AVG. serm. (Corp. Christ. 9, 355 sqq.) 3, 3 regendis fidelibus. CE 1350, 7 (*saec. V in.*) *sacerdos* bis denis binis populis -edit in annis. LEO M. epist. 84 Conc.^{S} II 4 p. 44, 15 monasterio ..., cui perniciose ... -edit *Eutyches*, catholicum abbatem iubete praeponi (VITAE patr. Iurens. 32. *cf.* CASSIOD. hist. 8, 1, 54 monachis [*aliter Sozom. 6, 28, 10*]). CONC.^{S} I 2 p. 17, 2 cui *throno* feraliter -bat (*cf.* sedi: REG. eccl. Carth. l. 776. *al.*; cathedris: VITAE patr. Iurens. 21). I 5 p. 344, 6 quod -erit Christus invisibiliter ... illi synodo (*gr. I 1, 4 p. 50, 15* πρόεδρος ἦν. *cf.* IV 2 p. 156, 8 in Ephesena prima, cui ... -erunt *Caelestinus et Cyrillus. sim. al.*). II 5 p. 8, 2 cui *concilio* Caelestinus et Cyrillus ... -bant ([*gr. II 1, 3 p. 128, 18* προεβέβληντο]. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 143, 6). GREG. M. epist. 11, 15 l. 5 -ente ... papa Gregorio atque consedentibus ... episcopis *eqs.* *al.*

D *exempla cetera*: **1** *usu communi*: **a** *de animantibus*: PLIN. nat. 22, 120 cum horreis suis ventilandis -ret *Sex. Pomponius*. COD. Theod. 13, 3, 11 praeceptorum optimi quique erudiendae -ant iuventuti. **b** *de animo, affectibus variisque rebus*: TERT. anim. 15, 5 *ne* putes principale istud ... in vertice *hominis* ... -ere. spect. 16 p. 17, 22 *circus*, ubi ... furor -et. RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 3, 1 membra, quae regunt corpus atque omnibus eius motibus -ent (*Migne gr. 35, 409* προκαθεζόμενον). AVG. conf. 10, 6, 9 ei *animae* ... renuntiabant omnes nuntii corporales -enti et iudicanti de responsionibus *mundi*. IVLIAN. in Iob 18, 5 hoc ... -entis iudicio aequitatis norma deposcit. VEREC. in cant. 9, 2 l. 31 mens tua ... bonis ... cogitationibus -et moderatrix. ARATOR act. 2, 456 *in Atheniensium gymnasiis*, ubi -et ... novitatis amor. *al.*

2 *technice*: **a** *in arte logica et gramm. de sententiis earumve partibus, quae regunt cetera inferioris ordinis*: BOETH. in herm. comm. sec. 4, 10 p. 339, 26 (*de ordine logico*) quas *propositiones* constat sibimet consentire -ente adfirmatione universali, quae est ex infinito ... praedicato. VIRG. gramm. epist. 3, 30, 1 cum duo verba ... uni dictioni -unt (*v. supra p. 878, 33*) secundum illud ...: reges ... credimus et fidimus. **b** *in arte gromaticorum part. praes.* -ens *pro adi. de terminorum genere maioris ordinis*: GROM. p. 346, 27 in terminum -entem (*sc. unde fines incipiunt; opp.* terminos ... cursorios).

appendicula syntactica (*cf.* ARVS. gramm. 424 -et huic rei [*affert* VERG. Aen. 3, 35. 7, 800], -et in illa re [*affert* SALL. Catil. 57, 2], -et illam rem [*affert* SALL. hist. frg. 2, 94. 3, 97]): **1** *absolute vel accedente indicatione, ubi -atur* (*qua veste v. p. 881, 25 sq.*): PLAVT. Most. 1096 hic (*cum adv. ut* Truc. 715 AMM. 19, 9, 6. *al.*). VARRO ling. 5, 90 in loco aliquo (SALL. Catil. 57, 2 in agro Piceno. *et saepe, v. e. g. p. 879, 4. 880, 6 et cf. 2d infra*). QVINT. inst. 6, 4, 11 -entis magistratus (*solum ponitur part. praes. ut*: ACT. Arv. *p. 881, 19 sq.* TAC. ann. 1, 16, 2 SVET. Tib. 20. *al.*; *aliae formae*: TAC. ann. 13, 5, 2 -ere. PLIN. epist. 2, 11, 10 -bat. paneg. 60, 1 -es. SVET. Aug. 45, 1 -endo. *al.*). *al.*

2 *indicatur, quis (quid) custodiatur vel regatur per*: **a** *dat.*: CIC. Verr. II 5, 188. *et passim, v. e. g. p. 879, 47. 880, 37.* *dat. gerund.*: PAVL. FEST. p. 10 PLIN. nat. 22, 120 TAC. ann. 1, 76, 3 *et p. 881, 1. al.* **b** *acc.* (*sec.* tueor, obsideo, *v. Hofmann-Szantyr, 32*): SALL. *et* TAC. *p. 880, 22 sqq. 44. 62. 881, 12* (*dat. apud* SALL. *non legitur, apud* TAC. *decies*). HEGES. *p. 880, 1.* PRIMAS. *p. 879, 21; dubites de* AVR. VICT. Caes. 5, 15 (Hispaniae *edidit Pichlmayr*, Hispaniam *Dufraigne, uterque sine nota in app.*). **c** *gen.* (*sec. gr. cf. Löfstedt, Late Latin, 95 sq.*): NOVELL. Iust. *p. 880, 67.* **d** *praepos.*: *v.* super *p. 879, 72; ceterum huc vergunt quaedam exempla, ubi accedit* in *c. abl., sc. p. 881, 51. 58, cf. etiam* secundum *p. 880, 52.*

part. praes. **praesidēns,** -entis *pro subst. masc.* (*fem. l. 59. 67; pro adi. v. maxime l. 14*).

i. qui praesidet, praeses (*cf.* GLOSS. -s: iudex. praesul: iudex vel -s vel defensor. praesule: praeside vel praes⟨id⟩ente. *sim. al.*; *indicantur quae reguntur vel custodiuntur per dat. [sc. servata struct. verbali] l. 50. 62, per gen. l. 61*): **1** *usu communi de praepositis, qui praesunt*: **a** *civitati administrandae*: TAC. ann. 3, 40, 3 *seditiosi quidam* disserebant de continuatione tributorum, gravitate faenoris, saevitia ac superbia -ium. PLIN. paneg. 56, 6 augebant maiestatem -is diversi postulantium habitus. VET. LAT. Sirach 41, 21 erubescite ... a -e et potente de mendacio (*gr. 41, 17* ἡγουμένου). AVR. VICT. Caes. 13, 7 boni malive in re publica nihil est, quod in diversum traduci nequeat moribus -ium. COD. Theod. 1, 16, 11 provinciis -es (*item plur.*: 11, 7, 11. 11, 48, 6. *sing.* provinciae: 1, 16, 12 [praesidem *var. l.; praecedunt*: iudex, ... rectorem]). NOVELL. Valent. 7, 3, 2 ne cui *palatino* liceat sine iussu et testimonio -is ... commutare militiam (*cf. 1* praesulis). *al.* **b** *ecclesiae*: TERT. coron. 3, 3 nec de aliorum manu quam -ium sumimus *eucharistiam* (*cf. 3, 2* sub antistitis manu). ieiun. 17 p. 297, 2 (*spectat ad agapen psychicorum*) duplex ... -bus honor binis partibus *cibi* deputatur (*postea*: praepositis). LEO M. epist. 12, 1 integritas ... -ium salus est subditorum. 167, 1 *si* ordinatio eorum *clericorum* consensu et iudicio -ium facta est. CANON. Turner II p. 351 rec. III (*sim.* II) quod non oporteat eas, quae dicuntur presbyterae vel -es in ecclesiis ordinari (*gr. Mansi 2, 566*^{D} προκαθημένας). RVSTIC. Conc.^{S} II 3, 2 p. 111, 19 synodo Ephesenae, cuius -s fuit ... Cyrillus (*rec. ant.* praesul, *gr. II 1, 2 p. 103, 36* ἧς ἡγεῖτο). *al.* **c** *praesidio militari*: AMM. 19, 6, 10 stationibus -es. **d** *iudicio* (*in imag. de deo iudice*): HIER. epist. 22, 30, 5 (*narratur somnium*) ad -is genua provoluti, qui adstiterant, precabantur *pro reo*. RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 142, 8.

2 *peculiaria quaedam*: POTAM. subst. 5 cuius *tunicae texendae* ... procuranti (*abl.*) pollice ⌞-is⌟ ... fila servantur (⌞ ⌟ *sc. mulieris ad telam sedentis*). AVG. in psalm. 113, serm. 2, 3 ⌞quorum -ium⌟ varia fallacia mortiferi seminantur ... errores (⌞ ⌟ *daemonum, qui praesident simulacris; cf. p. 879, 73*). GREG. M. in Ezech. 1, 2, 8 *verbis prophetae* sublimitas -is ostenditur (*sc. spiritus sancti; opp.* persona obsequentis, *sc. prophetae; cf. p. 880, 14*). moral. 7, 34 a cursu saepe spumantes equos non -is dextera, sed campi terminus coercet (*cf. p. 879, 33*).

deriv.: praeses, praesessio, *?* praesidentia, praesidium.

Kooreman.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

praesīdero, -āre. [*a* prae *et* sīdus, -eris, *quam originationem in hac voce melius intellegimus quam in verbis similiter ut videtur formatis q. s.* con-, desiderare. *Sch.*] *i. q. sideris ortum praevenire*: PAVL. FEST. p. 223 -are dicitur cum maturius hiberna tempestas movetur, quasi ante sideris tempus (*gr. προχειμάζειν et Plin. nat. 18, 207 conferunt viri docti, v. supra p. 255, 70sqq.*). *Bk.*

1. praesidiālis *v.* -dalis.

[2. praesidiālis, *adi. a* praesidium *derivandum vix est quod agnoscas p. 876, 55.*]

praesidiāliter *v.* praesidalis.

praesidiārius, -a, -um. *a* praesidium. NOT. Tir. *v. l. 33 et fortasse p. 540, 63.* *nom. plur.* -ri *trad. cod. P* LIV. 29, 8, 7. *al.* *de notione*: FEST. p. 306 *v. l. 24.* GLOSS. -us: *φρουρός.* auxiliator. auxilium praebens (*eadem et similia perperam exhibentur ibid. etiam sub voce* praed(i)arius).

1 *usu originario, i. q. ad praesidium pertinens* (*masc. vel neutr. pro subst. l. 23. 32 et fortasse l. 37*): **a** *in re militari*: **α** *de copiis vel classe* (*sc. quae praesidio sunt*): LIV. 29, 8, 7 Pleminius Hamilcarem praesidii praefectum, ... -i milites Romani Poenos scelere ... superaverunt (LACT. mort. pers. 45, 4 *Maximinus* ad Byzantii portas accessit ...; erant ibi m. -i ... conlocati. AMM. 21, 12, 15). AVR. VICT. Caes. 33, 28 Claudium ... honore tribunatus Ticini retinentem -am manum. PS. ASCON. Verr. p. 243, 31 habent ... Milesii -am classem ex foedere praebendam populo Romano maritimis necessitatibus. *masc. pro subst. de militibus qui praesidio sunt*: FEST. p. 306 (*v.* GLOSS.^{L} IV p. 403^{b}) ⟨dicti prae⟩sidiari ante eos *triarios* ⟨qui in secundo loco e⟩rant aut in ali⟨o loco praesidio stat⟩uti (*sub voce* subsidium; *supplevit Lindsay sec. Schol. Isid.*). HIST. AVG. Aurelian. 6, 3 Sarmatas in Illyrico cum trecentis -is solus adtrivit. **β** *de munimentis* (*de* porta -a CIL III 14450 *v. p. 876, 71*): VET. LAT. I Macc. 12, 33 (rec. B) progressus est usque Ascalon et proxima castella -a ([*gr. ὀχυρώματα, rec. cett.* praesidia; *eadem respondent* 12, 35 *ibid.*]. AMM. 19, 9, 4). AMM. 18, 7, 10 castra duo -a (23, 3, 7. 28, 2, 4 [*de iisdem ibid. 2* munimentum]. 28, 3, 7. 29, 6, 2 [praesidia *trad.*]). 25, 9, 12 munimenta -a. *?neutr. pro subst. de praesidio, castello* (*nisi ad b*): NOT. Tir. 34, 11 -um.

b *usu vario*: COLVM. 4, 15, 1 -i malleoli propagandi sunt, qui in hunc usum fuerant depositi (*sim. in vite renovanda* [*dub. an pro subst.*]: 4, 21, 3 *palma* in pollicem tondeatur, quem quidam custodem, alii resecem, nonnulli -um appellant. *cf. p. 88, 4*). FRONTIN. aq. 14, 3 Augustae fons ... in Claudiam derivatus est, manente nihilo minus -o in Marciam.

2 *usu deflexo i. q. ad praesidem pertinens* (*quasi vox a* praeses *derivari possit pro* praesidarius, *quam formam postulat e. g. Souter, Gloss. of later Latin s. v.; sed cf. e. g.* praesidialis *pro* praesidalis *supra p. 876, 47*): HIST. AVG. Sept. Sev. 1, 7 *Severus* cum rogatus ad cenam imperatoriam palliatus venisset, qui togatus venire debuerat, togam -am ipsius imperatoris accepit.

praesidiātus *v.* praesidatus. *Pade.*

praesidicius, -a, -um. *a* praeses (*cf.* aedilicius *sim.*). *i. q. ad praesidem pertinens* (*sc. de eius sede vel de officiali quodam? vix significatur qui praeses fuit*): INSCR. Tripol. 55 (*contextu manco*) ⟨...⟩rimum praes⌊i-dic⌋ium v(iri) p(erfectissimi) Fl(avi) Victoris Calpurn⟨i ...⟩ (⌊ ⌋ *litteris minus certis; eidem* praesidi prov(inciae) Tripol(itaniae) *dedicatum est ibid. 569*).

praesidiēnsis, -e. *a* praesidium. *appellatio numeri cuiusdam militum (sc. primitus significans potius eos qui in praesidio collocati sunt quam qui praesidio sunt; tam adi. quam masc. pro subst.): forma originaria* -diensis *trad.*: NOT. dign. occ. 7, 86 -es (*inter numeros Galliarum*; praesidientes *var. l.*). *inde restituuntur*: NOT. dign. occ. 5, 94 -es (*in tabula insignium*; praesidiantes, presichantes *trad.*). 5, 243 -es (*inter legiones comitatenses*; praesichantes *trad.*). 32, 42 auxilia -ia (praesidentia *trad.*), in castris Herculis (*in Pannonia*).

cf. Onom.

praesidiolum, -ī *n.* *a* praesidium *deminutive.* *i. q. parvum praesidium*: NOT. Tir. 34, 10 -um.

praesidior, -ārī. *a* praesidium. [*vix est quod huc trahere temptes l. 55sq.*] *i. q. praesidio esse* (DOSITH.) *vel in praesidio esse* (GLOSS.): DOSITH. gramm. 77, 13 *βοηθῶ* -or (*inter* verba quae passive tantum efferuntur, ex quibus quaedam etiam activa sunt, quae fere sunt primae coniugationis. *in serie simili, sed sine explicatione*: CHAR. gramm. p. 465, 27. 479, 30). GLOSS. -or: *φρουρῶ.* *Bk.*

***praesidium,** -ī *n.* *a* praesidere (*item* PRISC. gramm. II 118, 9). *scribitur* pre- *e. g.* INSCR. Année Épigr. 1957 n. 279, 3 (*a. 151/2, Thrac.*); *gr. utramque formam exhibet* (*sc. et προισ- et προσ-, cf. Daris, Less. lat. nel greco d'Egitto, 1971, 94*). MAR. VICTORIN. gramm. 4, 9 scribamus ... -um per d potius quam per l (*cf. 4, 109* dinguam et linguam *eqs.; interceditne vox q. e.* praesul *? exempla desunt*). *notatur* praesi PAP. mil. Fink 70 frg. b col. II 13a (*nisi latet* praesidem). NOT. Tir. 34, 9. *genus*

neutr. testantur EXC. Bob. gramm. I 554, 25 -um, *φρουρά.* PS. ASPER gramm. suppl. 41, 28. *syntaxi turbata coniungitur cum adi. formae masc.* PLIN. phys. Bamb. 17, 24 potentissimus -um (*acc.*). *de formis: gen. sing.* -di *exhibetur* CIL VII 644 *metroque firmatur* PLAVT. Persa 125. *al.* ENN. scaen. 86. TER. Haut. 646 (-ii *trad. codd. vet., e. g.* LIV. 42, 37, 6 CELS. dig. 32, 79, 1); *abl. plur.* -dis *exstat* CIL III 3385 *a. 185* (-iis LAVD. Turiae 2, 65 *et in codd. vet., e. g.* CIC. rep. 1, 68 [*altera* i *addita a correctore cod.*]. LIV. 44, 2, 9; *metro firmatur* CLAVD. 22, 210. *al.*). *de notione et differentia*: VARRO ling. 5, 90 *v. p. 888, 41.* PAVL. FEST. p. 223 -um est, quod pro utilitate ac salute alicuius auxilii gratia praeponitur, subsidium, quod postpositum est ad subveniendum laborantibus (*alias differentias inter* -um *et* auxilium *et* subsidium *v. vol. II 1618, 56sqq.; addere possis* DIFF. ed. Brugnoli 63 -um, quod ante periculum datur). SYNON. Cic. p. 413, 29 auxilium. -um. subsidium. adiumentum. *eqs.* 432, 30 lumen. ornamentum. columen. culmen. decus ... -um (*cf. l. 36*). 440, 13 propugnaculum ... defensio. tutelae. -um. *eqs.* GLOSS. *βοήθεια. παραφυλακή, προστασία, πρόνοια, φρουρά, ὀχύρωμα.* perfugium vel auxilium. locus refugii. *sim. al.* *legitur inde a* PLAVTO *aliisque scaenicis et* CATONE, *saepissime in orat. prosa, maxime apud* CIC. (*fere 370^{ies}, maxime in oratt. et epist.*) *et rerum scriptores (imprimis* LIV., *sc. fere 775^{ies}), raro in poesi post scaenicos veteres, sc. apud* LVCIL. (*semel*), LVCR. (*quater*), VERG. (*semel*), HOR. (*sexies*), OV. (*quater*), GRATT. (*bis*), PHAEDR. (*bis*), SEN. (*novies*), OCTAVIAM (*semel*), IVV. (*ter*). *al.; abiit in sermonem gr. πραισίδιον* (*vel πρε-*). [*a plur.* -a: *hisp.* presea *'gemma'. cf. Corominas^{2} IV 643sqq. St.*] [*confunditur maxime cum* praedium, *cf. p. 578, 8 sqq. et cum* praeses, *cf. p. 870, 8; fortasse falso* praesidii *pro* praesidi CIL VIII 23751.]

I *i. q. actio vel status praesidendi, tuendi* (*sc. notione derivanda a vi praeverbii locali, cf. testimonia l. 10. p. 888, 42, ad vim temporalem inepte revocatur l. 13 et* DIFF. ed. Beck p. 40, 110). *in contextu variat vel coniungitur cum* auxilium PLAVT. Cas. 623 Rud. 665 ENN. scaen. 86 PACVV. trag. 155. *al.*, adiumentum RHET. Her. 4, 27, 37 CIC. Manil. 70 Lael. 46 BOETH. arithm. praef. p. 4, 2, tutela CIC. Mur. 22 VAL. MAX. 1, 6, 13 SVET. Aug. 25, 2, custodia CIC. Vatin. 22 Planc. 1. *al.* LIV. 7, 37, 13, subsidium CAES. Gall. 7, 62, 8. *al. (cf. p. 888, 34) et sim. al., ceterum cum* ornamentum CIC. inv. 1, 5 CAES. Gall. 1, 44, 5. 7, 15, 4. *al. (cf. e. g. p. 890, 52. 891, 33) et* decus LVCR. 2, 643 SALL. Iug. 19, 1 PS. SALL. rep. 2, 13, 1. *al.* (*cf. e. g. p. 890, 30*).

A *pertinet potius ad defendendum, custodiendum*: **1** *usu vario*: **a** *sine determinatione*: **α** *generatim*: Ⓘ *sing.* (*exempla selecta inde a* CIC.): PLAVT. Cas. 623 nescio unde auxili, -i, perfugi mi aut opum copiam comparem (*in serie simili*: Rud. 665). Rud. 683 nisi quid re -um apparas. ENN. scaen. 86 quid petam -i aut exsequar? PACVV. trag. 155 quo -o fretus, auxiliis quibus? RHET. Her. 4, 34, 46 quoinam -o pecuaria credemus? (*nisi ad II*). CIC. S. Rosc. 5 *patronus electus sum, non* uti satis firmo -o defensus Sex. Roscius, verum uti ne omnino desertus esset. div. in Caec. 15 cur a me potissimum hoc -um petiverunt. leg. agr. 1, 20 si -um *respiciendum est in colonia deducenda,* non praeponitur huic urbi ista colonia, sed opponitur (*cf.* Phil. 5, 27 urbis propugnaculum, coloniam ... -i causa conlocatam). Mur. 52 *ut omnes* ad opem -umque concurrerent. fat. 18 cur Epicurus fatum extimescat et ab atomis *casu declinantibus* petat -um (*sim.* 46). fam. 14, 18, 2 domus ut propugnacula et -um habeat (praedium *fere trad.*). CAES. Gall. 6, 34, 2 vallis abdita ... spem -i aut salutis ... offerebat. SALL. Catil. 57, 5 neque fugae neque -i ullam spem. LIV. 5, 44, 1 quod quisque possit in re trepida -i in medium conferre. CELS. 7, 33, 1 nihil interest, an satis tutum -um sit, quod unicum est. QVINT. decl. 368, 3 mares feminis iunguntur, ut imbecillior sexus -um ex mutua societate sumat. TERT. apol. 37, 10 tanti -i compensationem. MARCELL. med. 15, 8 *medicamentum* conficitur ... et reconditum in -o habetur (*item respicitur usus futurus*: 26, 111 nuculeolos tolles et servabis ad -um et, cum opus fuerit, ... tundes. 29, 46 ad -um ... condes. *cf. p. 888, 3*). *al.* *tutela praebetur actioni quam cautissime perficiendae*: VITA Caes. Arel. 1, 51 *aegrotus* ampullam, in qua erat oleum, cum maxima veneratione grandique -o ad caput suum petiit debere suspendi. Ⓘⓘ *plur.*: CIC. Sest. 84 copias comparavit; at ... nondum res ipsa ad eiusmodi -a viros bonos compellebat. SALL. Catil. 31, 4 parabantur. LIV. 31, 25, 6 ita ... aequum est ... me vestra meis armis tutari, ne mea interim nudentur -is. *al.* VAL. MAX. 7, 6, 1 p. 354, 10 quae, *e. g. dilectus puerorum et damnatorum,* ... saevitiae temporis convenientia -a videantur. CELS. 4, 9, 1 tuta illa -a *sunt* (*sc. fomentationes sim.*). CVRT. 4, 3, 24. IVV. 12, 56 -a adferimus. FIRM. math. 3, 4, 15 omnium -o desperatos repentinis facit Iuppiter -is liberari. AMM. 15, 5, 32 ut tueri possit salutem ad -a progressus extrema. *al.*

β *speciatim de munere militum, virorum armatorum* (*cf. e. g. p. 885, 58. 887, 17; plur. de munere variis locis administrando p. 885, 4. 9; exempla quaedam etiam notione meton. sub IIB illustrata explicari posse non negaverimus, e. g. p. 885, 33. 38sqq.*): Ⓘ *exempla pauca selecta notionem il-*

[Ramminger]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

lustrantia; respiciuntur qui: Ⓐ *excubias agunt, vigilant, custodiunt*: Plavt. Rud. 1051 (*ad servos custodes*) ite ... domum ... ex -o, praesides. Cic. Flacc. 28 -i causa classem habuit. Phil. 1, 25 forum saepietur ..., armati in -is multis locis collocabuntur. Tusc. 3, 17 qui propter metum -um reliquit. Brvt. Cic. fam. 11, 1, 6 ut liceret nobis Romae esse publico -o. Sall. Iug. 55, 4 ubi ... pabulo opus erat, cohortes cum omni equitatu -um agitabant. Nep. Timol. 1, 4 procul in -o fuit, ne quis satelles posset succurrere, *cum tyrannus interficeretur.* Liv. 5, 6, 14 fustuarium meretur, qui signa relinquit aut -o decedit. 5, 55, 1 cum ... cohortes ... ex -is revertentes ... forum transirent (*sing. in eadem re*: Val. Max. 1, 5, 1 -o [e -o A^2] cohortibus redeuntibus). 22, 17, 4 qui ad transitum ... insidendum locati erant, ... -o excessere. 31, 46, 7 classem in stationem ad Zelasium miserunt ..., ut, si quid inde moverent Macedonum naves, in -o essent. Qvint. decl. 364, 1 *ut comites armatos* in -o haberet, si *eqs. al. per imaginem vel comparationem*: Cic. fin. 1, 10 forensibus operis, laboribus, periculis non deseruisse mihi videor -um, in quo a populo Romano locatus sum. Cato 73 vetat ... Pythagoras (*cf. 44B 15* φρουρᾷ) iniussu imperatoris, id est dei, de -o et statione vitae decedere. ad Q. fr. 1, 3, 4 te ⟨in⟩ -o esse volui, si qui inimici *eqs.* (*item respicitur animi intentio sim.*: Sen. dial. 12, 5, 3 [*2* in aliena castra confugi] *viri sapientes* me iusserunt stare assidue velut in -o positum et ... omnis impetus *fortunae* prospicere). Ⓑ *oppida, castella sim. occupata tenent ibique stipendia merentur*: Cic. fam. 15, 4, 7 quae *cohors* erat Epiphaneae -i causa. Caes. Gall. 6, 33, 4 quae *legio* in -o relinquebatur *Atuatucae.* civ. 1, 15, 5 Camerino fugientem ... Hirrum cum sex cohortibus, quas ibi in -o habuerat, excipit. 2, 20, 2 quae *cohortes* essent ibi (*sc. Gaditbus*) in -o. 3, 106, 4 quos *milites* rex in oppido -i causa reliquerat. Bell. Alex. 19, 3 eos, qui -o eum locum tenebant, ... depulerat. Liv. 23, 39, 8 Marcellum ... cum ... copiis ... Nolam in -um misit. 24, 37, 8 se in -o impositum esse ... ab imperatore suo clavesque portarum ... ab eo accepisse. Fest. p. 190 qui fuerunt in -o obsessi. Pap. mil. Fink 63 II 21 (*ca. a. 100–105*) apsentes: ... Kas(t)rae in -o *milites tot* (*sim.* 27). Inscr. Brit. 1583 mil(ites) ... agentes in -o. *al.*

Ⓘ *locutiones potiores*: Cic. Verr. II 1, 67 in -o ... conlocatus *lictor* (Phil. 1, 25. *mera vi locali p. 891, 71. 892, 48; cf. l. 16*). 1, 86 quae *navis* eum -i causa Myndum prosequeretur (Flacc. 27. *al.* Caes. civ. 2, 18, 2. *al.* Bell. Hisp. 6, 3. *al.* Sall. Catil. 49, 4. *al.*). fin. 1, 10 deseruisse ... -um (Liv. 2, 10, 3 Vir. ill. 72, 10). Cato 73 de -o ... decedere (*al. v. vol. V 1, 122, 4sq. et fortasse 1277, 47*). ad Q. fr. 1, 3, 4 ⟨in⟩ -o esse (Caes. civ. 2, 20, 2 Bell. Alex. 57, 5 Sall. Iug. 58, 1. *et saepius*). Caes. Gall. 6, 33, 4 in -o relinquebatur *legio* (6, 38, 1 Liv. 1, 14, 9. 1, 38, 1. *al.; cf. p. 887, 50*). civ. 1, 15, 5 in -o habuerat *cohortes* (Liv. 32, 15, 1. 37, 16, 7 Qvint. decl. 364, 1). Bell. Alex. 19, 3 eos, qui -o eum locum tenebant (Frontin. strat. 2, 4, 4 Svet. Iul. 34, 1). Sall. Iug. 55, 4 -um agitabant (*al. v. vol. I 1334, 82sq. cf.* Amm. 18, 8, 2 equites ... -um ... agentes [26, 10, 1]). Liv. 23, 39, 8 in -um misit (27, 3, 9. 28, 28, 2. *al.*). 23, 41, 13 *Nolam* -o obtinebat (24, 1, 12. 33, 18, 21. *al.*). *sim. al.*

b *indicantur qui* (*quae*): **α** *custodiunt, defendunt* (*sc. per gen. vel pron. poss.; alia adi. pro gen. v. l. 62. 71; gen. inhaerentiae v. p. 886, 12*): Ⓘ *animantes: sing.*: Plavt. Persa 837 absque me ... et meo -o. Rud. 693 -o Veneris malitiae lenonis contra incedam (*item tuentur dei*: Cic. div. 2, 134 deorum. Hor. carm. 1, 15, 13 Val. Max. 6, 1 pr. Firm. math. 3, 3, 6. *al.; apud Christianos*: Hier. hom. Orig. in Luc. 31 p. 178, 11 non invocat -um Iesu. Svlp. Sev. chron. 1, 7, 1 -o dei. *sim. al.*). Ter. Andr. 843 animo ... otioso esse impero ... meo -o atque hospitis. Cic. Verr. II 2, 8 ut ... ad aram legum -umque vestrum, *iudices*, ... confugerint *Siculi.* Catil. 1, 11 compressi conatus tuos ... amicorum -o et copiis. Flacc. 103 omnium bonorum (dom. 95 Mil. 94. *cf. l. 67*). Sest. 12 sine militum -o tueri ... dignitatem (*sim. -o sunt armati*: Phil. 2, 112 armatorum. de orat. 2, 335 militum. fam. 15, 2, 7 exercitus mei. Caes. civ. 1, 42, 2 legionum. Hirt. Gall. 8, 19, 5 cohortium. *al.*). 131 *domus Flacci me* suo -o periculoque defenderat. prov. 41 cum ... popularis impetus populari -o propulsare possem (*item adi. pro gen.*: Liv. 40, 27, 11 alieno -o, non vestra virtute. Firm. math. 5 praef. 3 divino. err. 15, 3 humano. *al.; addas fortasse etiam l. 5. p. 886, 22*). *al. plur.*: Cic. Catil. 4, 18 patres conscripti, vobis populi Romani (*sc. etiam pauperum, libertinorum*) -a non desunt. Sull. 29 illis meis -is, *quibus rem publicam defendi*, ... invides. Att. 3, 10, 2 ecquis umquam ... tantis -is bonorum omnium concidit? Liv. 32, 21, 28 unde regiam societatem et Macedonum -a implorem⟨us⟩? Sen. Ag. 917 amici fida -a. Ps. Qvint. decl. 2, 19 prima sunt evigilantium -a clamores. Tert. adv. Iud. 7, 8 *Romani* legionum ... -is imperium ... muniunt. adv. Marc. 4, 12 p. 456, 14 Iesus divina -a ministrabat (Firm. math. 2, 30, 9 d. numinum -a. *al.*). Sacr. Leon. 1229 ut ... Andreae ... nobis adsint ... -a. *al.*

Ⓘ *res: sing.* (*exempla selecta*): Cic. inv. 2, 136 aequitatis -o *aliquid probare.* Cluent. 143 causam hanc -o legis defendere (p. red. in sen. 4 non legum -o, sed parietum vitam *tueri* [*item fere* p. red. ad Quir. 14]. *al.*

Sall. Catil. 33, 5 Sen. benef. 4, 28, 5. *al.*). Mur. 22 in tutela ac -o bellicae virtutis (parad. 16). Sest. 76 noctis et fugae. Vatin. 22 in iure legum, sed ianuae -o et parietum custodiis (*cf.* parietum -o *p. 885, 75 et* Pis. frg. 18 Liv. 40, 8, 2). Caes. Gall. 6, 5, 7 loci -o freti *Menapii* ([*4* paludibus silvisque muniti]. Liv. 4, 41, 6. 26, 46, 2 l. ac stagni. *al.*). 6, 14, 4 ut -o litterarum diligentiam in perdiscendo ... remittant. Hor. carm. 3, 29, 62 biremis -o scaphae (*v. Zinn, Festschr. Hommel, 1961, 185sqq.*). Liv. 37, 20, 14 in -um urbis redit *eruptione facta* (40, 49, 3). *al. plur.*: Cic. Lael. 46 fieri, ut mulierculae magis amicitiarum -a quaerant quam viri *eqs.* (Firm. math. 6, 30, 21. *al.*). off. 2, 73 *homines* spe custodiae rerum suarum urbium -a quaerebant. Plin. nat. 8, 113 *cervi* rursus fugae -a repetentes (Amm. 16, 12, 38). Apvl. met. 8, 17, 2 *canes* ad tutelae -a ... alumnati (*gen. inhaerentiae*). Firm. math. 6, 22, 2 virtutis incorrupta -a. Hier. epist. 16, 2, 2 -is fulta mundi Arriana rabies. Cod. Theod. 2, 16, 2 pr. legum sibi ... -a denegari. Sacr. Leon. 207 -a militiae christianae sanctis incoare ieiuniis (*imagine muneris militaris, cf. p. 884, 72*). *al.*

β *custodiuntur, defenduntur* (*res praeter l. 27*): Ⓘ *gen. vel pron. poss. (formas ambiguas etiam ad l. 37 trahere possis): sing.*: Afran. com. 151 quod vitae studium aut quod -um in posterum mihi supponebas? (*si gen. ἀπὸ κοινοῦ*). Crass. or. frg. Cic. orat. 219 ubi lubido dominatur, innocentiae leve -um est (Cic. Sull. 92 *iudices* ad -um i. constituti). Cic. Rab. perd. 4 perfugium et -um salutis (Planc. 90 civile -um s. Phil. 4, 4 libertatisque). Catil. 3, 5 adulescentes, quorum opera utor ... in rei publicae (re p. *var. l.*) -o ... miseram (Mur. 82 Phil. 8, 5. *al.*). Mur. 79 consulem ... deici de urbis -o et de custodia civitatis ... deturbari (Liv. 3, 5, 3 Valerius ad -um u. relictus. 4, 27, 1. *al.*). Phil. 10, 4 ad rei publicae, non ad suum -um (*item defenduntur animantes*: Att. 2, 1, 6 mei -i causa. *al.* Liv. 7, 29, 5 ad -um sociorum. 10, 29, 5 ad -um collegae. *al.*). fam. 11, 14, 2 *de* Caesare ... ad Italiae -um tenendo (*cf.* Liv. 10, 21, 7 regionis depopulatae. 10, 30, 8 exercitu relicto in Etruriae -o. *sim. al.*). *al. plur.*: Liv. 3, 18, 5 relicto ad portarum -a collega. 23, 4, 8 equites ... in -a Sicularum urbium delecti ab Romanis ac missi. Ivv. 7, 23 aliunde ... rerum exspectanda tuarum -a. Frontin. aq. 89, 1 principis ... parum -i⟨s⟩ ac voluptatibus nostris contulisse sese credentis. Ivst. 2, 11, 6 ceteros *milites* ad -a Graeciae servandos. Amm. 17, 13, 14 cunctis vitae -is circumcisis. Sacr. Leon. 848 per quos *angelos* multa -a nostrae salutis operaris. *al.* Ⓘ *dat.* (*qui pendet nimirum e locutione verbali; exempla selecta; cf. l. 18. p. 887, 18*): Plavt. Asin. 294 ne post tempus praedae -um parem (Mil. 222 coge in obsidium perduellis, nostris -um para. Cic. Planc. 82 amicis. Phil. 10, 9 -a ... libertati. *al.; cf.* comparare: Cic. inv. 1, 5 amicis. fam. 12, 25, 4. *al.*). Ter. Haut. 967 ibi tuae stultitiae ... erit -um (Cic. Catil. 2, 26 ut urbi ... satis esset -i. Att. 15, 14, 3). Rhet. Her. 4, 24, 33 ex honesta re ... sibi -um petere. 4, 27, 37 (*antea*: adiumento fuit) nihil Corinthiis erudita calliditas -i tulit (Cic. ad Q. fr. 1, 3, 5 ad Brut. 26, 2 Liv. 4, 49, 3. *al.*). Q. Cic. pet. 31 si ... -i se aliquid sibi constituere putant. CE 69, 1 (*saec. I a. Chr.*) parentibus -um ... pollicita pueri virtus ... occidit. Bell. Hisp. 38, 6 fuga sibi -um capiunt. *al.*

γ *arcentur, impugnantur* (*structurae pendent potius e locutione verbali excepta l. 56*): Cic. Manil. 70 *ut* mihi ... aut -a periculis aut adiumenta honoribus quaeram (*item cum dat.*: Rab. perd. 34 hisce ... malis magnum -um vobis maiores vestri reliquerunt). Sest. 92 in necessitate defendendae salutis suae -oque contra vim ... comparando (Tusc. 1, 62 qui *homines* -a c. feras invenerunt. ad Brut. 18, 4. *cf. p. 887, l. 20*). Phil. 12, 25 cum saeptus sis legibus ..., non sunt omnia timenda neque ad omnis insidias -a quaerenda (Liv. 3, 15, 8 ut incerto hoste -um satis fidum ad omnia esset). Vitr. 10, 10, 1 quae ad -a periculi et necessitatem salutis sunt inventa (*sc. machinae bellicae. ad gen. cf. p. 887, 64*). Sen. contr. 2, 1, 11 ut neque adversus ignem -um nec ex ruinis ... effugium sit (Ps. Sen. mon. 9 a. fortunam). Dom. Af. or. frg. Quint. inst. 9, 3, 79 amisso ... non -o inter pericula, tamen solacio inter adversa.

2 *forma* -um est in *aliqua re sim.* (*plur.* -a *l. 73; saepe in struct. partitiva, e. g.* aliquid -i Ter. Haut. 646 Cic. Verr. II 1, 72 Att. 16, 1, 3. *al.*, plus *vel* plurimum -i Rhet. Her. 3, 21, 34 Cic. orat. 141 Lael. 51. *al.*, quantum -i Cic. Mur. 82 Phil. 13, 29 Caes. civ. 3, 28, 4. *al.*, satis -i Cic. fin. 2, 84. *al.* Bell. Alex. 25, 6 Sall. Iug. 35, 4. *al.*, parum -i Bell. Afr. 87, 3 Liv. 1, 56, 7. *al.; pro praepos.* in *ponitur adv.* ubi *p. 887, 7*): **a** esse: **α** *in rebus*: Ter. Haut. 646 ut meae stultitiae in iustitia tua sit aliquid -i. Rhet. Her. 3, 21, 34 ita ..., ut multo plus in doctrina atque arte -i sit. Cic. Verr. I 8 in pecunia tantum -um ... esse. II 1, 72 in vestra fide. Cluent. 156 in lege (fin. 2, 84 satis est tibi in te, satis in legibus, satis in ... amicitiis -i. Liv. 3, 45, 2 in ea *lege.* 3, 56, 13. *al.*). Att. 16, 1, 3 *ἐν ὁμοπλοίᾳ.* fam. 13, 64, 1 sibi in Neronis patrocinio. *al.* Caes. civ. 3, 28, 4 in animi firmitudine. Sall. Iug. 14, 18 magna -a nobis in vostra amicitia fore. Liv. 1, 56, 7. 28, 15, 13 in armis. 38, 25, 13 cum ... plus in mora periculi quam in ordinibus conservandis -i esset. 40, 5, 11. Cels. 2, 14, 11 unicum in frictione -um

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

est. *al.* β *in animantibus*: CIC. Verr. II 4, 89 contra vim tuam in patronis -i nihil esse. Catil. 3, 27 magnum ... est in bonis -um. Mur. 82 in te. ad Brut. 23, 7 ut ... omne -um esset in puero (*sc. in Octaviano*). *al.* BELL. Afr. 87, 3 ⟨in⟩ Vticensibus ... parum [in] suis partibus -i esse. Alex. 25, 6. SALL. Iug. 35, 4 in amicis. Ps. SALL. rep. 2, 11, 5 in multitudine. LIV. 3, 36, 6 in populo. 26, 6, 7 in Hannibale. 31, 10, 7 in exercitu suo. 40, 15, 10 *frater me defendere debuit*; ubi -um esse oportebat, ibi exitium est. *al.* SEN. dial. 11, 12, 3. *al.*

b *verba varia*: RHET. Her. 4, 19, 27 qui sibi firmius in virtute quam in casu -um conlocavit. CIC. div. in Caec. 2 summum in veteribus patronis ..., non nullum etiam in me -um ... *Siculorum* fortunis constitutum esse. Phil. 10, 17 ut in eo *exercitu Bruti* firmissimum rei publicae -um ... poneret *Pansa* (CAES. Gall. 2, 11, 5 in fuga. 7, 10, 1 in eo *Caesare*. LIV. 45, 13, 7 in fide populi Romani). SALL. Catil. 19, 2 boni ... -um in eo *Pisone* putabant (NEP. Timoth. 3, 1 non satis in eo *duce* -i putabatur). LIV. 3, 26, 6 in quo *consule* cum parum -i videretur.

3 *dat. fin.* -o (*sed plur.* -is *l. 64; pertinet passim ad rem militarem; apponi solet fere ubique dat. rei vel personae custodiendae* [sibi *l. 34, cf.* inter se *l. 35*, invicem *l. 41*]; *ceterum indicatur locus e. g. l. 30. 47. 53, qui [quod] arcetur per praepos.* contra *l. 25. 33. 50; accedunt attributa e. g. l. 25. 42, cf. adv. l. 35; sine additamentis e. g. l. 34. 44. 54*): **a** -o esse (*selecta quaedam; cf.* VVLG. I par. 19, 12 ero tibi in -um [*antea*: auxilio eris mihi]; *aliter* in -o *p. 885, 38*): α *custodiunt homines* (*canes* VARRO rust.): SCIP. min. or. frg. Paul. Fest. p. 151 vobis reique publicae -o erit is, quasi millus (*i. collare*) cani. CIC. Quinct. 5 si tu iudex nullo -o fuisse videbere contra vim et gratiam solitudini atque inopiae. Manil. 32 cui *sociorum* -o classibus vestris fuistis? Phil. 7, 13 milites ... -o sunt ... consuli. fam. 15, 2, 4 regi regnoque. 15, 14, 6 fuisti ... -o tristissimis meis temporibus. LVCR. 2, 643 parentibus. CAES. Gall. 2, 26, 3 quae *legiones* in novissimo agmine -o impedimentis fuerant. 5, 9, 1 navibus. civ. 3, 99, 4 quae *cohortes* -o in castellis fuerant. 3, 101, 3 cum esset legio -o Messanae (*dat. an locat.? cf.* BELL. Afr. 85, 1 Thapso. LIV. 3, 22, 3 Romae. 21, 21, 13 Carthagini. *al.*). BELL. Afr. 55, 2 quae *cohortes* essent -o contra Gaetulos. 85, 4 ibi (*in castris*). SALL. Iug. 93, 8 delegit ..., -o qui forent. VARRO rust. 2, 9, 3 catuli ... neque sibi neque ovibus sunt -o. 2, 9, 6 *canes* cognati maxime inter se sunt -o. NEP. Con. 2, 1 civibus. *al.* β *custodiunt res* (*cf. etiam l. 24*): CIC. inv. 1, 5 quae *eloquentia* ... rei publicae -o esset. Mur. 56 ingenium ... multis. Planc. 82 amicitiam meam voluptati pluribus quam -o fuisse. BRVT. Cic. ad Brut. 12, 2 nihil ... senatus cuiquam dare debet, quod male cogitantibus exemplum aut -o sit. CAES. Gall. 6, 34, 6 locus erat ... -o barbaris. civ. 3, 26, 2 auster. HIRT. Gall. 8, 29, 1 quae *acies* suis esset equitibus invicem -o. BELL. Afr. 85, 5 miseris ea res parvo -o fuit. SALL. Iug. 19, 1. LIV. 25, 31, 10 propinquis ... honori -oque nomen ac memoriam eius *Archimedis* fuisse. CELS. 2, 8, 17 ipsa febris ... saepe -o est. *al.*

b -o relinquere (*cf.* ad -um, ad -a *p. 886, 26. 31. al.*, in -o *p. 885, 39. 886, 30*, in -um CVRT. 7, 3, 5): CIC. Att. 8, 11^{d}, 3 ut -o quod satis esset ⌞Capuae⌟ relinqueret (*nisi* -o *cum* satis esset *iungas;* ⌞ ⌟ *potius locat. quam dat., sed cf. l. 31; sim.*: CAES. civ. 1, 63, 1 Ilerdae. 3, 78, 4 Apolloniae. *al.*). CAES. Gall. 3, 26, 2 *cohortes* -o castris relictae (*cetera exempla una cum iuncturis aliis v. vol. III 554, 13sqq.*). 7, 62, 8 qui -o (in -o *cod. unus*) contra castra Labieni erant relicti. 7, 68, 2 impedimentis ... deductis duabusque legionibus -o relictis. civ. 1, 69, 4 omnes copiae paucis -o relictis cohortibus exeunt. 2, 22, 6 duas ibi legiones -o relinquit. *al.* BELL. Alex. 76, 3 quas *cohortes* Pharnaces -o reliquerat. LIV. 29, 22, 12 provinciae. *al.*

c *aliae iuncturae* (*sine verbo* LIV.; *cf. praepos.* ad *et* in *c. acc. p. 886, 26. 28. 31. 56. al.*, -i causa *e. g. p: 885, 35. 886, 28*): CAES. Gall. 6, 8, 5 turmis -o ad impedimenta dimissis (missis *Meusel*). civ. 2, 19, 4 deductis ... in arcem oppidi cohortibus ... -o. 3, 7, 2 *cum* XII naves longas -o duxisset. 3, 75, 1 his *impedimentis* una legio missa -o est (*al. v. vol. VIII 1187, 68sqq.*). *al.* HIRT. Gall. 8, 35, 2 Drappes castris -o cum parte copiarum resistit. *al.* SALL. Iug. 85, 4 omnia haec -o adsunt (PRVD. psych. 910). *al.* NEP. Ages. 3, 5 suis -o profectus est. LIV. 22, 23, 10 in statione erat simul castris -o et circumspectans, necunde *eqs. al. plur.* -is: AVSON. Mos. 456 -is dubiarum condita rerum ... castra.

B *pertinet potius ad auxiliandum, adiuvandum* (*sc. respectu defensionis minus manifesto*): **1** *varia* (*dedimus exempla pauca minus dubia*): RHET. Her. 3, 7, 13 si *quis natus sit* humili genere, ipsum in suis, non in maiorum virtutibus habuisse -um. BELL. Alex. 16, 5 ut neque ... ars *gubernandi* -um ferret neque ... multitudo prodesset. LIV. 1, 41, 1 alia -a molitur *Tanaquil, ut regnum retineat.* VITR. 1, 1, 4 geometria ... -a praestat architecturae. VAL. MAX. 6, 2 ext. 1 *mulier a rege* aequitatem ... extorsit ... -um a libertate ... mutuata. SEN. dial. 3, 17, 2 *rationem* ab iracundia petere -um. epist. 94, 31 *indoles naturalis* nancta ... -um et adiuta praeceptis evalescit. COLVM. 2, 6, 2 ubi ... matura satio *frumenti* est omissa, -um ab hoc *tritici genere* petitur. 2, 15, 5 lupini ... -um expeditissimum *in stercoratione.* DECL. in

Catil. 98 *Catilinae* -o consilioque cupiditates ... iuvari. APVL. met. 5, 17, 1 solito venti -o ... devolant *sorores ad Psychen.* FILASTR. 128, 7 qui ... currit cum superbia ..., non a deo sperat -um. *al. respiciuntur quae usui (futuro) praesto sunt* (*cf. p. 884, 58*): COLVM. 3, 16, 2 *in serendo* -i causa, quorum ex numero propagare possit *agricola* in locum demortuae vitis, quinque malleoli pangendi sunt. PETRON. 79, 1 neque fax ulla in -o erat, quae iter aperiret errantibus (SOL. 52, 30 *gentes quaedam* longius ... pergentes ... in -o gerunt *poma*).

2 *indicatur cui rei consulatur* (*personae l. 30; structurae sub a et c pendent nimirum a locutione verbali; negleximus enunt. secund., e. g. l. 6*): **a** *praepos.* ad: CIC. Catil. 4, 14 ut habeam satis -i ad ea, quae vos statueritis ..., transigenda (*item c. gerund.*: fam. 9, 16, 5 ad ea obtinenda. FIRM. math. 4, 8, 1). 4, 23 cui *filio* ... satis erit -i non solum ad salutem, verum etiam ad dignitatem, si *eqs.* Tusc. 2, 2 qui ... mortem non timet, magnum is sibi -um ad beatam vitam comparavit (5, 83. *cf.* 5, 2 si -i ad beate vivendum in virtute satis est. 5, 12 ad bene vivendum [5, 53]. *cf. etiam p. 891, 47*). LIV. 34, 7, 4 -um ... in eo *auro* est et ad privatos et ad publicos usus (APVL. Plat. 2, 23 p. 253 ad usum ... vitae [*antea*: adminiculis]). SEN. dial. 9, 10, 6 ad secundos casus. **b** *gen.* (*nisi intellegas dat. e. g.* OV., APVL.): CIC. off. 1, 58 necessaria -a vitae debentur *patriae et parentibus* (PETRON. 116, 4 aliud ... v. -um quaerite *ac negotiationem.* SOL. 30, 8 locustas ... in -um v. solas habent [*Plin. nat. 6, 195* locustis ... vivit]. FIRM. math. 2, 13, 6 PAVL. PELL. euch. 299. *al.*). OV. ars 3, 207 hinc (*i. a libello meo*) ... -um laesae petitote figurae (puellae *var. l.*). VAL. MAX. 3, 8 ext. 6 incolumitatis. APVL. met. 7, 28, 1 vindictae meae. SOL. 20, 3 ad -um itineris dirigendi. COD. Theod. 6, 26, 1 litterarum. ENNOD. opusc. 2, 26 p. 295, 24 solem facibus non iuvari nec ad -um diurnae lucis lychnos accendi.
c *dat.* (*formas ambiguas v. sub b*): PLIN. nat. 8, 30 *elephantis non est* -um abigendo taedio muscarum. AVELL. 194, 2 (*Hormisdae papae*) tam utrique nostrum quam rei publicae supernum precibus vestris placetur -um. COD. Iust. de cod. confirm. 2 nostro studio pro re publica instituto suum -um deus ... adnuit.

II *metonymice de eo ipso, qui (quod) -o est, tutatur, adiuvat sim.* (*in contextu occurrit* subsidium CIC. Manil. 34 Sest. 144 VAL. MAX. 4, 7 pr.): **A** *pertinet ad quamlibet tutelam, defensionem*: **1** *fere technice de militibus, hominibus armatis* (*aliter, sc. honorifice dictum, p. 890, 41. 51. al.*). *intelleguntur imprimis manus quaedam armatorum, sc. partes copiarum (distinguitur* exercitus *e. g. l. 46. 57), sed potius totae copiae e. g. l. 51. 55. 64 et sub aδ; ceterum adhibetur plerumque de copiis terrestribus (distinguitur* classis CIC. Verr. II 5, 87 Manil. 34, naves *e. g.* CIC. Manil. 35 LIV. 36, 12, 9. *al.*), *rarius de maritimis, v. infra l. 56. definitur*: VARRO ling. 5, 90 -um dictum qui extra castra praesidebant in loco aliquo, quo tutior regio esset (*distinguitur* obsidium). *gr. respondet φρουρά e. g.* RVFIN. hist. 2, 21, 1 *et* GLOSS.

a *exempla notionem illustrantia* (*selecta inde a* CIC.): α *vario usu* (*in imag.* PLAVT.): PLAVT. Persa 754 bello exstincto ..., integro exercitu et -is (*sc. iocose de rebus prospere gestis*). CATO orat. 22 eas res non posse sustineri nisi eo, *sc. in Hispaniam*, -a magna frumentumque ⟨mitterentur⟩ (*cf.* 24 ad socios ... dispertieram alio frumentum, ... alio -um. *in eadem re*: LIV. 34, 11, 2 *queruntur legati* castella sua oppugnari ..., nisi -um Romanus misisset: tria milia militum satis esse). LVCIL. 220 -um castris educere crevit *Aemilius Paulus* (*sc. copias ibi a Liguribus obsessas? aliter, sc. de militibus, qui ceteris absentibus castra custodiunt*: CAES. Gall. 3, 23, 7 castris satis -i relinquere. civ. 3, 94, 5 castrorum -a [LIV. 7, 37, 6. 21, 56, 8. *al.*]. *al.*). CIC. Verr. II 3, 186 classis pulcherrima, Siciliae -um propugnaculumque provinciae, ... incensa est (*item in rebus maritimis*: LIV. 30, 8, 2 modicis ... -is ... terra marique relictis ipse cum robore exercitus ... pergit. 35, 26, 2 maritima. *cf. p. 889, 10. 890, 15*). 5, 5 in Sicilia -a ad illorum *fugitivorum* adventum oppositā *esse.* leg. agr. 2, 77 contra vos firmari opes, armari -a. Sest. 100 maioribus -is et copiis oppugnatur res publica quam defenditur. prov. 5 Macedoniam ... tenui -o atque exigua manu ... tuebamur. Att. 9, 3, 1 cum ea *Italia* tota armis -isque teneatur. CAES. Gall. 7, 69, 7 eadem *castella* excubitoribus ac firmis -is tenebantur. civ. 3, 39, 1 deductis orae maritimae ... -is. BELL. Hisp. 30, 1 *Mundae* erat acies *Pompeianorum* XIII aquilis constituta ...; nostra -a LXXX cohortibus. NEP. Hann. 11, 4 nisi *rex e pugna navali* intra sua -a se recepisset, quae in proximo litore erant collocata (*nisi ad p. 892, 4*). *al.* β *-a imponuntur oppidis occupandis vel defendendis* (*insulae* RHET. Her.): RHET. Her. 4, 54, 68 Lemnum praeteriens cepit, inde Thasi -um reliquit. CIC. leg. agr. frg. 2 Capuam colonis deductis occupabunt, Atellam -o communient, ... cetera oppida -is devincient (*sim.* 2, 86). Catil. 1, 1 nocturnum -um Palati, ... urbis vigiliae. Att. 7, 14, 1 *ut Caesar* de iis oppidis, quae extra suam provinciam occupavisset, -a deduceret. fam. 1, 7, 4 cum pace -isque firmaris *Alexandriam*, Ptolomaeus redeat. CAES. civ. 1, 13, 2 Varus -um, quod introduxerat, ex oppido educit. BELL. Afr. 33, 1 *Acyllitani a Caesare petunt*, uti sibi -um daret. 76, 1 in quo

[Ramminger]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

oppido Considius ... fuerat cum grandi -o cohorteque sua gladiatorum. Hisp. 35, 1 Caninium cum -o legatum intromittit *in oppidum.* 35, 4 -um, vigiles iugulant *oppidani.* SALL. Iug. 54, 6 oppida temere munita aut sine -o. LIV. 1, 33, 4 urbs tuta munitionibus -oque firmata valido erat. 3, 30, 2 *ni* Corbione amissum -um nuntiatum esset. 3, 30, 8 interfecto -o. 5, 16, 2 ad Anxur, ubi -um obsidebatur. 21, 48, 9 praefecto -i corrupto traditur Hannibali Clastidium (*al. v. p. 631, 7sqq.*). 23, 18, 5 parvam urbem parvumque -um ... oppugnare. *al.* γ *-a protegunt homines singulos vel coetum*: CIC. S. Rosc. 13 ad ... iudicium cum -o venit, ne ... trucidetur *ab accusatoribus.* Verr. II 1, 86 hoc -o Myndum profectus est (*sc. nave Milesiorum*). Phil. 3, 13 de -o, ut senatum tuto consules ... habere possint, rettulistis. 8, 6 consul se cum -o descensurum esse dixit. rep. 1, 68 *tyranni* -is ..., ut Athenis Pisistratus, saepiuntur (*item plur.*: SALL. Catil. 50, 4 LIV. 40, 21, 11). Att. 1, 16, 5 *iudices* non esse venturos nisi -o constituto. SALL. Iug. 65, 2 (*antea*: custodiae causa turmam equitum *petit nepos Masinissae*). NEP. Them. 8, 5 quod satis esset -i, dedit *Themistocli Pydnam deducendo.* LIV. 1, 41, 6 Servius -o firmo munitus. 10, 25, 5 lignatores ei cum -o occurrunt. 25, 16, 23 Gracchum ... nudatum -o vivum capere Poeni nituntur. VAL. MAX. 3, 2, 12 quorum *Thracum* is *Crassus* magnum numerum in -o habebat. ASCON. Mil. p. 36, 17 Marcellus et ... Milo a Domitio *quaesitore* -um imploraverunt. *al.* δ *per locut. praepos.* in -is (-a) *alicuius (suppl. l. 28) vel* intra -a *alicuius indicatur, cuius quis partes in bello sequatur* (*notione generali* -a *significant cunctas opes bellum gerentis, ut hic illic comprehendatur etiam regio, quae ab eo tenetur [cf. quae certe ad B pertinent p. 892, 17 sqq.]; aliter p. 888, 66*): LEX Corn. Cic. S. Rosc. 126 eorum bona veneant ..., qui in adversariorum -is occisi sunt (*item* in *c. abl.*: CIC. S. Rosc. 126 dum -a ulla fuerunt, in Sullae -is fuit. Lig. 28 [*27* ad Cn. Pompei castra venit] tantummodo in -is eratis, animi vero a causa abhorrebant. 30 quibus in -is fuerit *Ligarius*, quaere. fam. 13, 19, 1 Lyso fuerat in nostra causa nostrisque -is. BELL. Alex. 23, 1. 33, 2 *Cleopatra* manserat in fide -isque eius *Caesaris*). LENT. Cic. fam. 12, 15, 1 in ... Macedoniam -aque rei publicae, quae M. Brutus ... tenebat, me contuli (*item* in *c. acc.*: BELL. Afr. 35, 4 ad te voluimus in tuaque -a confugere). CAES. civ. 3, 83, 3 qui ... intra -a Pompei fuissent neque operam in re militari praestitissent (LIV. 24, 48, 10 *ut* Numidas, qui i. -a Carthaginiensium auxiliares essent, ad transitionem pellicerent. 25, 24, 15 [*de iisdem 25, 23, 4* transfugas]. 25, 31, 3. 38, 11, 4 cum i. -a Romana Aetoli essent. *al.* CVRT. 4, 4, 15).

b *iuncturae notabiliores*: α *cum verbis*: RHET. Her. 4, 54, 68 Thasi -um reliquit (*item indicatur ubi*: POMP. Cic. Att. 8, 6, 2 Capuae. CAES. Gall. 6, 9, 5 in Treveris ad pontem. 7, 61, 5 e regione castrorum. *al.* BELL. Afr. 33, 3 ibi. *et saepe. indicatur cui*: CAES. Gall. 3, 23, 7 castris satis -i. 6, 7, 4 impedimentis. civ. 3, 78, 1 urbibus. LIV. 3, 3, 1. *al.; ceterum* LIV. 5, 41, 5. *al.*). SISENNA hist. 97 -a de locis deducere (*al. v. vol. V 1, 275, 33sqq., ubi legas l. 35* Gall. 2, 33, 2 *et* civ. 2, 18, 5, *l. 38* LIV. 32, 10, 3 *et* 32, 33, 6). SENT. trib. pl. (Ascon. Mil. p. 40, 25; *a. 58 a. Chr.*) hominibus armatis, -is dispositis ... Cn. Pompeius obsessus ... est (CIC. Phil. 5, 9. CAES. Gall. 4, 4, 3 cis Rhenum. 7, 55, 9 ad ripas. civ. 1, 72, 5 in montibus. *et saepius*). CIC. Mil. 2 illa -a, quae pro templis omnibus cernitis, ... contra vim collocata sunt (*al. v. vol. III 1636, 13sqq.; cf.* locare *vol. VII 2, 1562, 82*). de orat. 2, 303 (*in imag. de patronis causam male tuentibus*) versantur ... in hostium castris ac sua -a dimittunt (*al. v. vol. V 1, 1210, 37sq.; addas e. g.* LIV. 36, 10, 3). fam. 2, 17, 3 -a, quae magna et firma paraveram, ... dimisi (*minus probabiliter huc referas p. 884, 65; cf.* comparare *vol. VIII 2014, 61sq., ubi addas* BELL. Hisp. 22, 6 LIV. 35, 3, 6. *al.*). PLANC. Cic. fam. 10, 18, 4 -a ... ibi firma posui (CAES. Gall. 2, 5, 6. *al.* BELL. Alex. 19, 1 NEP. Alc. 4, 7 LIV. 7, 34, 14. *al.; cf.* imponere *vol. VII 1, 650, 73sqq., ubi l. 74 legas* 9, 40, 20). CAES. civ. 3, 34, 2 -o misso ... civitates imperata facturas *esse* (*al. v. vol. VIII 1183, 11sqq.; addas e. g.* BELL. Afr. 36, 3 SALL. Iug. 77, 1 *nec non p. 888, 48, si recte suppletur*). HIRT. epist. Cic. Phil. 8, 6 (*iterat* CIC. *ibid.*) deieci -um, Claterna potitus sum (*al. v. vol. V 1, 397, 69sqq.*). BELL. Hisp. 35, 2 quare *pars Pompeiana* -um receptum indignaretur (LIV. 23, 7, 5. 25, 8, 8 FRONTIN. strat. 2, 11, 2. *cf.* accipere: LIV. 8, 27, 10 in loca munita. 9, 16, 4. 21, 57, 13 intra moenia. *al.*). *al.*

β *cum adi. vel gen. subst. (exempla selecta); respicitur*: ① *cuius sit -um* (*sc. qui id imposuerit sim.; quid custodiatur indicatur e. g. p. 888, 54. 71*): LEX Corn. Cic. S. Rosc. 126 in adversariorum -is (CAES. civ. 3, 35, 1 BELL. Afr. 3, 1. *al.*). CIC. S. Rosc. 126 in Sullae -is (*cf.* CAES. civ. 3, 83, 3 Pompei. BELL. Afr. 33, 5 Caesaris. 50, 4 Labieni. *talia et sim. saepius*). Catil. 2, 24 instruite nunc, Quirites, contra has ... Catilinae copias vestra -a vestrosque exercitus (*item cum pron. poss. e. g.*: BRVT. Cic. fam. 11, 13, 4 meum. HIRT. Gall. 8, 35, 5 sua. BELL. Alex. 44, 5 nostrum. *al.*). Mil. 61 publicis -is et armis (71 p. -orum copiis). Phil. 7, 18 bonorum (*cf.* 10, 10 optimorum et fortissimorum civium imperiis et -is). LENT. Cic. fam. 12, 15, 1 rei publicae. BELL. Afr. 3, 5 ab hostium -o (BELL. Alex. 32, 1 SALL. Iug. 67, 1. *al.*). 23, 1 regium (77, 1 LIV. 30, 12, 22. *al.; cf.* HOR. epist. 2, 2, 30 regale). NEP. Epam. 10, 3 Lacedaemoniorum (*item c. gen. nominum populorum*: Pel. 3, 3 LIV. 9, 16, 3. 9, 16, 7. *al.*). *al.*

② *quale sit -um* (*sc. ex quibus constet praeter l. 17*): CIC. Mur. 52 descendi in campum cum firmissimo -o fortissimorum virorum. Pis. 84 magna -a et auxilia (et *om. pars codd.*, et a. *del. Baiter*) .... peditum equitumque (SALL. Iug. 50, 3 -o ... duum milium p. LIV. 42, 54, 8 equitum p.que. *al.*). LENT. Cic. fam. 12, 15, 6 -um voluntarium ... comparavi. CAES. Gall. 6, 7, 4 -o quinque cohortium ... relicto (7, 65, 1 civ. 1, 18, 1 BELL. Afr. 9, 1. *al.*). 6, 43, 6 non maiore equitum -o quam quattuor (*al. v. vol. V 2, 711, 56sqq., ubi legas* SALL. Iug. 105, 2 *pro* 104, 2). civ. 2, 23, 4 oppidum ... unius legionis -o tuebatur (3, 1, 4 LIV. 41, 12, 1. *al.*). 3, 11, 3 *Torquatus* -um ... ibi Parthinorum habebat (*item cum gen. nominum populorum*: BELL. Afr. 38, 2 Numidarum. *al.* LIV. 27, 15, 9. *al.*). 3, 80, 1 -um ... ab eo militum petierat *gens quaedam* (BELL. Alex. 44, 1 LIV. 23, 20, 1. 26, 46, 8. *al.*). BELL. Afr. 78, 1 equestre. BELL. Hisp. 32, 6 Pompeius ad navale -um Carteiam contendit (LIV. 32, 8, 10 n. terrestribusque. FRONTIN. strat. 1, 4, 14). LIV. 41, 1, 6 -um stativum, ... cohors Placentina (44, 40, 6 s. erat -um ..., tres cohortes *eqs.* FEST. p. 309. *vi locali p. 892, 46*). *al.*

2 *de quibuslibet animantibus*: **a** *vario usu*: PLAVT. Men. 136 (*Menaechmus interpellatus est a parasito*) perii, in insidias deveni. :: immo in -um, ne time (*imagine militari ut 134; an ad B?*). CIC. S. Rosc. 151 *ne consilium publicum* (*sc. iudices*) -um sectorum existimetur. Font. 47 *virgini Vestali* quod -um ... reliquum est hoc *fratre* amisso? nam ceterae feminae gignere ipsae sibi -a et habere domi ... socium ... possunt (*cf. de coniuge*: LAVD. Turiae 2, 65 tantis talibusque -is orbatus. *de filiis variisque propinquis*: SALL. Iug. 14, 15 generis -a omnia extincta sunt. SEN. dial. 6, 17, 1. 12, 14, 1. *al.*). Att. 14, 13^{b}, 3 non esse insectandos inimicorum amicos ... nec his -is nosmet ipsos esse spoliandos. PVBLIL. sent. M 68 malus quicumque in poena est, -um est bonis. LVCR. 3, 898 non poteris factis florentibus esse tuisque -um. HOR. carm. 1, 1, 2 Maecenas, ... o et -um et dulce decus meum. 2, 1, 13 insigne maestis -um reis et consulenti, Pollio, curiae (*item de patrono causae*: OV. Pont. 4, 16, 42 Cotta ..., Pieridum lumen -umque fori. AVSON. Mos. 401 reis). GRATT. 220 -um atque operi spes magna petito (*de cane ut*: PETRON. 64, 7 -um domus familiaeque). *al.* *de patrono collegii*: CIL XII 1877 *cuidam* aedili ... fabri tignuari Viennenses -o suo. **b** *respiciuntur qui rem publicam, civitatem potentia vel armis tuentur* (*cf. etiam l. 31*): PLAVT. Cas. 536 (*ironice*) eccum egreditur senati columen, -um popli, meus vicinus. CIC. Sest. 144 Milonem ..., subsidium ... rei publicae, ... defensorem templorum ..., -um curiae. Phil. 3, 34 di immortales nobis haec -a dederunt, urbi Caesarem, Brutum Galliae. 3, 36. 14, 34 *parentes* tanta rei publicae -a genuerunt (*sc. milites ut*: LIV. 27, 45, 7 illos *milites* -a rei publicae, vindices urbis ... appellabant. IVST. 14, 2, 8 refugia ... et unica -a. *cf. singulos pugnantes l. 47. al.*). fam. 12, 5, 3 Sulpicii morte magnum -um amisimus. SALL. Iug. 10, 4 non exercitus neque thesauri -a regni sunt, verum amici. Ps. SALL. rep. 2, 13, 1 (*patria et parentes ad Caesarem*) nos te genuimus ... decus -umque nobis, hostibus terrorem. VERG. Aen. 11, 58 quantum -um (*i. Pallantem*), Ausonia, et quantum tu perdis, Iule. DECRET. decur. Pis. (CIL XI 1421) 14 C. Caesarem ..., coloniae ... unicum -um. LIV. 1, 39, 3 hunc *puerum* (*i. Servium Tullium*) ... futurum -um ... regiae afflictae. 1, 56, 3 colonos ..., -a urbi futura terra marique. SEN. contr. 1, 8, 9 *qui ter fortiter fecerit, militia vacet*; iam illum magis posse ornamentum esse quam -um. 1, 8, 12. VELL. 2, 103, 1 fortuna ... rei publicae sua -a reddiderat (*sc. Tiberium ut*: 2, 111, 2 -um militum [ultimum *Lipsius*]. SVET. Tib. 21, 3 unicum populi Romani -um). *al.*

3 *de rebus*: **a** *corporeis; respiciuntur*: α *pecunia, substantia, bona mobilia sim.* (*huc spectant etiam l. 45. p. 891, 2. 42. 51. 58*): PLAVT. Persa 125 *Cynicus* marsuppium habeat, inibi paullum -i. Poen. 670 trecentos nummos Philippos portat -i. CIC. Verr. I 10 hoc erepto -o (*antea*: pecunia). Ps. QVINT. decl. 13, 10 annuos fructus, -a paupertatis, amisi. FIRM. math. 4, 10, 9 *ut fraude* patrimonii sibi -a comparent (6, 32, 10). QVEROL. p. 52, 15 -um paternum ut efferrem de domo. ADDIT. Prosp. Havn. chron. I p. 305, 2 rex Burgundionum cum gente et omni -o ... intra Galliam ad habitandum ingressus. GREG. TVR. dorm. 3 inspecto ... -o domus abstulerunt aurum ... et vestimenta *et* ... suppellectilem. glor. mart. 104 p. 559, 14 omnia rerum suarum -a (*de eadem re Franc. 7, 35 p. 356, 5* thesauris, *8* substantiam ... *et* suppellectilem). PACTIO reg. Greg. Tur. Franc. 9, 20 p. 436, 7 si quid de agris fiscalibus vel speciebus atque -o *donaverit* (*item* p. 437, 5). *al.* β *medicamenta*: GRATT. 462 his lave -is adfectaque corpora mulce. CELS. 2, 18, 1 haec (*cibi et potiones*) ... non omnium tantum morborum, sed etiam secundae valetudinis communia -a sunt. 5, 18, 33 eadem podagrae -a sunt (-o *edd.*). PLIN. nat. 22, 30 *bis* (*ibid.* remediis, auxilia). 22, 90 *radix* aurium morbis -um est. 24, 90 folia eius *rhododaphnes* quadripedum venenum esse, homini vero contra serpentes -um. SOL. 40, 24. FRG. Ps. Apul. herb. l. 2 -um pastillorum, auxilium sanitatis. Ps. THEOD. PRISC. ves. vit. 2 p. 264, 4 vehemens et experimentatum in dolore -um.

[Ramminger]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

PLIN. phys. Bamb. 17,24 *bis.* **γ** *varia*: CIC. rep. 2,11 urbis *collibus tutae* ... nativa -a. SALL. Iug. 62,9 multis magnisque -is ... perditis (*cf. 62,5* argenti *tantum*, ... elephantos, ... armorum aliquantum). VAL. MAX. 7,4,3 proici -a inopiae (*i. panes*). SEN. Herc. O. 1830 reliquiae *Herculis* (*sc. cineres*) auxilium dabunt, erunt satis -a. Med. 890 alit unda flammas ..., ipsa -a occupat *ignis*. PLIN. nat. 2,181 specularum -o excitato. FRONTIN. aq. 117,3 *ut eo* converti possit -um aquarum. APVL. met. 2, 18, 5 gladiolo ... cinctus ... ipse salutis meae -a gestabo (*aliter, sc. 'saluti meae praesidebo', vix recte de Jonge, 1941, ad l.*). 3,27,3 adgnito salutari -o (*i. rosis*). TERT. nat. 2,8,14 de recondendis -is in futuram famem. SOL. 49,9 nullo favente -o *pedibus camelorum* (*Plin. nat. 11, 254* sine calceatu). HEGES. 2,9,1 p. 155,10 -a murorum. SACR. Leon. 39 conlata -a *eucharistiae* ... ad effectum salvationis accedant (*antea*: tanta remedia). Gelas. 665 -a corporis copiosa (*cf. 661* terrenorum frugum ... ubertatem). *al.* *vi generali significatur quodcumque defendit, tutatur* (*ut comprehendantur etiam incorporea, e.g. actiones*): OV. hal. 8 *animalibus* omnibus hostem -umque datum sentire et noscere teli vim ... sui.

2 *intransitive vel absolute*: **a** *in formulis duobus (vetustioribus?) stipulationis accedit dat. rei, de qua cavetur, ut vergat in vim q. e. satisfacere sim.* (*primitus pro obi. ponebantur fortasse praedes dandi vel cautiones, cf. p. 924, 55*): VARRO rust. 2, 4, 5 illasce sues sanas esse habereque recte licere noxisque -ari ... spondesne? (*nisi ita etiam* 2, 5, 10 *et* 2, 5, 11 *traditum esset, coniceres fort.* noxisque ⟨solutas⟩ -ari *coll. p. 925, 21. 58 sqq.*). PROB. litt. sing. gramm. 6, 58 R. R. P.: rebus recte -ari (VLP. dig. 6, 1, 19 [*e Labeone*] his r. r. -ari [*item*: 21, 1, 21, 2. 50, 16, 71, 1 haec verba 'h. r. r. -ari' hoc significant, ne quid periculum vel damnum ex ea re stipulator sentiret]). **b** *exempla cetera selecta (sc. quae facilius cum usu trans. coniungere possis): in definitione pacti non prorsus dilucida*: RHET. Her. 2, 13, 20 sunt item pacta, quae sine legibus observantur ex conventu, quae iure -are dicuntur (de iure, iure *var. ll.; 'offrent une garantie légale' recte vertisse videtur Achard, 1989; alii aliter*; -ari *coni. Ernesti, sed v. locum geminum* CIC. inv. 2, 68 pactum est, quod inter quos convenit ita iustum putatur, ut iure -are dicatur). *vario usu*: CIC. Q. Rosc. 35 Roscium, si quid communi nomine tetigit, ... -are debere societati. off. 3, 71 qui ... scire debuit de sanitate, de fuga, de furtis *mancipiorum,* -at edicto aedilium. VARRO ling. 5, 40 praedia ... a -ando. 6, 74 in publicum ut -et *praes* (*v. p. 804, 55*). ALF. dig. 19, 2, 30, 4 si aliquis domesticus eam *villam* incendisset, ne -ret *colonus* (*nisi subaudias 'villam'; cf. antea*: ut incorruptam redderet). IAVOL. dig. 19, 2, 51, 1 -ari ... tibi a conductore debet, si ... opus vitiosum factum est. *al.*

B *laxius in sermone communi*: **1** *respiciuntur ea pro quibus cautio interponitur, quorum ratio redditur sim.* (*fere trans.; obi. suppl. vel absol. l. 48*): **a** *-antur animantes*: **α** *ita ut quis eorum facta sim. in se recipiat* (*refl.* CIC. Verr., SEN. *al.*): CIC. Verr. II 2, 28 si ... innocentes existimari volumus, non solum ⌞nos⌟, sed etiam nostros comites -are debemus (⌞ ⌟ nos abstinentes *codd. plerique, sed cf. 2, 29* de tuis ..., de illorum factis rationem esse reddendam). Att. 1, 1, 2 illam manum (*amicos Pompei*) tu mihi *consulatum petenti* cura ut -es (*nisi ad p. 916, 63*). 6, 2, 2 se quemque. ad Q. fr. 1, 1, 10 ut in hac custodia provinciae non te unum, sed omnes ministros imperii tui sociis ... et rei publicae -are videare. 1, 1, 11 dumtaxat *comites* finibus iis -bis, quos ante praescripsi. 3,6,3 ego Messallam (*i. consilia sim. Messallae futuri consulis*) Caesari -bo. *al.* BRVT. Cic. ad Brut. 24, 10 consul ... consularem merito -are videtur. SEN. dial. 4, 28, 3 ne ad illam quidem, *quae legibus definitur,* artissimam innocentiae formulam -are nos possumus; alia fecimus, alia cogitavimus, alia optavimus. PLIN. paneg. 83, 3. **β** *ita, ut quis eos conservet, eorum salutem custodiat* (*hucine p. 909, 35? cf. l. 50*): PLIN. epist. 10, 52 ut te generi humano ... incolumem florentemque -rent *dei.* paneg. 67, 5 egit cum dis ... res publica, ut te sospitem incolumemque -rent, si tu ceteros -isses. HIST. AVG. Claud. 4, 3 (*votum senatus*) Claudi, dii te -ent.

b *-antur res* (*sc. fere actiones, casus, periculum sim., aliter l. 50*): CIC. Sest. 38 ut meum factum semper omnes -are tuerique deberent (ad Q. fr. 1, 1, 12 *cohortis praetoriae* non modo facta, sed etiam dicta). 61 dixit eam sententiam, cuius invidiam capitis periculo sibi -andam videbat. de orat. 1, 113 istam ... culpam *ineptiae,* quam vereris, ego -bo (*al. v. vol. IV 1308, 18 sq., ceterum cf. supra p. 925, 7*). 2, 124 quos *impetus populi* -are nemo posset. leg. 3, 37 Cassiae legis culpam Scipio ... sustinet ...; tu si tabellariam *legem* tuleris, ipse -bis. Att. 2, 16, 2 se *Pompeium* leges Caesaris probare, actiones ipsum -are debere. 10, 4, 5 *doleo* propter pueros, quibus ... videmur -are etiam rem publicam debuisse, *quam nunc deserimus* (*sc. servando ut aβ? alii cogitant fere de re hereditaria tradenda, ut ad I pertineat locus*). fam. 9, 8, 2 superiorum temporum Fortuna rei publicae causam sustineat, haec *praesentia* ipsi -are debemus. *al.* CAES. civ. 3, 17, 5 periculum -are *legatorum.* PLIN. nat. praef. 19 (*ad Titum*) *de opere meo mihi* nihil auso promittere hoc ipsum tu -as, ⌞quod⌟ ad te scribimus; haec *est* fiducia operis; ... multa valde pretiosa ideo videntur, quia sunt templis dicata (⌞ ⌟ *pron. relat. intellegentes huc traximus*; *ad 2 pertinet, si est enunt. caus.*).

2 *respiciuntur ea quae promittuntur vel etiam pro certo affirmantur, demonstrantur*: **a** *cum acc. c. inf.* (*fut. praeter* CIC. Phil.; *per attractionem quandam pro praes. -o ponitur fut. -bo l. 68 sqq.; hucine et p. 923, 26?*): CIC. Verr. II 3,2 *accusator publicus* se ipsum eius modi fore profitetur ac -at, ut sibi ... recte sit ... vivendum. Flacc. 28 nullos *praedones* fore. dom. 17 -o, promitto, spondeo ... rem publicam ... in id discrimen ... non esse venturam. Phil. 12,23 quis ... mihi -at Lentonem, *qui Pompei filium occidit,* uno capite esse contentum? Tusc. 5, 29 semper sapientem beatum fore. fam. 6,8,1 se -aturos nihil ex eo te offensionis habiturum. BELL. Hisp. 19,4 qualem me illi *Pompeio* -iti, tali ... constantia futurum me in te, *Caesar,* esse -bo (*vix ad p. 923, 25, v. Pascucci, 1965, ad l.*). *hyperbolice dicuntur -ari quae quis certe fore putat*: CIC. Att. 12, 32, 2 -bo ... *alios iuvenes non* maiores sumptus facturos, quam *eqs.* BALB. Cic. Att. 9, 7^{b}, 2 -bo, si Caesarem bene novi, eum prius tuae dignitatis quam suae utilitatis rationem habiturum. Ivv. 14, 212 (*ad patrem, qui inertiam filii deplorat*) meliorem -o magistro discipulum *fore.* **b** *cum obi. acc.*: CIC. Manil. 47 quam *felicitatem* -are de se ipso nemo potest (*item -atur status, condicio hominis*: fin. 2, 89 voluptatem perpetuam quis potest -are sapienti? Att. 15, 10 inco-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

lumitatem. SEN. clem. 1, 10, 4 non dare tantum salutem, sed -are. epist. 72, 6 quam *bonam valetudinem* medicus etiam si reddidit, non -at. *sim. al.*). fam. 1, 4, 3 ego tibi a vi ... -are nihil possum; vi excepta possum confirmare *eqs.* 4, 15, 2 quod de te sperare, de me -are possum. QVINT. decl. 260, 28 ego illud -o, illud promitto: nihil *liberi abdicati* postea turpiter fecerunt. 275, 5 ultionem (*syn.* promisit). AMBR. sacr. 1, 4, 11 miramur mysteria Iudaeorum ... vetustatem sacramentorum ... -antium. *al.* **c** *cum adv.* (*sc. comprehendente fere id quod promittitur*): CIC. Manil. 70 quod pericula facile, ⌞ut⌟ hominem -are oportet, innocentia tecti repellemus (⌞ ⌟ *fere pro 'quantum' sim.; cf. ad l.* SCHOL. Cic. Gron. D p. 322, 14 -are aliquando ponitur pro promittere).

3 *respiciuntur ea quae implentur, custodiuntur sim.*: **a** *transitive* (*saepe iuxta pron. neutr. [explicatum per acc. c. inf. l. 18], ut etiam de ipsis rebus praebendis cogitare possis, sc. usu sub I illustrato, unde vice versa huc trahere possis e. g. p. 914, 73. 922, 24; obi. suppl. ex enunt. relat. passim, aliunde l. 41*): CIC. Catil. 4, 24 qui *consul* ... ea, quae statueritis, ... defendere et per se ipsum -are possit. p. red. ad Quir. 24 in referenda ... gratia hoc vobis repromitto semperque -bo, mihi ... benevolentiam *non* defuturam (*imitatur*: PANEG. 3, 32, 3 hoc tibi polliceor semperque -bo *eqs.*). fam. 1, 9, 10 (*9 Pompeius ad Q. Ciceronem*: dependendum tibi est, quod mihi pro illo, *sc. fratre tuo,* spopondisti) *ut* fidem ... fratris mei -rem (*alia quae spectant ad promissum exsolvendum v. vol. VI 1, 671, 19sqq.; addere possis e. g.* BELL. Hisp. 19, 6 NEP. Them. 8, 4. *in sermone iuris sive promittendo sive exsolvendo p. 925, 36; aliter p. 914, 72*). ad Brut. 26, 3 cum me pro adulescentulo (*sc. Octaviano*) ... res publica accepisset vadem, vix videbar quod promiseram -are posse; est ... difficilior animi ... quam pecuniae obligatio; haec enim solvi potest *eqs.* (LIV. 7, 16, 5 promissa [26, 4, 2. 33, 47, 2. *al.*]. QVINT. decl. 343, 3. *al.*). PLANC. Cic. fam. 10, 8, 3 ut, quae rei publicae ... polliceremur, exitu -remus (NEP. Them. 10, 4 Cim. 1, 4. *al.*). CAES. civ. 3, 82, 4 cum ... fidem implorarent Pompei, -ret quod proficiscenti *Lucilio* recepisset, ne *eqs.* SALL. or. Phil. 2 pacem -are et bellum pati (OV. Pont. 2, 9, 27 si p. nullam pontus mihi -et eunti, irrita Neptuno cur ego tura feram? [*nisi ad I*]. LIV. 6, 26, 6. 42, 13, 5. *al.*). NEP. Eum. 13, 3 neque, quod initio praedicarant, ... -are voluerunt. OV. met. 12, 203 (*loq. Neptunus et Caenis*) elige quid voveas. :: ... da, femina ne sim: omnia -eris (*sim. -antur desideria* [*nisi res desideratas intellegas praebendas*]: APVL. met. 3, 19, 3 -a, quod ... expostulo, et dominam ... ostende. 3, 20, 1 quod cupis. RVFIN. hist. 1, 13, 15 -buntur ... desideria cordis tui [*gr. ἔσται σοι*]. COMMON. patr. 5, 8 l. 8 -itit ergo et concessit ei dominus petitionem eius [*cf. Dionys. Exig. vita Pachom. 20 l. 10* completa est, *gr. ἐχαρίσθη*]). *al.* *obi. supplendo vel absolute*: CE 185, 1 (*saec. I a. Chr.*) Fortuna spondet multa multis, -at nemini. LIV. 42, 5, 1 (*de Perseo*) pollicendo plura quam -ando. SEN. contr. 2, 1, 24 *oratores quidam,* qui sibi abstinentiam conviciorum imperaverant, non bene -erunt; ... *alii* fidelius ... colores tuentur. *al.*

*?***b** *intransitive accedente dat. fere i. q. obsequi sim.* (*nisi explicare malis usu p. 917, 33 illustrato*): CONC.^{S} I 5 p. 250, 6 ut quorundam desideriis -et, ignorantiam fingit (*cf. p. 143, 5* alienis desideriis suam i. fuisse gratificatum, *gr. I 1, 6 p. 111, 3 ἐπιθυμίαις ... χαρίζεται*). CE 1848, 5 alterius (alternis *Diehl*) -ant votis *duo una sepulti.* *Ramminger.*

part. praes. **praestāns,** -antis *pro adi. fere i. q. largus, munificus, indulgens sim.* (*superl.* -issimus *l. 54. 64; subst. masc. vigente quodammodo vi verbali v. p. 917, 32*): **1** *explicationes*: SYNON. Cic. p. 438, 5 prolixus. profluens. -s. ... largus. liberalis. opulentus. indulgens. GLOSS. II 318, 54 *εὐπάροχος*: -s. 562, 10 *παρεκτικώτατος*: -issimus. III 177, 2 *παρέχων*: -s (*in capite* de moribus *ut*: 374, 42 -s: *παρεκτικός*). **2** *exempla cetera* (*sc. pauca minus dubia; ceterum huc trahere possis e. g. p. 911, 20 nec non p. 911, 17. 52, si conferas* CIL *infra; indicatur quid praestetur per gen.* EXPOS., *cui praestetur per praepos.* TERT., CIL *et per dat.* BASIL.): TERT. adv. Marc. 4, 24 p. 501, 2 quis tam -s in homines nisi qui et in pecudes, *quas mercede dignas indicavit idem deus.* VET. LAT. II Macc. 1, 25 (recc. LXV) *deus* solus -s, solus iustus *eqs.* (*BM* qui solus omnia praestas, *P* solus largus, *gr. χορηγός*). Ps. CYPR. Iud. incred. 6 tam facilis et -s et larga est atque abundans *clementia domini.* CIL VI 2143 (*a. 301*) patronae erga se -issimae (VI 29445 patrono ... indulgentissimo -issimoque e. suos omnes). BASIL. ad mon. l. 14 *oportet monachum* -antem *esse* penuriam patientibus (*gr. non resp.*). EXPOS. mundi 36 *Alexandria* chartas sola ... possidens, sed sine invidia -ans suorum bonorum (*cf. rec. D* orbi ministrans chartas plurimum utilitatis praestare videtur). CASSIOD. var. 7, 39, 2 dum -s dominus fieri formidatur ⌞ingratus⌟ (*i. infestus sim.*).

? compar. adv. **praestantius** *fere i. q. indulgentius sim.* (*nisi trahas ad p. 913, 23*): EPIST. pontif. 612 Schwartz p. 84, 17 postulationes certe gentium barbararum ... benignus exaudis; quanto -ius ... preces apostolicae sedis ... placatus ammittis?

p. p. p. neutr. praestitum (*sc. plur.* -a) *pro subst. v. supra p. 918, 22. 73. 924, 50.*

deriv.: 2. praestabilis, 2. praestantia, praestatio, praestator (-trix), *?* 2. praestitus.

compos.: repraesto; impraestans. *Stewart.*

3. ✕**praestō** (praestū) *adv.* [*origo incerta est, sed propter similem verbi q. e.* 2. praestare *significationem (sc. fere i. q. facere, ut aliquid -o sit) huic quoque adverbio praeverbium* prae *et radicem* stă *subesse putes (Persson aliique; v. Walde-Hofmann II 356); cogitari potest de dat. fin. (cf. Nieländer, Progr. Krotoschin 1874, 33), ut subsit subst.* *praị-sto- *'praesentia' sim., cf. ind. vet.* saṃ-sthá- *'conventus' (v. Pokorny, Idg. etym. Wb. 1005). aetate posteriore novatae sunt et forma* praestu *l. 13 (cf.* in promptu *sim.) et adi.* praestus *p. 932, 20 (cf.* cito/citus *sim.). Fo.*] *inter adverbia composita in o affert* PRISC. gramm. III 72, 24 -o, profecto. *scribitur* pre- *hic illic in codd. antiquis, e. g.* GARG. MART. pom. 3, 7. *formam* praestu *exhibent* CIL VI 4416 (*aet. Aug.?*). LEX locat. Puteol. (Année Épigr. 1971 n. 88) 2, 11. CIL VI 37763 a *et* b (*saec. II*); *cf. testimonium* CASSIOD. gramm. VII 157, 22 (*e Curtio Valeriano*) -o nos per o scribimus, veteres per u scripserunt, sed sic -o dicendum est ut sedulo *eqs.* *notatur* p *in formula p. 929, 64.* o *corripitur* PRVD. perist. 2, 569. 10, 727. 10, 1006. *compar. et superl. desunt, sed cf.* magis *p. 931, 28.* *legitur inde a* PLAVTO (*octies*), TER. (*sexies*), LVCIL. (*semel*), ACC. (*quater*), HOST. (*semel*), RHET. Her. (*quinquies*); *ceterum occurrit in prosa oratione apud scriptores plerosque* (*excepto e. g.* QVINT.), *sed non multis locis, frequentatur tamen a* CIC. (*fere 80*^{ies}), LIV. (25^{ies}) *et aetate posteriore ab* AVG.; *in poesi exstat singulis locis, nisi aliter indicatur, apud* CIC., CATVLL., LVCR. (*septies*), AETNAM, HOR., TIB., PERS., STAT. (*bis*). *al.* [*ex adi.* praestus (*v. p. 932, 20*) *et notione haud raro deflexa, ut sit etiam i. q. cito: it.* presto; *raet. centr.* prašt, *occ.* prest, praist; *francog.* prêt; *prov. vet.* prest *et var. francoprov., prov., vasc.; cat.* prest; *hisp.* presto; *port.* presto. *cf. M.-L. 6726. Battisti-Alessio IV 3072. Wartburg IX 317sqq. Corominas*^{2} *IV 646. Machado*^{3} *IV 427. St.*] [*e coniectura falsa* CATVLL. 68, 39 OV. met. 13, 312; *vix apte suppletur* EPIST. imp. inc. (Année Épigr. 1984 n. 250) 8 (*saec. IV*^{2}) scriptura tradatur, qua praes⟨to⟩ que⟨atur cog⟩nosci, quantum *quisque solverit* (*neque bene congruit cum exemplis praedicativis infra sub II collectis nec adsunt alia exempla notionis q. e. cito sim.*).]

adv. non nisi pro praedicativo adhibitum (aetatis recentioris est var. l. in -o *p. 931, 10) significat aliquem (aliquid) in promptu, paratum, praesentem esse* (*fere vi locali; vi temporali p. 930, 64. 69; notionem linguarum Romanicarum propriam, q. e. cito, vix intellegas iam e. g. p. 932, 12. 13* [*cf. et l. 31*]): **I** *locutio sollemnis* **-o esse** *fere i. q. adesse, praesentem esse sim.* (*de notione secundaria q. e. praeesse v. p. 929, 47 nec est quod eam agnoscas* GREG. M. dial. 4, 13, 1 *Probus,* qui nunc in hac urbe monasterio -o est [praeest *var. l.*]. *locutionem testatur* ARVS. gramm. 431 -o est [*affert* CIC. Verr. II 1, 2]; -o adest [*affert* TER. Eun. 1050 *et* CIC. Mur. 26]). *ordo verborum longe usitatissimus* -o est, *sc. nulla intercedente voce, occurrit inde a* PLAVTO (*quinquies*), TER. (*ter*), LVCIL. (*semel*), ACC. (*semel*), RHET. Her. (*quater*), CIC. (*fere 60*^{ies}); *interponuntur singulae voces octies apud* CIC., *ceterum* PLANC. Cic. fam. 10, 21, 2 VAL. MAX. 2, 6, 9. COLVM. 12 praef. 6 (*nisi est* CIC.). PETRON. 102, 13 VVLG. num. 18, 2. *al., plures voces* TER. Haut. 172 CIC. Verr. II 3, 167. 4, 110 div. 1, 57 LVCR. 4, 1061 LIV. 26, 26, 1 IVST. 1, 6, 4. *al.; ordinem inversum* est -o *exhibent nulla intercedente voce* PLAVT. Men. 983 Trin. 837 CIC. Att. 4, 1, 4 fam. 4, 8, 1 LENT. Cic. fam. 12, 15, 6 LVCR. 2, 1068 CAES. civ. 2, 19, 1 VARRO rust. 3, 2, 1. 3, 2, 2 TIB. 1, 5, 61 HOR. sat. 1, 2, 117 VITR. 1 praef. 2 ARNOB. nat. 2, 31, *interpositis singulis vel pluribus vocibus* CIC. Att. 4, 12 CATVLL. 64, 137 LVCR. 2, 1099. 3, 777. 6, 1242 PRVD. perist. 10, 727. *ad notionem cf.* SYNON. Cic. p. 415, 25 adesse. -o esse. praestolari. GLOSS. -o sum: *πάρειμι. προσκαρτερῶ, προσεδρεύω.* -o est: observat (*i. colit sim.*). GLOSS. biling. 4 W 10 *παρεδρ⟨ε⟩ύει*: frequentiā (fraequenia *trad.*) -o est. GLOSS.^{L} Corp. P 743 -o est: praesens est. *sim. al.; variat in contextu vel coniungitur cum* adesse TER. Phorm. 267 CIC. div. 1, 57 GAIVS inst. 4, 17^{b}. *al.* (*cf. p. 931, 68 et IIB1*), deservire CIC. Sull. 26 (*cf.* subservire APVL. Plat. 1, 9 p. 199), paratum habere (paratum esse) CIC. nat. deor. frg. Lact. inst. 2, 8, 11 LVCR. 2, 1068 (*iunctura artiore* paratus -o est: PLAVT. Persa 288 LVCR. 4, 798. *al.*), ministrare SEN. epist. 95, 47 (VVLG. num. 18, 2) *et sim. al., opponuntur e. g.* deesse CIC. Phil. 13, 13 RVT. LVP. 2, 13. *al.,* abesse LVCR. 4, 1061 GAIVS dig. 40, 12, 9, 1. *al.* *accedit dat. animantium, qui adeuntur vel adiuvantur, passim (cum part. praes.* CIC. Verr. II 3, 63 sibi advenienti. 5, 160 fam. 14, 5, 1 LIV. 37, 4, 3 SEN. contr. 1 praef. 5. *al.); dat. eorum, quibus obsistitur v. sub A1b; apponitur dat. rei, cui quis (quid) prodest, usui est sim. inde a* CIC., *v. p. 929, 39. 931, 14. 17. 19. al., cui quis interest p. 929, 47. 64. 930, 27. ceterum indicatur saepe ubi vel quando quis adsit, v. imprimis p. 929, 4 sqq. 930, 4 sqq. 16 sqq.; ad quam rem faciendam quis adsit, indicat enunt. fin.* LVCIL. 1078 CIC. Tusc. 5, 63 CAES. Cic. Att. 9, 16, 3. *al. (cf. enunt. relat.* CIC. Catil. 3, 8 fin. 2, 69 LIV. 3, 54, 9. *al.), praepos.* ad CIC. Caecin. 29 (*cum gerund. ut* LIV. 25, 13, 6. *al.*). Deiot. 24 *p. 930, 1.* fam. 4, 8, 1 ad omnia. LIV. 1, 43, 2. *al.; cf.* sacrorum causa PAVL. FEST. p. 93 *et dat. l. 64.*

A *pro subi. sunt subst. vel pron.* (*saepius nimirum sing. quam plur., qui*

[Reijgwart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

occurrit inde a RHET. Her.): **1** *animantes (fere homines; divinitates l. 20. 44, animalia l. 11. 38)*: **a** *in bonam vel neutram partem*: α *generatim*: Ⓘ *respicitur fere mera praesentia (sc. quo loco vel tempore quis adsit)*: PLAVT. Asin. 356 me domi -o fore (Epid. 653. TER. Haut. 172 iamdudum domi -o apud me esse *vicinum*). Men. 996 ibo ad medicum; -o ero illi, quom venietis (CIC. fam. 3, 3, 1 Brundisium cum venissem, ... mihi -o fuit *Fabius. al.* PLANC. Cic. fam. 10, 21, 2 VARRO rust. 3, 2, 1). Rud. 864 tibi me dixeram -o fore apud Veneris fanum (*cf.* ad portam: CIC. div. 1, 57 [*antea*: ad p. adesset]. DARES 41. *ceterum e. g. p. 930, 20*). TER. Phorm. 51 si quis me quaeret ... :: -ost, desine. ACC. trag. 302 em -o est. RHET. Her. 4, 48, 61 ita ut hirundines aestivo tempore -o sunt, frigore pulsae recedunt ..., item falsi amici sereno vitae tempore -o sunt (*item indicatur quando*: CIC. Verr. II 4, 110 quo *die.* Att. 4, 12 mane. 13, 46, 1 pridie Idus. *al.* LIV. 1, 7, 13 ad tempus. *al.; cf. l. 6. 16. 21*). 4, 52, 65 ubi est ... dominus? quin mihi -o fuit? (*coniciebatur olim* fit). CIC. Verr. II 2, 65 quo die mihi Messanae -o essent (adessent *var. l.; cf.* Att. 3, 8, 2 Pellae. 13, 46, 1 Lanuvi). fin. 2, 69 cogitare pictam in tabula Voluptatem ..., -o esse Virtutes (*item in pictura* PETRON. 29, 6). Att. 4, 1, 4 Brundisium veni ...; ibi mihi Tulliola mea fuit -o (4, 13, 1 fam. 3, 5, 1 RVT. LVP. 2, 7). *al.* LVCR. 2, 1099 *deum* omnibus in ... locis esse omni tempore -o (*cf. e. g.* AVG. de serm. dom. 1, 11, 32 l. 745 quamquam nusquam non -o sit deus). 3, 777 conubia ad veneris partusque ferarum esse animas -o (*sc. ut corpore potiantur*). LAVD. Turiae 1, 8 ut, si praes⟨tó fu⟩issemus, non ampliu⟨s praestitissemus⟩. *al.* *vi locali minus vigente de eo, qui in disputatione prodit sententiam dicturus (cf. p. 931, 36)*: CIC. ac. 2, 101 si ita sit, ut unum modo sensibus falsum videatur, -o est qui neget rem ullam percipi posse sensibus. Ⓘⓘ *respicitur potius auxilium, ministerium praesentis cuiusdam*: PLAVT. Men. 983 (*loquitur servus frugi*) ero ut omnibus in locis sim -o (*postea*: esse eris utibiles). TER. Phorm. 267 hic in noxast, ille *eius amicus* ad defendundam causam adest; quom illest, hic -ost. 561 opus est mihi Phormionem ... adiutorem dari. :: -ost. CIC. leg. agr. 2, 53 (*fingitur Rullus scripturus Pompeio*) te volo curare ut mihi Sinopae -o sis auxiliumque adducas (*item respicitur auxilium potentium, favor partium sim.*: Mur. 37 Luculli exercitus ... comitiis L. Murenae -o fuit. Planc. 88 tam fortes consules. *al.* CAES. Cic. Att. 9, 16, 3 tu velim mihi ad urbem -o sis, ut tuis consiliis ... utar). de orat. 2, 121 ea ... quem ad modum inlustrentur, -o est qui omnes docere possit. Tusc. 2, 67 eice te navi: -o est qui excipiat (*sc. delphinus; de equis sim.*: LIV. 33, 48, 1. 42, 1, 7). fam. 4, 14, 4 rei, famae, saluti tuae (6, 21, 3). 13, 21, 2 fideliter benevoleque. *al.* LVCR. 6, 1242 qui fuerant ... -o *aegris* (*opp. 1238* quicumque suos fugitabant visere ad aegros). HOR. sat. 1, 2, 117 ancilla aut verna est -o puer, impetus in quem continuo fiat *domini salacis*. TIB. 1, 5, 61 pauper erit -o semper, te pauper adibit primus *eqs.* SEN. epist. 95, 47 ipse *deus* humano generi ministrat, ubique et omnibus -o est (*item de deis* [*cf. l. 20*]: ARNOB. nat. 4, 4 p. 206, 11 *Pellonia* cum solis Quiritibus faciens gratiosis semper ⌞opitulationibus⌟ -o est [*potius abl. quam dat.*]. 4, 7 p. 209, 20 maritis. 4, 7 p. 210, 1 putationibus arborum Puta ... -o est [*sublucetne notio secundaria q. e. praeesse? vix etiam l. 46*]. *de Christo*: PRVD. perist. 14, 34 pudicis). *al.* -o sum (sumus) *est responsum eius qui ad obsequium paratus est (cf. p. 930, 34)*: QVEROL. p. 62, 2 ubinam ... sunt adiutores tui? :: nosque -o sumus (*nisi mero respectu praesentiae; sim. dubites de* PRVD. perist. 10, 1006 eccum, -o sum). VVLG. gen. 37, 14 veni, mittam te ad eos ... :: -o sum (*Vet. Lat. cod. 100* ecce sum ego). I reg. 3, 16 (*Vet. Lat. cod. 115* ecce hic sum ego). 22, 12. II reg. 15, 26 si ... dixerit *deus* 'non places', -o sum, faciat quod bonum est coram se.

β *speciatim*: Ⓘ *in rebus publicis (usu laxiore supra l. 33 sqq.)*: Ⓐ *respicitur officium magistratuum sim., ministerium officialium*: LVCIL. 1078 ⌞publico equo⌟ lege ut mereas -o est tibi quaestor (⌞ ⌟ publica *trad., v. Cichorius, Untersuchungen, 1908, 214 sq.*). CIC. leg. 3, 43 *augurem* maximis rei publicae temporibus -o esse debere (*item -o sunt sacerdotes*: VARRO rust. 3, 2, 2 ut consuli *comitiis aediliciis,* siquid usus poposcisset, esset -o *augur.* LIV. 3, 54, 9 -o erit pontifex maximus, qui comitia habeat). CIL I² 988, 3 ma⟨gistri⟩ quinq(uennales) c⟨ollegi⟩ teib(icinum) Rom(anorum) qui s(acris) p(ublicis) p(raesto) s(unt) (*iisdem notis*: CIL VI 2191 [*a. 102*] collegio tibicinum et fidicinum, qui *eqs.* 32449. *al.; formula plus minusve perscripta*: CIL VI 4416 [*aet. Aug. ?*] collegio symphoniacorum. 1054, 14 [*a. 200*] tibicines). LIV. 4, 43, 4 qui *quaestores* consulibus ad ministeria belli -o essent. 26, 9, 9 senatus magistratibus in foro -o est, si quid consulere velint. 45, 13, 12 Masinissae filio Puteolis nave egresso -o fuit ... quaestor, qui Romam eum publico sumptu perduceret. VITR. 1 praef. 2 ad apparitionem ballistarum et scorpionum ... refectionem fui -o. LEX locat. Puteol. (Année Épigr. 1971 n. 88) 2, 11 *libitinarius* quotienscumq(ue) imperat(um) er(it) -u esse, supplicium sumer(e) ... d(ebeto). *al.* Ⓑ *respicitur obsequium, quod a civibus, sociis, subditis praestatur magistratibus, ducibus, regi sim.*: CIC. Deiot. 24 tibi victori non solum ad hospitium, sed ad periculum etiam atque aciem -o fuit *Deiotarus* (*de eius legato*: 42 in primis finibus tibi ⌞se -o⌟ fuisse dicit, usque ad ultimos prosecutum [⌞ ⌟ *Heine in plagulis spernens var. l.* -o se *coll. p. 928, 43*]). Att. 5, 13, 1 de concursu legationum ... et de ... multitudine, quae mihi ... Ephesi -o fuit. CAES. Gall. 5, 26, 2 cum ad fines regni sui Sabino Cottaeque -o fuissent *reges* (LIV. 38, 15, 10 consul, quia nulla legatio ad finem -o fuerat, praedatum in agros misit. *cf. l. 2 nec non 51*). civ. 2, 19, 1 edictum ... praemittit, ad quam diem magistratus principesque omnium civitatum sibi esse -o Cordubae vellet (*item iussu alicuius*: LIV. 25, 13, 6 qua die in castris ad accipiendum frumentum -o essent *Campani.* 26, 26, 1. *al.*). LIV. 31, 14, 3 ibi ei *consuli* -o fuere Atheniensium legati orantes *eqs.* *al.*

Ⓘⓘ *in re militari (respicitur imprimis ubi et quando milites parati adesse debeant; minus technice* RHET. Her. *al.*): RHET. Her. 4, 9, 13 cum *bellum suscepturi* sibi non multitudinem militum, non idoneos imperatores, non pecuniam publicam -o esse viderent *eqs.* LENT. Cic. fam. 12, 15, 6 classem maximam fore -o in Syria. BELL. Afr. 31, 3 ut suo quisque loco paratus armatusque -o esset. 37, 1 *Caesar* vigilia prima imperat, speculatores apparitoresque omnes ut sibi -o essent. SALL. Iug. 75, 5 diem locumque, ubi -o forent (fuerit *fere trad.*), praedicit. LIV. 3, 27, 5 omnes ad edictum dictatoris -o fuere. 3, 57, 9 ad nomina danda. 5, 45, 1 primo silentio noctis ad portas Camillo -o fuere. 26, 15, 6 ad tertiam bucinam. *al.* FEST. p. 310 edictum est, legiones Sutrii ut -o essent cum cibo suo. *al.*

Ⓘⓘⓘ *in iudicio et variis negotiis civilibus*: Ⓐ *de reis vel petitoribus, accusatoribus (cf. l. 55)*: CIC. Verr. II 1, 2 -o est *Verres,* respondet, defenditur (*eius praesentia fingitur a Cic.*). 2, 21 quadruplatores (*antea*: quis detulit?). 3, 68 -o est Apronius; ait eos ... contra edictum praetoris fecisse. Brut. 324 quibus ... causis ..., Brute, -o fuisti compluresque et nobiscum et solus egisti (*nisi de sola audientia dictum*). GAIVS inst. 4, 17ᵇ die tricesimo ad iudicem capiendum -o esse debebant (*4, 18* adesset). dig. 40, 12, 9, 1. VLP. dig. 26, 7, 1, 2 qui *pupilli* ... -o fuerint (*antea*: pupillum exhibere). PAVL. frg. Vat. 112. VVLG. act. 24, 19 (20) quos oportebat apud te, *praeses,* -o esse et accusare (*gr. παρεῖναι, Vet. lat. cod. 50* adesse). PASS. Max. Secund. Donat. 2 proconsul officiali publico iussit eas *virgines* exhibere; cumque adducerentur, adstantes dixerunt: ecce -o sumus. *al.* Ⓑ *de quibuslibet*: CIC. Quinct. 52 ut tibi -o non esset (*in vadimonio*). Verr. II 2, 92 ad horam nonam -o est, Sthenium citari iubet (*de iudice ut*: Caecin. 29 non ad cognoscendam causam, sed ad explendam damnationem. COD. Theod. 8, 5, 1 iudici, si -o fuerit, offeratur *is qui deliquit*). 3, 63 M. Lollius ... -o est: huius verba audietis (*item de teste*: 4, 92 -o est, testis est. SVET. Claud. 15, 3 COD. Iust. 4, 20, 18 pr. *cf. p. 932, 8*). LIV. 3, 46, 6 si ... vindex iniuriae ad tempus -o esset *Verginius.* VLP. dig. 46, 1, 10 pr. si satisdationes offerat et omnes confideiussores ... -o sint. *al.*

b *in malam partem, sc. adversando, infestando (nisi quaedam per ironiam dicta putes, ut certe* CVRT.; *accedit adv.* contra CIC. inv.; *saepe cum dat. eius, cui obsistitur; cf. 2b)*: *armis*: CIC. inv. 2, 59 cum ad vim faciendam quidam armati venissent, armati contra -o fuerunt. Caecin. 22 cum accederetur *ad fundum suum,* iste cum omnibus copiis -o fuit, *ut eum prohiberet* (*in eadem re*: 87 si qui mihi -o fuerit cum armatis hominibus *eqs.*). RVT. LVP. 2, 12 cum ... adversarius armatus -o est, resistendum est huic non verbis, sed armis. CVRT. 8, 13, 2 *petit legatus Alexandri, ut Porus* in primo suorum finium aditu occurreret regi; Porus ... *id* facturum sese respondit, ut intranti regnum suum -o esset, sed armatus (*cf. l. 2 et 5 sq.*). *quolibet modo*: CIC. Verr. II 2, 11 quaestores *Verris* ... cum fascibus mihi *inquirenti* -o fuerunt; ... *eorum successores* non minus acres contra me fuerunt. 3, 63 *Verres* non dubitabat quin is ... sibi advenienti -o esset futurus (*sc. accusando ut*: 5, 160 Verri ... advenienti. *cf.* Cluent. 18 -o est mulier audax, ... instituit accusatores, instruit testes *eqs.*). 3, 167 -o se tibi ait futurum Vettius *magister scripturae* et observaturum, quem ad modum rationes ad aerarium referas.

2 *res*: **a** *bona vel neutra*: α *generatim*: Ⓘ *incorporea varia*: PLAVT. Trin. 837 circumstabant navem turbines *interitum minantes ...*, ni tua, *Neptune,* pax propitia foret -o. CIC. inv. 1, 70 cum -o lex sit. leg. 3, 27 -o est huius vitii temperatio (*item de actione, eventu*: SEN. nat. 3, 16, 2 -o est ad mensem suum partus [*antea*: ad horam venit]. AVR. Fronto p. 11, 29 ⟨sepu⟩ltura ... cadaveribus in ipsis iniuriis, *quas inferunt mare, ferae sim.,* -o est. TERT. spect. 29 p. 28, 8). Tusc. 5, 117 *laborum* portus ... -o est (*sc. mors*). Lael. 22 *amicitia,* quoquo te verteris, -o est, nullo loco excluditur. CVRT. 3, 6, 18 ubique fortuna *Alexandro.* DECL. in Catil. 59 -o sunt Saturnalia (*cf.* AMM. 16, 12, 31 diu speratus -o est dies). APVL. Plat. 2, 22 p. 251 honesta emolumenta. TERT. patient. 8, 2 si manu quis temptaverit provocare, -o est dominica monela (*sc. Matth. 5, 39*). *al.*

Ⓘⓘ *animantium partes, virtutes, opera: dicuntur propriae esse alicui, ab eo possideri (sive innatae, ut p. 931, 2. 6, sive quod occasione data adsunt, ut p. 931, 3. 5)*: CIC. inv. 1, 5 *ex eloquentia* ad rem publicam plurima commoda veniunt, si moderatrix omnium rerum -o est sapientia (*sc. orato-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ribus, ni fallimur). Phil. 13, 13 et animum ei -o fuisse nec consilium defuisse. Tusc. 2, 47 *hominum animis alioquin demissis et languidis* -o est domina omnium ... ratio. CATVLL. 64, 137 tibi nulla fuit clementia -o? RVT. LVP. 1, 13 sua (tua *trad.*, strenua *Sauppe*) voluntas. 2, 13 in rebus adversis cui -o est consilium. COLVM. 12 praef. 6 *deus* alterum (*sc. virum sive feminam*) alteriusque indigere voluit; quoniam quod alteri deest, -o ... est alteri. Ps. QVINT. decl. 11, 7 nulli, cum coimus *in contionem,* sua cogitatio, sua mens, ulla ratio -o est. VET. LAT. II Petr. 1, 8 sq. (cod. 55) *virtutes* cum vobis -o sint ...; (9) cui enim non -o sunt *eqs.* (*gr. ὑπάρχοντα* [*παρόντα var. l.*] ... *πάρεστιν,* VVLG. cum adsint ...; -o sunt [in -o sunt *pauci recc.*]). *al.* *dicuntur subvenire aliis*: CIC. Sull. 26 ille labor meus ..., sollicitudo, ... officia, ... operae, ... vigiliae deserviunt amicis, -o sunt omnibus. fam. 10, 6, 2 fratris ... benevolentia ... *et* prudentia tibi. 13, 29, 2 et animus et opera ... Capitonis -o fuit et paruit et temporibus et fortunae meae. CYPR. epist. 59, 16 humanitas nostra venientibus. Ⓘⅱ *corporea* (*addidimus lucem, ventos, locum; cf. etiam p. 930, 15*): CIC. Arat. 74 exiguo lux tempore -o est (*cf.* PLIN. epist. 5, 6, 26 cui *cellae mediae* sol benignissime -o est; caldariae magis: prominet enim). inv. 1, 30 (*in imag.*) ut vulneri, *i. offensioni narrationis,* -o medicamentum sit (*proprie*: CELS. 6, 6, 8[B] neque medicus neque m. *cf.* MARCELL. med. 15, 58 ut -o sint *pastilli,* cum opus est). Verr. II 1, 78 quod videris, ... nisi id ad nutum tuum -o fuerit. Pis. 55 togulae lictoribus ad portam -o fuerunt. nat. deor. frg. Lact. inst. 2, 8, 11 providentiae divinae materiam -o esse oportuit ..., quam haberet paratam. LVCR. 2, 1068 locus. AETNA 372 *venti* (*v. vol. IX 2, 665, 45*). LIV. 9, 36, 8 commeatum exercitui. SEN. nat. 3, 10, 2 *fluminibus* aqua semper nova. CIL VI 37763 a (*sim.* b; *tabellae aeneae saec. II*) quae *res, cui tabella affixa erat,* -u est usibus Caesaris n(ostri). *al.*

β *speciatim dicuntur -o esse*: Ⓘ *quae obversantur imaginationi, cogitationi* (*cf. l. 50*): CIC. nat. deor. 1, 108 simul ac mihi collibitum est, -o est imago. LVCR. 4, 798 uti quovis in tempore quaeque -o sint simulacra locis in quisque parata (4, 1061 si abest quod ames, -o s. tamen sunt illius). SEN. contr. praef. 1, 5 saepe quod quaerenti non comparuit aliud agenti -o est. VAL. MAX. 7, 2 ext. 3 (*praecepta philosophorum ut*: SEN. benef. 7, 2, 1 [*cf. 7, 1, 3* in promptu tibi et in usu sint]). AVG. epist. 147, 7 'praesentia' ... dicta, quae -o sunt sensibus sive animi sive corporis (*cf. p. 836, 54*). *al.* Ⓘⅱ *quibus quis nititur in disputatione sim.* (*cf. p. 929, 25*): PLIN. nat. 2, 161 illo quaerente, cur ..., tamquam non ratio -o sit, ut *eqs.* TERT. pudic. 5 p. 226, 6 moechia ... quanti aestimanda sit sceleris, prima lex dei -o est. ARNOB. nat. 2, 31 p. 103, 22 et illis argumenta sunt -o ... et his contra non desunt (2, 56 p. 131, 5). PRVD. apoth. 9 Iohannis ... sententia -o est. Ⓘⅲ *quod in arte logica praedicatur de aliquibus*: BOETH. in herm. comm. sec. 4, 10 p. 315, 11 cum dico 'omnis homo currit', omni homini actionem -o esse pronuntio (*syn.* adesse). in Porph. comm. sec. 5, 21 p. 341, 15 inseparabilia accidentia singulis individuis -o sunt (*antea*: semper adest). 5, 24 p. 346, 21 nigrum ... tam corvo quam Aethiopi ... -o est.

b *mala, incommoda*: PLAVT. Persa 288 abi in malam rem. :: at tu domum: nam ibi tibi parata -ost. CIC. Verr. II 5, 181 *homines novi,* si tantulum oculos deiecerimus, -o esse insidias *videmus.* LIV. 25, 38, 5 -o est ... acerba memoria et Scipiones *occisi* me ... excitant saepe somno. SEN. nat. 6, 2, 6 cum mors ubique -o sit et undique occurrat. AVSON. 301, 19 p. 172 Thales ... *ἐγγύα, πάρα δ' ἄτα* protulit, spondere qui nos, noxa quia -o est, vetat (*var. l.* praes *tuetur Peiper, sed cf. locum geminum* 305, 19 p. 178 sponde, noxa ⟨set⟩ -o tibi ˹est˺ [*del. Peiper*]).

B *pro subi. sunt structurae verbales*: **1** *enunt. interrog.*: IVL. VAL. 1, 9 p. 18, 16 quid ... ille *Aristoteles* responderit, -o est tibi (*eius epistulam accipienti*). **2** *inf.*: RVFIN. Basil. hom. 1, 5 p. 1731[A] -o est ei *homini* discernere ac iudicare de singulis (*Migne gr. 29, 224[A] κρίνει*). 2, 7 p. 1742[D] *animae* parti meliori naturaliter -o est imperare (*Migne gr. 31, 213[C] τὸ κρατεῖν ὑπάρχει*). hist. 2, 6, 1 quod (*sc. Gaium Iudaeis infensum fuisse; obi., vix subi.*) -o est ... ex ... *Iosephi* sermonibus discere (*gr. πάρεστιν*). OROS. hist. 7, 1, 10 si ... praescisse illis *deis* ac voluisse -o semper fuit.

II *exempla cetera* (*cf. etiam p. 928, 31*); -o *pro praedicativo positum spectat ad*: **A** *obi. acc.* (*subi. in struct. passiva; ad B3 trahere possis* ACC. *et subaudito inf.* esse TER., AVSON.; *iuxta* praesens *p. 932, 10, cf. l. 71*): PLAVT. Mil. 1216 era, eccum -o militem. TER. Andr. 415 ipsum *Pamphilum* ... -o video cum Davo ... :: utrumque adesse video (*explicat* GLOSS. -o: praesens). ACC. trag. 525 Lemnia -o litora rara et celsa Cabirum delubra tenes (*nisi intellegas* -o sunt). AVSON. 394, 35 p. 254 invenies -o subiuncta petorrita mulis (CLAVD. DON. Aen. 11, 245 p. 444, 11 *Diomeden* et ipsum praesentem et copias quas daret, si vellet, -o ait inventas, ut *eqs.*). CLAVD. DON. Aen. 4, 290 p. 392, 28 ut -o fierent arma ([forent *ed. Fabricii*]. GREG. M. in Ezech. 1, 5, 10 spiritus sanctus simul singulis atque omnibus -o fit. GLOSS.[L] V Aa P 1106 [*item, ordine inverso,* 1438] -o fecit: prom[i]sit. *perperam editum est olim* -o fiat *pro* palam fiat *Vet. Lat. I Ioh. 2, 19 [cod. 55]; cf. etiam p. 929, 15*). 12, 230 p. 582, 3 quicquid opinio formidulosum sparserat (*sc. hostium vires*), -o est subiectum oculis vestris (*nisi ad I*). MARCELL. med. 8, 128 ut, cum opus fuerit, -o habeas *medicinam* (*cf. l. 30*).

B *subi.* (*struct. passivam v. sub A*): **1** -o adesse (*iunctura quodammodo abundanti; cf. testimonium p. 928, 42 et falsas var. ll. p. 929, 16 et* IVST. 1, 6, 4): TER. Eun. 1050 ubist frater? :: -o adest. ACC. trag. 498 -o etiam adsum. CIC. Mur. 26. LVCR. 5, 1412 quod adest -o ... in primis placet. FRONTO p. 57, 11. 92, 18. 115, 15. APVL. apol. 61, 4 *ut* -o adesset *testis.* LACT. inst. 3, 7, 10. PRVD. perist. 2, 569 *sanctus.* **2** *iuncturae variae*: ACC. trag. 252 praesens -o ... ⟨sese⟩ ultro ostentum obtulit (*si sic iungenda verba versus mutili*). RHET. Her. 4, 52, 65 vix haec dixerat *dominus,* cum ecce iste, *qui eum quaesiverat,* -o 'sedes', inquit, 'audax?' GARG. MART. pom. 3, 7 ilico -o videtur ... omnia haec arbori amaritosa contingere, cum *eqs.* **3** *sine verbo* (*sc. subaudienda copula q. e.* esse; *hucine p. 931, 54 et 65?*): HOST. carm. frg. 5 sententia -o pectore ˹pilata˺ (id est fixa, stabilis *explicat Serv. auct. Aen. 12, 121*). STAT. Theb. 6, 643 finiti cursus operumque insignia -o. silv. 1, 2, 229 iam socialia -o omina. PORPH. Hor. epist. 1, 12, 5. LACT. mort. pers. 8, 5 avulsae a complexu parentum virgines statim -o (*ut a Maximiano stuprarentur*).

inde **praestus,** -a, -um. *? superl.* -issimus IVST. VRGELL. *l. 33. significatur qui praesto est, sc. fere i. q. promptus, praesens*: -us sum: VET. LAT. Matth. 6, 33 (cod. 3) quaerite ... regnum dei ... et omnia haec pra˹esta sunt˺ vobis (˹ ˺ *si recte lecta sunt quae hodie videri nequeunt; fuit-ne* praestabuntur *ut e. g. in cod. 4? gr. προστεθήσεται, Vulg.* adicientur). Hebr. 10, 11 (cod. 75) omnis ... sacerdos -us est cottidie ministrans (*gr. ἕστηκεν, Vulg.* praesto est). CIL VI 12013, 11 (*lapis periit*) officio -us fui. INSCR. Année Épigr. 1961 n. 17 (*e Pisidia*) uti -us sit *quidam libertus* eo sepu⟨l⟩chro. *exempla cetera*: VITA Roman. vet. (BHL 7305 g) p. 55, 34 navigantibus, si invocatus fuerit, -us occurrit *sanctus Romanus.* LEX Sal. Merov. 40, 6 *ad servum puniendum* virgas paratas habere ... et ˹scamnum -um˺ ([˹ ˺ *A2,* scamno pristo *A1,* s. paratum *rec. cett.*]. 45, 2 testes ... -os). IVST. VRGELL. epist. ad Iust. p. 265 quicumque ... ad reprehendendum -issimi *hunc librum vituperaverint* (*ed. sec. cod. Matrit.; var. l. cod. Sangall.* promptissimi *laudat Schulz-Flügel per litteras*). *dubium an huc spectet* ROMVL. fab. 63, 10 rec. W *p. 918, 6.* *Reijgwart.*

praestōlāns *v.* praestolor.

praestōlātio, -ōnis *f.* *a* praestolari. GLOSS. *ἐπιτήρησις.* studium.

1 *i. q. actio praestolandi* (*hic potius quam sub 2 inserendum videtur* HIER. nom. hebr. p. 68, 8 Co [*i. Kῶς*] excussio sive -o): **a** *cum colore sperandi, exspectandi sim.*: HIER. psalt. sec. Hebr. 61, 6 ab ipso *deo* ... -o mea (*Vulg.* patientia). VVLG. prov. 11, 23 desiderium iustorum omne bonum est, -o impiorum furor. 23, 18 habebis spem in novissimo et -o tua non auferetur. ALC. AVIT. hom. 24 p. 145, 27 maior est *laetitia,* quam -o nostra concipit. GREG. M. moral. 16, 55 qualiter ... sit eius *dei* aeternitas ... sine mora longa, sine -e perpetua non videmus. 31, 51 equi ... naribus (*Iob 39, 20*) praedicatoris sancti praescientia ac -o designatur. **b** *cum colore ministrandi, adstandi sim.* (*cf. p. 933, 35*): GLOSS. III 424, 2 *aἱ προσεδρίαι τῶ⟨ν⟩ θρόνω⟨ν⟩*: -es sedium (*sc. angelorum*).

2 *metonymice de deo aut hominibus, in quibus spes ponitur* (*cf. vol. V 2, 1887, 13–25*): HIER. psalt. sec. Hebr. 38, 8 quid exspecto, domine? -o mea tu es. VVLG. Iob 17, 15 (*rogat Iob, cui cognati iam desunt*) ubi est ... nunc -o mea? (*inde* GREG. M. moral. 13, 51 quae esse potuit -o iustorum nisi ... deus?).

praestōlātor, -ōris *m.* *a* praestolari. [*falso edebatur* VITA Caes. Arel. 1, 20 *in Migne 67, 1008[C] pro tradito* blaterator.] *i. qui praestolatur, exspectat* (*cf. p. 933, 35 et* GLOSS. exspectans, observans): Ps. IOH. MED. hom. 2 p. 744 deus ... voluit ... facere -es suos servos, utentes praesenti vita et transitoria. 30 p. 826 pascit deus -es suos, id est sustinentes se.

***praestōlor,** -ātus sum, -ārī *et* praestōlo, -āre. [praestō-lā- *ex adv.* praestō *derivatum esse vid., cf. p. 933, 18. 19. 21*; -lā- *suffixum quidem insolitum est (v. Walde-Hofmann II 356), sed fortasse conferri potest* ambu-lā-re. *de forma haud prisca* praestulor *l. 65 v. sub adv.* praesto. *Fo.*] *scriptura* -stul- *reprobatur apud* CASSIOD. gramm. VII 157, 23 (*ex Curtio Valeriano*), *exstat hic illic in codd., e. g. plerumque in cod. Brux.* ENNODII; -stoll- LEANDER reg. praef. p. 92. NOT. Tir. 21, 99. *de genere: deponens testatur* PRISC. gramm. II 378, 25, *legitur passim inde a* PLAVTO. *formae activae*: LIV. ANDR. trag. 25. TVRPIL. com. 153 (*utrumque affert* NON. p. 475, 34 -at pro -atur). APVL. met. 5, 20, 6 (*si recte trad.*). EXPLAN. in Don. gramm. IV 488, 6. GREG. TVR. Franc. 5, 30 p. 235, 6 (*depon. var. l. ut* 7, 28 Mart. 2, 49. 2, 60 p. 629, 21 vit. patr. 7, 3; *depon. solum trad.* Franc. 2, 1 p. 37, 9). VITA Roman. rec. (BHL 7306) 13. SACR. Leon. 1345. 1365 *et hic illic in falsis var. l.* *formae significationis passivae: p. p. p. v. p. 934, 38. 935, 48 sqq.; ceterae*: COD. Theod. 11, 30, 62 (*v. p. 934, 52 et cf. p. 934, 59*).

[Sinclair]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

SIGIST. epist. p. 3 GREG. TVR. glor. mart. 30 p. 507, 2. 33 p. 509, 19. 75 p. 538, 35 Mart. 3, 8 p. 634, 18 GREG. M. moral. 13, 54; *v. etiam p. 935, 38.* *de usu indicativi praeteriti: in verbo durativo nimirum praevalet imperf.* -bar (PLAVT. Epid. 221 *et plus vicies inde ab* EPIT. Alex., AMM.); *perf. depon.* -tus sum *non exstat nisi* PLAVT. *p. 934, 9 (e coni.)*, VIGIL. THAPS. *p. 935, 33 (iuxta imperf.), perf. act.* -verunt *usurpat* VITA Roman. *p. 934, 44.* *de usu casuum*: DON. Ter. Eun. 975, 1 non 'cui -are' sed 'quem' dixit; aliter Tullius (*cf.* DIOM. gramm. I 320, 7 idiomata quae veteres quidem per accusativum extulerunt, nos autem per dativum secundum Graecos efferimus: .. *illi* -or nutricem, nos -or nutrici). *utrumque casum fere allatis* TER. Eun. 975 *et* CIC. Catil. 1, 24 *testantur* ARVS. gramm. 430. PRISC. gramm. III 274, 9 desiderativa vel inquisitiva accusativo sociantur: ... exspecto ... opperior ... -or te et -or tibi, sed magis, quando dativo coniungitur, adquisitivum est. IDIOM. cas. gramm. IV 571, 19 -or nutrici et nutricem *σέβω τὴν τροφόν, σέβω τὴν τίτθην* (*cf.* DIOM. *supra*). *al.* *de notione*: PAVL. FEST. p. 223 -ari is dicitur, qui ante stando ibi, quo venturum excipere vult, moratur. NON. p. 161, 25 -ari est expectare vel manere (*affertur* SISENNA *p. 934, 30*). DON. Ter. Eun. 975, 2 -ari est praesto esse et apparere, hoc est obsequi. DOSITH. gramm. VII 432, 7 -or *παρεδρεύω*. SYNON. Cic. p. 415, 25 adesse. praesto esse. -ari. GLOSS. *παρεδρεύω. ἐκδέχομαι. περιμένω. παρατηρῶ. προσεδρεύω.* -atur: praesto est. observat. sustinet, exspectat. -ari: *προσκαρτερεῖν. παραμένειν.* -are: *περισκόπει, περιμένει* (*-νε?*), *ἐπιτήρει.* exspectare an specular (*per confusionem inf. et imper.?*). ad -andum: ad observandum vel sustinendum. *al.* GLOSS.^{L} I Ansil. PRAE 1014 -atur: desiderat. *sim. al.* *legitur in versibus apud* LIV. ANDR., PLAVT., TER., TVRPIL., *praeterea in* AMBR. titulis, HYMN. Ambros., CE, *in prosa oratione paucis locis apud* SISENNAM, CIC., CAES., SVET., *paulo saepius inde ab* APVL., *sed etiam inter recentiores omnino deest e. g.* TERT., CYPR. [*e coni. dub.*: SEN. clem. 1, 6, 1 -antur *Préchac, 1925, ad l. pro* postulantur. FRG. fab. (Pap. Corp. 40) 5 *v. p. 939, 72.*]

I *usu originario dicitur de eis qui praesto sunt ad aliquid experiendum, cognoscendum, faciendum aut ad aliquem accipiendum vel quomodocumque tractandum. plerumque est fere i. q. exspectare, opperiri (animo hostili l. 52. p. 934, 5. 24, 31; cum colore sperandi vel desiderandi, postulandi sim. p. 934, 27. 62, prospiciendi maxime p. 934, 41, famulandi, ministrandi fortasse l. 45. 66. p. 934, 15, cf. l. 14. p. 935, 14). aliae notiones praevalent sub B2, C2b nec non p. 935, 22. subi. sunt fere animantes eorumve qualitates sim., res variae l. 67. p. 934, 21. 35. 935, 23. indicatur locus l. 43. 46. 64sq. p. 934, 6sqq. al.*

A *absolute* (*accedunt indicationes loci, temporis, modi, finis praeter l. 50. 51. 56; huc fortasse etiam l. 62sq.*): **1** *varia causa et ratione*: LIV. ANDR. trag. 25 nimis pol inprudenter servus -aras (servis *coni. Iunius, alii alia*). APVL. met. 5, 4, 4 voces cubiculo -tae novam nuptam *Psychen* ... curant. 5, 20, 6 (*sorores ad Psychen*) cum primum illius *mariti* morte salutem tibi feceris, anxiae -bimus (praestol⟨atae advol⟩abimus *v. d. Vliet*). 10, 20, 1 iam dudum -antem cubiculo meo matronam offendimus. HIER. epist. 96, 17, 3 non adserimus ... bonitatem dei multo tempore -tam *esse,* ut non ante faceret *eqs.* VVLG. exod. 18, 14 (*Iethro ad Mosen*) cur solus sedes *ad iudicandum* et omnis populus -atur de mane usque ad vesperam? prov. 17, 8 gemma gratissima exspectatio -antis; quocumque se verterit, prudenter intellegit. VITA Caes. Arel. 1, 20 paupertas ... -ans (*antea*: pro foribus adstant *pauperes*). *al.* **2** *animo hostili, sc. insidiandi, pugnandi causa*: SVET. Claud. 13, 1 reperti ... duo in publico ... -antes, alter ut *Claudium* egressum theatro, alter ut sacrificantem ... adoreretur (*cf.* VVLG. iud. 16, 2 *Philistini* ibi tota nocte cum silentio -antes, ut facto mane *Samson* exeuntem occiderent). Vit. 7, 2 creditorum ... -antium ac detinentium turbam. APVL. met. 3, 3, 8 mane -tus ad *iudicium* ... eum curavi perducere. 4, 10, 1 cum noctis initio foribus eius -amur (*v. app. crit.*). EPIT. Alex. 11 barbari ... in ripa telis contentis -bantur.

B *cum dat.*: **1** *pro subi. sunt animantes, qui sive opperientes sive ministrantes praesto sunt alicui (rei l. 65)*: PLAVT. Epid. 217 ego illam illi video -arier (*nisi* illi *est adv., ut ad A1 pertineat; sim. dubites etiam de* TVRPIL. com. 153 ego -bo illi). CIC. Catil. 1, 24 *scio* esse praemissos, qui tibi ad forum Aurelium -rentur armati. Att. 2, 15, 3 *ut* in Formiano tibi -er usque ad III Non. Mai. 3, 20, 1 huic spei et exspectationi ... volui -ari apud te in Epiro. DON. Ter. Ad. 26, 3 servuli adulescentibus -antur.

2 *pro subi. sunt res*: **a** *quae loco rei cuiusdam deficientis praesto sunt, ut vergat in vim q. e. succedere sim.*: PHILO quaest. in gen. 4, 220 de contrariis si alterum egreditur, supervenit aliud; ... ad invicem ... sibi -a⟨n⟩tur arte quadam observatissima, ne *eqs.* **b** *quae praesto sunt ad medendum, ut vergat in vim q. e. prodesse, opitulari sim.* (*v. etiam* DIOSC. *p. 935, 22; ceterum cf. p. 844, 51. 918, 9. 931, 29; hic illic interpres variandi gratia pro uno verbo graeco plura latina posuit*): DIOSC. 1, 75 p. 40, 15 *cupressi* semen ... emptoicis (*i. haemoptyicis*) medetur, disintericis ... prodest, tussi[m] et ortopnoicis -atur (*gr. 1, 74, 1 uno verbo ἁρμόζει*). 1, 84^{1} p. 45, 33 *asphaltus* sciadicis -atur ([*gr. 1, 73, 3 βοηθεῖ*]. 3, 166 p. 444, 27 [*gr. 3, 156, 2 θεραπεύει*]). 4, 39 p. 25, 10 sucus foliorum eius *pentaphylli* ictericis -atur (*gr. 4, 42, 3 ὑγιάζει*). *et saepius apud eundem.*

C *cum acc.*: **1** *personae (animalis l. 11)*: **a** *usu communi, sc. exspectando aliquem advenientem (animo hostili l. 7. 10. 17)*: PLAVT. Cas. 578 te ... -bar. Epid. 221 *fidicina* -batur illum apud portam. Most. 1066 illum ante aedis -bor ludificatorem meum. Poen. 1173 (*interpol.?*) hasce *puellas* hic -bimur. Truc. 336 quid *ancilla* ... tam diu ante aedis stetit? nescioquem -ta est (presto ita lata est *trad.*). TER. Eun. 975 quem -are, Parmeno, hic ante ostium? 977 quem -are? SOL. 30, 17 *venatores* -ti ad pastum exeuntes *e foveis angues.* SYMM. epist. 6, 74 *quidam* dignabitur ... Prosdocium -ari venturum ad vos protinus (*cf.* HIER. hom. Orig. in Luc. 24 p. 148, 16 *Iohannes* venientes ad baptismum -batur). AMM. 21, 13, 6 accita undique ... auxilia (*cf.* 24, 7, 8 *adminicula*). 31, 5, 6 satellites ..., qui pro praetorio honoris et tutelae causa duces -bantur. 31, 12, 5 ut *Valens* -retur paulisper periculorum participem (*sc. Gratianum*). HEGES. 3, 23, 1 in campo etiam multitudo innumerabilis hostem -batur. HIER. in Ier. 3, 29, 2 te, *domine,* -amur, qui vera ... exspectatio es Israhel (*cf.* VVLG. Is. 8, 17 exspectabo dominum ... et -bor eum. RVFIN. hist. mon. 1 p. 401^{D} caelestem regem pervigilibus ... excubiis. CE 700, 15 [*a. 518*] sponsum ... Chr(istu)m. *al.*). *al.* *subi. est res*: PANEG. 6, 5, 4 *Constantius ad Britanniam* ita pervectus, ut non comitata illum sit, sed -ta victoria. VVLG. Mich. 5, 7 super herbam, quae non exspectat virum et non -atur filios hominum. **b** *usu deflexo, sc. evanescente respectu advenientis vergit in vim: insidiandi, infestandi (cf. l. 5)*: Ps. HIER. epist. 42, 1 me *exponentem consilia mea* plerique maledictis aemuli -antur, quia non sileo veritatem. *desiderandi*: GREG. TVR. Franc. 2, 1 p. 37, 9 (*loq. aegrotus Martinum quaerens*) -or beatum virum et nescio, ubi sit.

2 *rei*: **a** *obi. indicat id, quod exspectatur*: **α** *in universum; exspectantur*: Ⓘ *varia*: SISENNA hist. 25 occulte tacitique ⌞adve⌟nientiam⌞⌟ cohortium -ari occipiunt (⌞ ⌟ *Popma,* adventum *alii fortasse rectius,* advenientium *trad.; cf.* CAES. civ. 2, 23, 3 adventum ... -ans [VVLG. iud. 6, 18. 9, 25. MART. CAP. 2, 209 Iuppiter ... sponsales -atur a. CASSIOD. in psalm. 118, 166 futuri iudicii. *al., v. etiam l. 63. p. 935, 21*]). ZENO 1, 29, 2 *maris rubri* aquae ... vitreos diriguntur in muros -antes dei transitum populi (GREG. TVR. Mart. 3, 8 p. 634, 18 solus transitus *ad mortem* -atur). AMBR. off. 2, 17, 90 *Paulus* finem certaminis patiens laboris, securus meriti -batur (IVLIAN. in Am. 7, 12. GREG. M. moral. 1, 24 -to ... fine). HIER. epist. 53, 8, 6 adulteram ... viri ad se reditum -ari. in Ier. 5, 59, 4 ut, qui *verbum prophetae* audiunt, rerum exitum -entur. praef. Vulg. Ier. p. 6, 18 *nos* pro his omnibus, *quae mutavimus,* maledicta ab aemulis -antes. vita Malchi 9 -amur (-amus *var. l.*) eventum rei (COD. Theod. 10, 10, 27, 5 e. examinis. VITAE patr. Iurens. 137. VITA Roman. rec. [BHL 7306] 13 *discipuli,* quid agerent viri sancti, e. rei -verunt exitum [*aut* e. rei *aut* exitum *abundat*]). EVSTATH. Basil. hex. 6, 4, 10 agricultores ... ex memoratis instructi signis *caeli* opportunitatem congruam -antur (*gr. εὑρίσκουσι*). *al.* Ⓘⓘ *iudicium, mandatum sim.*: HIER. hom. Orig. in Ezech. 4, 1 p. 361, 20 *ultimum* iudicium -antur non solum homines, verum etiam angeli dei (RVFIN. apol. adv. Hier. 1, 28 apud iustissimos iudices et futurum dei i. -antes. AVELL. 95, 21 an sedem apostolicam congruebat ... aliorum ... i. -ari? *cf. l. 34*). AVG. c. Cresc. 3, 43, 47 p. 453, 20 cum ... utriusque partis procuratores proconsulare -rentur examen (COD. Theod. 11, 30, 62 ut, si quando ... fuisset interposita provocatio, ... proconsularis cognitionis -etur e. FACVND. defens. 10, 4, 17 si ... indictum -ari nollet e. *cf. l. 43*). POMER. 3, 19, 2 *senioris* ad loquendum -amur imperium. ENNOD. epist. 6, 13, 1 p. 156, 17 sententiam. FVLG. RVSP. ad Tras. 1, 1, 1 ordinationem tui culminis (*sc. regis*). *al.* *pro obi. ponitur forum sim., quo quis admitti vult (huc vergunt l. 50. 53)*: COD. Theod. 2, 4, 7 non ... decet defensione *ecclesiae* ... suscepta publica diu secretaria -ari (*sc. defensorem, nisi passive intellegendum*). COD. Iust. 11, 17 (16), 2 quicumque *suarius* ... iudicium voluerit experiri, fori urbani auditorium -etur.

β *cum colore sperandi, desiderandi, postulandi sim. (significantiora selecta; hic illic indicatur unde per praepos.* ab *vel* ex): SYMM. epist. 1, 9 adventum vestri ... -amur (HIER. hom. Orig. in cant. 1, 5 p. 35, 11 *sponsi* [FVLG. RVSP. epist. 3, 36 CE 748, 24]. VITA Roman. rec. [BHL 7306] 13 desiderantissime sancti viri -batur a. *al.*). HIER. in eccles. 11, 1 qui largitur egentibus, ... ipsum panem serit, fenore quodam multiplicationem illius -ans. epist. 63, 3 *haereticorum* paenitentiam -aris. 92, 6, 5 *ut* coronam iustitiae -emur. interpr. Iob 30, 26 ego bona -bar, ecce occurrerunt mihi magis dies malorum ([VVLG. *copiosius sec. hebr.*: exspectabam ... -bar]. in Ioel 2, 28 l. 649. *cf.* ENNOD. epist. 8, 6 p. 204, 25 bona opera). in Is. 5, 14, 29 mortuo rege adversarum gentium semper laetantur inimici ex rebus novis bella civilia ... -antes. 11, 38, 14 *in summo periculo* a deo solo ... auxilium -bar (ANIAN. Chrysost. hom. 6, 1 ab eo *Iesu* [*Migne gr. 57, 63 προσδοκῶντες*]. GREG. TVR. Mart. 2, 49. *aliter supra l. 14*). PAVL. NOL. epist. 34, 2 a domino re-

[Sinclair]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tributionem mercedis aeternae. PETRON. BONON. serm. l. 4 admiror ... vos ... *sermonis mei* arentes rivulos -ari. IVLIAN. in Os. 6, 1 quam supplicationem -retur *deus.* HESYCH. in lev. 13, 1 p. 930[A] quorum a deo -anda sit scientia. SIDON. epist. 5, 16, 4 quae *insignia* tu ... impatientius -bare. ALC. AVIT. epist. 39 p. 68, 20 peculiaris vester rescriptum ... vobis peculiarius -bor (*cf.* VEN. FORT. epist.[carm. 5, 1] 2 -bar epistolae vestrae magna [*v. Blomgren, Eranos 69, 1971, 115sq.*]). GREG. M. dial. 2, 22, 1 constitutum diem magnopere -antes *fratres* (in Ezech. 2, 4, 15 veri luminis d.). VITA Caes. Arel. 1, 35 *virgines monasterium ingrediuntur, ut* accensis lampadibus caelestis regni ianuam -entur (*i. regni initium exspectent; in imag. respicitur Matth. 25, 1sqq.*). *al.*

b *obi. indicat id quod agitur ab eo qui praesto est, ut sit fere i. q. ministrando peragere*: COD. Theod. 8, 1, 9, 1 *numerarii* biennio post administrationem in provinciis residere debebunt, obsequia iudicum -antes, ut edant rationem torporis. CONSVLT. Zacch. 1, 30 p. 38, 4 nonnulli *daemones* magicam -antur artem (*sc. diabolo; cf. p. 37, 30* huic *diabolo* immundorum spirituum ministeria diversa servire).

D *cum variis structuris* (*arcuimus enunt. fin. p. 933, 53. 55*): **1** *praepos.* ad: *opperiendo*: COD. Theod. 8, 1, 15 *scriniarii triennium chartarum cura functi* ad principatum officii ... -entur. CASSIOD. in psalm. 118, 105 *virgines fatuae* (*Matth. 25*) ad adventum sponsi non potuerunt -ari. *medendo* (*cf. B2b*): DIOSC. 1, 63 p. 36, 6 *oleum amaracinum* ad percussuram nervorum et musculorum ... -atur (*gr. 1, 58, 2 πρὸς τὰ κτλ. ... συμφέρει*). **2** *inf. vel acc. (nom.) c. inf.*: ALC. AVIT. epist. 81 p. 94, 11 prosperitatem piissimi domni ... dignabili alloquio -amur agnoscere. ENNOD. opusc. 3, 74 p. 349, 19 ecce concursus -antium tanti antistitis adventum domi positum videre, quem *eqs.* (*nisi post* adventum *interpungendum*). GREG. M. epist. 1, 70 l. 17 quae *frumenta* ... transmitti -amur (*acc. c. inf. ut*: moral. 9, 55). moral. 13, 54 laborum omnium retributio adhuc in sola inferni quiete recipi -batur. LEANDER reg. praef. p. 92 quod omnes ... esse sperant sancti et post resurrectionem cuncta -atur ecclesia. **3** *enunt. interrog.* (*cf. p. 934, 44*): VIGIL. THAPS. c. Eutych. 1, 15 olim opperiebamur, diutius -ti sumus, unde erroris vestri rivulus originem trahat et quo discursum faciat; tandem reperimus *eqs.* GREG. TVR. Franc. 7, 28 exercitus ... -are coepit, quid de Gundovaldo cognusceret. GREG. M. moral. 33, 61 quid fiendum sit.

II *usu secundario i. q. facere ut aliquis (aliquid) praesto sit, praesentare (usus ortus fortasse e formis depon., quae passive intellegebantur)*: EXPLAN. in Don. gramm. IV 488, 6 *maiores nostri* constituerunt sibi nomina, quibus diversa appellarent, ita ut propriis nominum vocabulis absentia -rent (repraesentarent *coni. Keil*). POLYCARP. ad Philipp. 10, 1 domini exemplar sequimini ... mansuetudinem domini alterutri -antes (praesentantes *var. l.; sed fortasse rectius var. l.* mansuetudine *praetulerunt Hilgenfeld aliique, ut locus ad IB spectet*). CONC. Carth. a. 525 p. 261 l. 260 praecucurri festinus, donec aulam ... ingrediens beatitudinis tuae fuissem conspectibus -tus.

part. praes. praestōlāns, -antis *pro subst. masc. v. p. 933, 50, cf. etiam l. 26.*

p. p. p. praestōlātus, -a, -um *pro adi. i. q. exspectatus, exoptatus*: VIGIL. THAPS. c. Eutych. 1, 3 -i temporis moras, quas ... peregit *Christus in utero* (GREG. M. moral. 9, 46 ante -um redemptionis tempus [*postea*: exspectatum t.]). ALC. AVIT. epist. 15 p. 48, 9 praevio -ae visitationis nuntio gaudeamus. GREG. M. moral. 8, 56 desiderium -i mediatoris (*sc. Christi*). 13, 54 quies *retributionis* -a.

deriv.: praestolatio, praestolator. *Sinclair.*

praestrangulo, -ātum, -āre. *a* prae *et* strangulare. *i. q. praefocare*: BACHIAR. repar. laps. 17 p. 1055[B] (*inde* Ps. EPHR. paenit. p. 628) pontificem ... reor ... Davidicum opus imitari, ut, quando ... ursus ovem rapuerit, insurgat adversus eum et -tis faucibus praedam ex gutture eripiat (*cf. Vulg. I reg. 17, 35* suffocabam, *Ambr. in psalm. 118 serm. 18, 24, 2* strangulatum). *aetatis recentioris est Ps. Quint. decl. 3[b], 3 p. 60, 15 L.*

praestrepo, -ere. *a* prae *et* strepere. **1** *fere i. q. obstrepere* (*sc. de eis qui strepunt vincentes vel etiam impedientes vocem alterius*): PRAEF. bibl. in psalm. p. 71, 46 B. qui *in psallendo* ... aequare se non potest ceteris *canentibus,* melius est ei tacere ..., quam omnibus -ere (*est rec. interpolata Nicet. psalm., qui 13 l. 26 sine dat. scripsit* perstrepere). p. 72, 3 legente lectore non alius orans clamosis vocibus -at (ob- *Nicet. ibid. l. 41,* per- *var. l. codd. interpol. p. 81, 19 Burn*). **2** *confusione quadam praeverbiorum i. q. perstrepere* (*hucine l. 64? falsa var. l. pro* per- HEGES. 1, 28, 8 p. 47, 17, *errore typothetae legitur pro* per- *in ed. Migneiana altera a. 1880* AMBR. fid. 5, 16, 192): GLOSS.[L] II Abav. PR 49 -it: strepitum facit (*item* V Aa P 1110 [*cf. 518* perstrepit: s. f.]). *ceterum exstat in titulo a. 642 CE 721, 8.*

[praestrictim *sunt qui perperam pro* per- *afferant e* CASSIOD. inst. praef. 9; *ceterum exstat in falsa var. l. pro* perstricte QVODV. Aug. epist. 221, 3 *et trad. falso pro* praestructim *p. 947, 3.*]

[praestrictio *perperam edebatur olim* TERT. resurr. 49, 13 (*pro* -structio) *et* VEG. mulom. 1, 40, 2 (*pro* perfrictio).]

praestrictus *v.* praestringo.

praest(r)īgātor *v.* praest(r)igiator. *Bk.*

[praest(r)īgiae, -ārum *f. et* **praest(r)īgia,** -ōrum *n.* (*sing. v. l. 26. 31*). [-strīg- *per apophoniam differt a stirpe* -strĭg- *verbi q. e.* prae-strĭngere (-strĭc-tum) *'occaecare', unde vox derivata est, cf. theod. 'Blendwerk' (Walde-Hofmann II 356). affinitate verbi et subst. evanescente* r *altera per dissimilationem omissa est. de suffixo* -ia *vel* -iae *in substantivis abstractis adhibito* (desidia, exsequiae *sim.*) *cf. Leumann, Gramm. 1977, 292. Fo.*] *de origine*: ISID. orig. 8, 9, 33 dictum ... -um, quod praestringat (prestingit *cod. unus*) aciem oculorum (*inde* GLOSS.). GLOSS. [L] II Abav. PR 44 [-a (*an* -um?)] a praestigiatore nomen accepit ([ ] -es *trad., ut* V Aa P 1103 a praestigando dictum [*om. cod. b*]). *de scriptura*: pre- *occurrit*: LACT. inst. 2, 16, 13 (*cod. B*) *et saepius in codd. rec. formam* -strig-, *quam tuentur et veriloquium et homoeoprophoron* CAECIL. com. 209 (*p. 941, 42*), *exhibent codd. antiquis* FRONTO p. 9, 7 (*A*). EXC. Bob. gramm. I 550, 9. PRVD. perist. 2, 86 (*A*), *sed longe praevalet* -stig- *cum in recc. tum in vetustis, e. g.* CYPR. eleem. 13 (*F et S*). LACT. inst. 2, 8, 1 (*et al. in B*). SYMM. or. 1, 9. AMBROSIAST. in Col. 2, 11, 2 (*C*). NOT. Tir. 107, 57 -um.

de genere, numero, formis: 1) testimonia gramm.: inter subst. feminina semper pluralia *affert* CHAR. gramm. p. 36, 10 -ae *ψηφοπαιξία* (*sim.* DIOM. gramm. I 328, 3 PROB. app. gramm. IV 195, 27 GLOSS.); *inter* neutralia semper pluralia EXC. Bob. gramm. I 550, 9 haec -a *ἀμαύρωσις. 2) usus auctorum: a) fem. plur.* -ae *occurrit passim inde a* PLAVT. Capt. 524, *sing.* -a *non nisi* QVINT. inst. 4, 1, 77. TERT. adv. Marc. 3, 24 p. 422, 21 (*vix neutr. plur.*). TRACT. Pelag. 3, 17, 2 p. 53. 4, 5, 1 p. 72 *et fortasse* GLOSS. *l. 40; dubium, num recte reprobetur forma decl. quintae* -es *l. 13, si conferas* materia/materies *et subst. sim. b) neutr. plur.* -a QVEROL. p. 40, 16. 57, 12 Ps. AMBR. mans. 37 p. 35[B] Ps. AVG. quaest. test. 114, 13 CONSVLT. Zacch. 1, 9 p. 13, 32. *al., sing.* -um QVEROL. p. 8, 20. 23, 11 (*al. ibid.*). AMBROSIAST. in Col. 2, 11, 2 rec. *a* HIER. epist. 57, 2, 3 Ps. AVG. quaest. test. 27, 1. *al. c) formae ambiguae (cf. l. 26): abl. plur.* -is CIC. fin. 4, 74 ac. 2, 45 GELL. 7, 15, 2. 10, 12, 6 APVL. mund. 15 p. 321. *et saepe; variant codd. apud* VAL. MAX. 7, 3, 4 (*v. l. 71*). APVL. mund. 16 p. 323 HIER. adv. Pelag. 1, 6. *al.*

syllaba secunda corripitur ALC. AVIT. carm. 5, 473. *de notione*: SYNON. Cic. p. 430, 23 inductio. ... artificium. -ae. fuci. fallaciae. inlecebrae. GLOSS. II 418, 17 *προκάλυμμα*: protec[tec]tio, praetextum, -um, velamentum. GLOSS. -ae: doli, insidiae. aenigmata, similitudines. *ψηφοπαιξία* (*sec. l. 22*). -a: magia, fraus, fallacia. -um: falsitas, mendacium. -is: *παραλογισμοῖς, πανουργίαις.* fantasiis vel circumventionibus. *sim. al., cf. l. 24 et vol. X 1, 350, 51. 60. legitur* (*singulis tantum locis praeter* CIC.) *inde a* PLAVTO, CAECIL., SCIP. min., CIC. (*quinquies*), LIV., VAL. MAX., QVINT., FRONTONE, *saepius e. g. apud* LACT., HIER., ENNOD., *frequentant* QVEROL. *et* GLOSS.; *in versibus post* PLAVT. *et* CAECIL. *apud* PRVD. *et* ALC. AVIT. [*e coni. dub.*: PHILO quaest. in gen. 4, 232 -a assumit (*Petit sec. armen., sed gr. ἐμφάσεις suspicata,* praestigiati sumit *trad.*).]

significantur ea, quae oculos vel mentem praestringunt, fallunt (*passim cum contumelia quadam, quae augetur per adi.* inhonestus *p. 937, 13,* falsus *p. 937, 29,* fallax *p. 937, 37. 938, 32. sim. al.; in neutram vel bonam partem e. g. p. 937, 69. 938, 13. 16. -ae fere fiunt ab animantibus [daemonibus sim. p. 937, 26sqq. passim, animali p. 937, 6] eorumve actionibus sim., rebus sub IIB. fere metonymice adhibetur p. 937, 57* [*cf. p. 937, 25*]). *accedit gen. indicans, quo -ae pertineant, qua ope fiant sim. e. g. l. 74. p. 937, 24. 52. 938, 21. al. (cf. praepos.* de *c. abl. p. 937, 1), quis -as paret p. 937, 47. 938, 26. al.; ceterum -ae illustrantur per struct. verb., sc. acc. c. inf. p. 937, 41,* ut *p. 938, 44,* quod *p. 938, 35. syn. et iuxta posita selecta*: mendacia *l. 63,* doli *l. 64. 69. p. 941, 42,* fallaciae *l. 68. p. 937, 47. 941, 43. al.,* captiones *p. 937, 64,* portenta *p. 937, 15* (*cf.* signa *p. 937, 38*), insidiae *p. 937, 7. 46. 938, 53,* artes *p. 937, 51. al.; opp. imprimis* veritas *p. 938, 8. 27. al.*

I *respiciuntur quaevis fallaciae, doli, insidiae* (*sc. fere de eis, quae in occulto struuntur*): PLAVT. Capt. 524 (*loq. servus partes agens domini sui*) nec subdolis mendaciis mihi usquam mantellum est meis ... nec deverticulum dolis: operta quae fuere aperta sunt, patent -ae, omnis res palam est. CIC. Verr. II 4, 53 qui *Verres* ... non per -as, sed palam per potestatem ... totum oppidum compilaverit. Rab. Post. 35 (*de vanis testibus Alexandrinis*) audiebamus Alexandriam, nunc cognoscimus: illinc omnes -ae, illinc ... omnes fallaciae, omnia denique ab eis mimorum argumenta nata sunt. nat. deor. 3, 73 (*affert* CAECIL. *p. 941, 42*) quid ergo isti doli, quid machinae, quid fallaciae -aeque, num sine ratione esse potuerunt? VAL. MAX. 7, 3, 4 *in quadam de finibus Nolanis controversia* improbo ... -arum (-orum *var. l.*) genere novum civitati nostrae vectigal accessit. FRONTO p. 9, 7 -ae nullae tam versutae, 'nulla', ut ait Laevius (*carm. frg. 29*), 'decipula tam insidiosa'. PANEG. 3, 19, 1 nota divisorum (divers- *trad.*) flagitia, notae loculorum -ae *in comitiis centuriatis.* LVCIF. moriend. 4 l. 2 -is ac fraudibus *Con-*

[De Luca]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

stantii. QVEROL. p. 40, 16 de solidis mutandis mille sunt -a. AMM. 26, 4, 4 *imperatores convalescentes* suspectas morborum causas investigandas ... *quibusdam* commiserunt ... tamquam clandestinis -i⟨s⟩ laesi[s]. 28, 4, 22 subsident aliqui *testamentorum captatores* copiosos homines ... ad voluntates condendas allicientes ⌞-is⌟ miris (*Löfstedt,* potest regiis *sim. trad.*). AMBR. hex. 5, 8, 22 cancer ... quas cibi gratia -as instruit! (*cf. gr. p. 153*[A] *τὸ πανοῦργον καὶ ἐπίβουλον. postea*: insidias nova fraude molitur *ostreae*).
al. -as praestringere (*sc. per homoeoprophoron*): CAECIL. com. 209 *v. p. 941, 42.*

II *respiciuntur potius ostenta, miracula sim., quae praesentibus et spectantibus stuporem inferunt*: **A** *fiunt arte*: **1** *ludicra (v. l. 13. 21 et plurimos locos sub b) aut magica, divinatoria*: **a** *proprie*: **α** *usu communi*: SCIP. min. or. frg. Macr. Sat. 3, 14, 7 docentur -as inhonestas, ... discunt cantare, ... eunt ... in ludum saltatorium inter cinaedos virgines puerique ingenui. GELL. 10, 12, 6 his portentis atque -is a Plinio ... scriptis (*sc. nat. 28, 112sqq.*) non dignum esse cognomen Democriti puto (*cf. 10, 12, 4* istiusmodi admirationum fallaci inlecebra. *vix ad B*). 14, 1, 2 id -arum atque offuciarum genus, *sc. disciplinam Chaldaeorum,* commentos esse homines aeruscatores et cibum quaestumque ex mendaciis captantes. Ps. ALEX. c. Dind. coll. p. 176, 18 nulla nos *Bragmani* ludicra spectacula ... affectamus; ... quid enim mimus hic faciet, ubi nullum -um (prost- *var. l.*, vestigium *ed. princ.*), quod ridendum de nobis possit exhibere, reperiat? (*cf.* GREG. TVR. Mart. 4, 7 non ei *mimo regis* adiuvit cac(h)innus aliquis neque -um artis suae). QVEROL. p. 8, 20sq. quidnam hoc est -um? :: apage sis ..., hic nullum est -um (*vix recte metonymice tridentem laris intellexit Emrich, 1965, in transl.*). *al.* **β** *apud eccl. respiciuntur miracula a daemonibus, diabolo sim. eorumve inspiratione facta, quibus fideles a deo alienantur*: TERT. apol. 22, 7 *ut daemones* hominem a ⟨re⟩cogitatu verae divinitatis averta⟨n⟩t -is ⌞falsis⌟ (rec. *Φ* falsae divinationis). 23, 1 si ... magi phantasmata edunt ..., si multa miracula circulatoriis -is ludunt ... habentes semel invitatorum angelorum et daemonum adsistentem sibi potestatem. anim. 57, 7 multa ... adversus apostolos Simon et Elymas magi *fecerunt,* sed plaga caecitatis (*cf. act. 13, 11*) de -is non fuit (*item distinguuntur miracula a deo, ope divina edita*: 57, 12. LACT. inst. 4, 15, 4 *Christus baptizatus* maximas virtutes coepit operari, non -is magicis, quae nihil veri ... ostentant, sed vi ac potestate caelesti. AVG. c. Faust. 29, 2 p. 745, 11 *miracula dei* vere facta sunt ..., non oculos hominum -is fallacibus inluserunt. CONSVLT. Zacch. 1, 9 p. 13, 32. *al.*). praescr. 6 l. 20 *diaboli* signis et -is Apelles seductus novam haeresin induxit. MIN. FEL. 26, 10 magi ..., quidquid miraculi ludunt, per daemonas faciunt; illis adspirantibus ... -as edunt, vel quae non sunt videri vel quae sunt non videri (*inde* LACT. inst. *l. 45*). CYPR. idol. 6 *auspiciorum sim.* omnium ratio est illa, quae fallit et decipit et -is caecantibus veritatem stultum ... vulgus inducit (*cf.* LACT. inst. 2, 14, 10 magorum ... ars ... *daemonum* adspirationibus constat, a quibus invocati visus hominum -is obcaecantibus fallunt, ut non videant ea quae sunt *eqs.* [*cf. 2, 14, 12* insidiis fraudibus dolis erroribus, *2, 15, 1* fallaciarum]). FIRMIL. Cypr. epist. 75, 10 p. 817, 28 *mulier obsessa* per -as et fallacias daemonis multa ad deceptionem fidelium moliebatur (ARNOB. nat. 1, 43 p. 38, 6 daemonum ... -ae et magicarum artium ludi. HIER. c. Vigil. 10. RVFIN. hist. 7, 17 ut -as fallacis d. arguat [*gr. τὸ λαοπλάνον δαιμόνιον*]. *aliter p. 938, 56, cf.* HIER. in Dan. 2, 19b daemonicis artibus atque -is [*sim.* in Eph. prol. p. 442[A]]). LACT. inst. 5, 3, 11 de fraude ac -is artis magicae (epit. 23, 6 *daemones* m. a. -as ad circumscribendos oculos reppererunt. HIER. in Eph. prol. p. 441[B]. *al.*). HIER. epist. 96, 16, 2 (*Theophil.*) Christus magorum -as suo delevit adventu ([*ibid.* magicis artibus]. RVFIN. hist. 4, 7, 9 -as Simonis magi [*gr. τὰς μαγείας*]. *al.*). Ps. AVG. quaest. test. 114, 13 per quae inliceret *diabolus* homines ad errorem. *al.* *fere metonymice de imaginibus vanis, phantasmatibus*: Ps. AVG. serm. Wien. Stud. 50, 1932 p. 136, 27 nefandissime Manichee, qui corpus dominicum existimasti -um.

b *in comparatione, metaphora sim.* (*exempla potiora; huc trahi posse et multa alibi allata, quippe quae cum convicio dicantur, vix est quod moneamus*): CIC. ac. 2, 45 ut maneamus in perspicuis ... constantius, maiore quadam opus est ... diligentia, ne ab is, quae clara sint ..., quasi -is quibusdam et captionibus depellamur. LIV. 6, 15, 13 (*Manlius ad senatum*) cur, quod in sinu vestro est, excuti iubetis ..., nisi aliqua fraus subest? quo magis argui -as iubetis vestras, eo plus vereor, ne abstuleritis observantibus etiam oculos. QVINT. inst. 4, 1, 77 (*de transitu prooemii ad sequentia*) illa ... puerilis est in scholis adfectatio, ut ipse transitus efficiat aliquam utique sententiam et huius velut -ae plausum petat. GELL. 7, 15, 2 amicus *quidam,* homo in doctrinis quasi in -is mirificus. SYMM. or. 1, 9 remove hinc prisca miracula et theatralibus -is digna commenta (HIER. c. Ioh. 2 p. 356[B] quasi super ova et aristas inter t. -as pendenti gradu incedere. adv. Pelag. 3, 12 p. 581[C] t. -as *eorum,* qui unum eundemque hominem personarum varietate mutata in Martem Veneremque producunt [*inde* Ps. HIER. epist. 37, 9 p. 268[C]]). HIER. adv. Rufin. 2, 24 l. 17 inter ipsas -as et alterius personam, quam sibi fraudulenter induerat *falsarius sub meo nomine scribens.* CASSIOD. var. 7, 7, 3 (*in formula praefecturae vigilum*) -i genus est quod agitis, ut latronum versutias irretire possitis (*cf. 7, 7, 2* fallere insidiantes ... et decipere). VIGIL. THAPS. c. Arian. 2, 41 p. 224[A] (*Arius loq.*) velim ... deprehendere ... istum egregium artis suae magistrum (*sc. Athanasium*), solutis -orum fraudibus, convenientium oculos illudentem.
sing. -a *de statu vano, non vero*: TRACT. Pelag. 4, 5, 1 p. 72 *ut mali doctores* sibimet in veritate mortui, vivere apud exteros in -a putarentur (-is *perperam ed.*).

2 *qualibet*: TERT. cult. fem. 2, 8 l. 5 et viris propter feminas ... ingenita est placendi voluntas propriasque -as formae et hic sexus sibi agnoscit: barbam acrius caedere *eqs.* MART. CAP. 1, 36 *Mercurius* celebrat mirabile -um [elegantiam pingendi], cum vivos etiam vultus aeris ... signifex animator inspirat.

B *fiunt naturaliter* (*vix huc p. 937, 15*): APVL. mund. 15 p. 321 nunc de nubium -is referam (*gr. non resp.*). 16 p. 323 ⌞eorum, quae eiusmodi -as humanis (*Thomas,* -as aëris *Goldbacher,* praesigiasumeris *sim. trad.*) inferunt oculis⌟, alia sunt quae speciem tantum spectaculi pariunt, alia *eqs.* (⌞ ⌟ *gr. 395a29 τῶν ἐν ἀέρι φαντασμάτων*).

III *respiciuntur potius verba, opiniones sim., quae audientes vel legentes decipiunt, illiciunt*: **A** *usu communi*: CIC. fin. 4, 74 ex eisdem verborum -is et regna nata vobis, *Stoici,* sunt ... et divitiae et tantae quidem, ut omnia ... sapientis esse dicatis (HIER. adv. Rufin. 2, 5 -is pompāque v. [*opp.* breviter pureque]. RVFIN. hist. 10, 18 p. 984, 19 hoc est ... ubi nemo possit v. -is decipi, res oculis agitur verbis cessantibus). GELL. 13, 24, 2 Graecae istorum -ae philosophari sese dicentium umbrasque verborum inanes fingentium ([*opp.* mera veritas *Catonis*]. *item de doctrinis philosophorum*: ZENO 2, 1, 11 satis ... -ae mundanae, *sc. de iustitia,* patuerunt. MACR. somn. 2, 15, 4 illius divisionis *Aristotelis* ... -as, in qua *eqs. adde* CIC. *supra*). CYPR. eleem. 13 (*ad partiri sua nolentem*) quid umbras et -as quasdam vanae excusationis obtendis? (*item per excusationem*: NOVATIAN. Cypr. epist. 30, 3 p. 551, 9 *libellaticus* fallaces in excusationem -as quaerit. HIER. adv. Rufin. 3, 6 l. 46 humilitatis -is [-as perstringis/-gens *vel* verba perstringis *var. ll.*] loqueris. COD. Theod. 1, 10, 8 *adiutori officii non* uti licebit his fortasse -is, quod *eqs.*). COD. Iust. 9, 9, 27 (*a. 295*) indignum est ..., ut ultionem pudoris *violati* -ae (-a *var. l.*) versuti iuris excludant ([*antea*: prisci iuris ambages]. *item de verbis vel interpretatione legum*: QVEROL. p. 17, 15 *ad Ligerem* iure gentium vivunt homines, ibi nullum est -um. TRACT. Pelag. 3, 17, 2 p. 53 quae *bona* tibi non sine aliqua potuerunt -a [-ae *perperam ed.*] ⟨aut⟩ violentiae necessitate conferri. *al.*). AMM. 17, 5, 11 veritatem non obtectam -is, sed perspicuam. RVFIN. apol. adv. Hier. 1, 4 l. 39 absque ullis ... -is ... resurrectionem *carnis* fatemur. PRVD. perist. 2, 86 (*praefectus ad Laurentium*) malis suadendo quos *thesauros* -is exaggeratos obtines. Ps. AVG. quaest. test. 115, 48 versutia et -um est satanae, ut ea per stellas dicat fieri, quae angelis ministris operatur. ENNOD. epist. 2, 19, 2 p. 60, 11 epistulae ... frontem alienis fuscatam -is. *al.* **B** *apud eccl. de doctrinis haereticorum*: TERT. adv. Marc. 3, 11 p. 393, 7 totas istas -as putativae in Christo corpulentiae Marcion illa intentione suscepit, ne *eqs.* 3, 24 p. 422, 21 an ... Christus tuus caeleste regnum repromittit non habens caelum ...? o phantasma omne! o -a magnae etiam promissionis! CYPR. epist. 59, 15 p. 684, 14 hi, quibus ... *a Fortunatianis* -ae obtendebantur et dabantur verba fallacia ..., frustratos et deceptos se esse didicerunt. NOVATIAN. trin. 24, 6 (*antea*: haereticorum fraudes et furta) illorum et insidias et -as. OPTAT. 4, 9 p. 116, 14 (*contra Parmenianum*). Ps. AMBR. trin. 8 quidquid ... in synagogis suis haeretici, id est in conventiculis satanae, loquuntur, non est doctrina domini, sed ululatus et -a daemonum sunt (*cf.* Ps. AVG. quaest. test. 127, 11 satanae). HIER. in Abd. 14 l. 487 (*antea*: decepti pravis dogmatibus) *fidelem* haereticorum -is irretitum. in Ier. 5, 46, 5 (*contra Origenis explicationes*) nos simplicem et veram sequamur historiam, ne quibusdam nubibus atque -is involvamur. c. Ioh. 19 p. 370[C] strophae vestrae atque -ae, quibus nos ... animales homines dicitis. ALC. AVIT. c. Eutych. 2 p. 29, 2 recede procul, Eutyches, cum -is, quas animo concepisti. CASSIOD. hist. 1, 14, 3 quae *litterae fallaces* possint facere -um simplicem fidem puramque respicientibus (*Theodoret. 1, 4, 2 ὑφαρπάσαι τὸν ἁπλῆ πίστει ... προσεσχηκότα*). *al.*

deriv.: praestrigiator (-trix), praestrigio(r), praestrigiosus.

***praest(r)īgiātor,** -ōris *m.* *a* praestrigiae (*cf.* VARRO ling. 5, 94 *sunt vocabula,* quae ab scientia voca⟨n⟩tur aliqua, ut -r [*sc. a subst., non a verbo*]. Exc. Bob. gramm. I 550, 9 praestrigia [*n. pl.*] ..., unde -es *ψηφοπαῖκται* [*-πεκ- cod.*]. *aliter p. 939, 19*). *scribitur in codicibus antiquis* -strig- PLAVT. Poen. 1125 (*A; sed cf. l. 72*). FRONTO p. 154, 9 (*A*). Exc. Bob. gramm. I 550, 9 (*B*), -stig- PLAVT. Cist. 297 (*A*). PRVD. cath. 6, 140 (*A, sed corr. fort. idem scriba* -strig-); *in codd. rec. hic illic* -gat-, *e. g. l. 75 (cf. p. 938, 58); veriloquii causa* -string- Ps. ASCON. div. in Caec. p. 199, 13 (*v. p. 940, 55*).
NOT. Tir. 107, 58 -g⟨i⟩ator. *legitur apud* PLAVTVM *sexies* (*una cum f.*

[De Luca]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-trix) *et singulis locis apud* VARRONEM, SEN. *philos.*, PLIN. nat. *al.*

i. qui praestrigias facit: **1** *strictius de eo, qui arte ludicra vel magica spectatores stupore afficit* (*saepius in comparatione; de eis, qui hac arte victum quaerunt, v. maxime l. 23 sqq.; ad rem cf. Hug, RE XXII 2, 1567sq.*): **a** *exempla potiora notionem illustrantia* (GLOSS. *ψηφοπαίκτης* [*cf. p. 938, 69*]. mimarius. III 240, 12 *ὀψιοπαίκτης* [*ὀφιοπ- Bücheler*], *παροφθαλμιστής*: -r. 310, 1 *ψαθοποιος*: -r [*corruptum*; *θαυματοποιός coni. Boucherie*]. V 320, 38 perstrigia: psifas, *i. ψηφάς* [-r *restit. Heraeus in exemplari nostro*]): PLAVT. Aul. 630 qui modo nusquam comparebas, nunc cum compares peris: ego pol te, -r, miseris iam accipiam modis (*cf.* Cist. 297 modo quidem hercle haec dixisti. :: non praesens quidem. :: -r[es], siquidem hic non es atque ades). SEN. epist. 45, 8 sic ista sine noxa decipiunt quomodo -um acetabula et calculi, in quibus me fallacia ipsa delectat (*sim.* FRONTO p. 154, 9 *si quis in prandio* oleas suas in altum iaciat, ore aperto excipiat, exceptas, ut calculos -r, primoribus labris ostentet). VICTORIN. gramm. VI 187, 13 *ψευδοτεχνία* ... quae est? quae animos hominum sensusque quadam specie veritatis inludit, veluti est pictorum et -um genus (*inde* AVDAX gramm. VII 321, 2). SCHOL. Hor. carm. 1, 10, 8 -r dicitur ab eo, quod praestringit aciem oculorum (*om. rec. AV; sec. Isid. orig. 8, 9, 33 p. 936, 11?*). **b** *cetera exempla*: PLAVT. Amph. 830 nescioquis -r hanc frustratur mulierem, *sc. Alcumenam.* Poen. 1125 (*versus seclusit Leo*) -r hic quidem Poenus probust: perduxit omnīs ad suam sententiam. PLIN. nat. 35, 147 pinxere et mulieres: ... Calypso ... -em (-streglat- *codd. duo*) Theodorum, Alcisthenen saltatorem. APVL. flor. 18, 4 funirepus periclitatur, -r furatur ... ceterique omnes ludiones ostentant populo quod cuiusque artis est. ARNOB. nat. 2, 38 *quid prodest mundo hic esse* g⟨r⟩allatores, funambulos, -es? FIRM. math. 8, 20, 2 quicumque habuerit horoscopum *quendam*, erit haruspex augur ⌊-r⌋ (*om. pars codicum*). HIST. AVG. Ver. 8, 11 adduxerat secum et fidicinas ... et histriones ... et -es *eqs.* AVG. vera relig. 265 -em nihil aliud quam fallaciam profitentem diligenter intuentur *spectatores. al.*

2 *laxius de quovis fraudatore, deceptore* (GLOSS.^{L} I Ansil. PR 954 circumventor. 955 mendax. 956 insidiator. *eqs.* V Aa A 1113 a -re: a fraudatore): PRVD. cath. 6, 140 (*de diabolo*) procul esto pervicaci -r astu (actu *var. l.*). SIDON. epist. 7, 2, 8 peracta circumscriptione legitima et fraude sollemni ... receptui in patriam cecinit -r invictus (per-, -gat- *var. ll.*).

f. **praest(r)igiātrix,** -icis. *scribitur et* -stig- *et* -strig- *in codd. rec., sed* -strig- *in cod. A* PLAVT. Truc. 134. *syllaba secunda corripitur in tetrametro ionico* MART. CAP. 4, 424. *affertur inter vitia elocutionis* MART. CAP. 5, 514 dysprophoron, ut ... 'persuasitrices -es atque inductrices striges' (*ante* -es *ins. codd. aliquot* praestigia).

i. quae praestrigias (sc. fere magicas) facit: PLAVT. Amph. 782 (*777* larvarum plenast *Alcumena*) aut pol haec -x multo mulier maxima est aut pateram hic (*sc. in cistula obsignata*) inesse oportet. Truc. 134 dixeras eumpse, non eampse; nunc mulier facta est iam ex viro: mala es -x (*cod. A*, est pr(a)estigiator *P*). MART. CAP. 4, 424 (vers.) *ut* iners Marsica dudum fieret -x (*spectat ad 4, 331* pharmacopolam ... Marsicae nationis; circulatrix pellacissima).

deriv.: cf. praestrigiatura.

praest(r)igiātūra, -ae *f.* (*trad.* -stig-). *a* praestrigiator (*cf.* gladiatura, praetura *sim.*) *potius quam a* praestrigiari. *i. q. ars praestrigiatoris, praestrigiae*: SCHOL. Hor. carm. 1, 10, 9 *Apollini* volenti telum proferre pharetram -a ademisti, *Mercuri* (*deest rec. AV, ut de aetate dubites. cf. ibid. 8* artem praestigiatorum).

praest(r)igiēs *v.* praest(r)igiae.

praest(r)igior, -ātus sum, -ārī *et* praest(r)īgio, -āvī, -ātum, -āre (*act. non nisi* GLOSS. *et l. 68 infra*). *a* praestrigiae. *scribitur in codd.* -stig- *praeter* CHAR. (*cod. N saec. VII–VIII*), -gor CHAR. gramm. p. 479, 30 GLOSS. II 480, 47 *et p. 936, 14* (*cf. etiam p. 938, 73*). *inter* verba quae passive tantum efferuntur, ex quibus quaedam etiam ⌊activa⌋ sunt *affert* DOSITH. gramm. 71, 13 *ψηφοπαικτῶ* (*coni. Keil, ψηφωνεκτω trad.*) -or (*sim.* CHAR. gramm. p. 465, 27, *sed pro* ⌊ ⌋ *ponens* communia [*de quibus v. ibid. p. 210, 19sqq.*]. *cf.* p. 479, 30 -or [*inter verba* media]). GLOSS.^{L} III Abstr. PRAE 73 -rentur: ludificarentur (*item*: V Aa P 1121 GLOSS. V 510, 60. *act.*: GLOSS.^{L} I Ansil. PR 953 -rent: ludificarentur. V Abba PRAE 2 -verunt: ludificaverunt [*item* GLOSS. V 575, 47]). GLOSS. II 480, 47 *ψηφοπαικτῶ* (*-πεκ- trad.*): -or (*cf. l. 61*). *cf. p. 936, 14.* [*falso trad.* PHILO quaest. in gen. 4, 232 -ti (*loco nondum sanato, cf. p. 936, 47*). IVL. VAL. 1, 50 -at (*sc. in var. l., v. p. 811, 19*). GLOSS. I p. 42 -atur (*pro* -ator *ut* III 84, 26 -tus).]

i. q. praestrigias facere, insidiari: FRG. fab. (Pap. Corp. 40) 5 *lupus domum* redivit frigiti⟨s⟩ (*i.* -dis) spebus *edendi* -tus, *i. insidiatus, post insidias factas* (*coni. Blass*, vestigiatus *vel* praestolatus *alii*, frestigiatur *pap.; gr. l. 21* [= *Babr. 16, 7*] *ἐνεδρεύσας*).

deriv.: cf. praestrigiatura.

praest(r)igiōsus, -a, -um (*trad. non nisi* -stig-). *a* praestrigiae.

i. q. praestrigiis plenus, praestrigias faciens, fallax (*superl. l. 10; pro subst. [sc. iuxta pron.] l. 6*): **1** *de rebus*: **a** *variis*: GELL. 6, 14, 11 (*ibid. 4 trium dicendi generum* virtutibus vitia agnata sunt pari numero, quae earum ... habitum simulacris falsis ementiuntur) unumquodque ... genus ..., cum caste pudiceque ornatur, fit illustrius, cum fucatur atque praelinitur, fit -um. ARNOB. nat. 1, 53 nihil ... magicum, nihil ... -um aut subdolum, nihil fraudis delituit in Christo. **b** *de opinionibus, doctrinis sim. falsis*: TRACT. Pelag. 4, 5, 5 p. 74 -ae (-a *ed. princ.*) huius commenta fallaciae, qua persuadetur ... solam sufficere credentibus fidem posse. PS. AVG. hypomn. 4, 6 l. 313 (*ad haereticos*) quid -issimis adsertionibus vestris diem in noctem mutare temptamini? (*antea*: ne vobis valeant simplices, quos decipitis, resistere). GREG. M. in I reg. 6, 33 (*ad 15, 23* quasi peccatum hariolandi est repugnare) cordis sui -is ac superbis adinventionibus credunt et salubribus praelatorum consiliis ... refragantur.

2 *de hominibus*: GELL. 8, 10 grammatico quodam -o, ... puerilia meditamenta ignorante, remotarum autem quaestionum nebulas ... capiendis imperitorum animis ostentante.

praest(r)īgium *v.* praest(r)igiae. **praest(r)īgo(r)** *v.* praest(r)igior. **praestringi-** *v.* praest(r)igi-. *De Luca.*

ˣpraestringo, -strīnxī, -strictum, -ere. *a* prae *et* stringere. *legitur singulis vel binis locis inde a* PLAVTO, CAECILIO, CATONE, LVCILIO, RHET. Her., VARRONE, OV., *pluribus apud* CIC., SEN. *philos.*, PLIN. nat. *al., frequentatur ab* AMM.

i. q. ante stringere (*sc. a fronte vel a superficie sim.; minus probabiliter cogites de vi praeverbii temporali p. 941, 41 et hic illic sub IIIC, e. g. p. 943, 7. 10; adhibetur cum solo obi. acc. [subaudiendo p. 941, 70 ?] vel structura aliquid aliqua re [de structura inversa v. p. 941, 56. 943, 30]; pro obi. accedunt adv.* ut *p. 943, 7, struct. verbales p. 943, 8. 21, cum pron. praepar. p. 942, 16*). *proxime accedit usus verbi q. e.* perstringere, *quocum saepissime confunditur in codd.; v. quae de hac re et de locis quibusdam difficilioribus exposui Invigilata Lucernis 9, 1987, 105sqq. testimonia notionis* (*de Nonio egi loco cit. p. 106 adn. 4 et p. 115sq.*): NON. p. 34, 20 -ere dictum est non valde stringere et claudere (plaudere, perlaudere *sim. var. ll.; afferuntur* PLAVT. *et* LVCIL. *l. 43 sq.*, CIC. *l. 74*, VARRO *l. 63*, CIC. fin. *l. 60*). 373, 36sqq. -ere: obtenebrare (*affert* PLAVT. *l. 43*); -ere: attingere (*affert* CIC. Verr. II 4, 105); -ere: radere (*affert* CIC. *p. 942, 30*). *ceterum v. etiam p. 941, 18. 942, 26 sq. 943, 1.*

I *occaecando, hebetando et usu inde derivando* (*officitur ipsi visui passim [sc. luce, fulgore, sed caligine p. 941, 25], animo et menti sim. [sc. iniectis affectibus, maxime admiratione vel metu] sub A3, B2, C2b, ceterum e. g. p. 941, 8, aciei ferri sub A2; saepius quam infra adnotatum est trad. var. l.* per-, *v. quae de his locis monui loco cit. p. 106sqq. et 125 adn. 47*): **A** -ere aciem: **1** *oculorum*: PLAVT. Mil. 4 curate ut splendor meo sit clupeo *sole* clarior ..., ut ... -at oculorum a. in acie hostibus (LVCIL. 1094 splendore micanti. LIV. 40, 58, 4 fulguribus -entibus a. o. *addas p. 936, 11. 939, 19*). SEN. dial. 5, 9, 2 quibusdam coloribus infirma a. adquiescit, quorundam splendore -itur. 12, 8, 6 *stellas* igne fuso -entes a. nat. 7, 20, 1 *fulmina* velocitate mira simul et -unt a. et relinquunt. PANEG. 4, 5, 1 (*in comparatione*). **2** *ferri*: PLAVT. Truc. 492 (*verba militis*) *non placent* illi, quorum lingua gladiorum a. -it domi ([*sc. hebetat, eo quod militiam facundiae postponit*]. PLIN. nat. 15, 52 *malis quibusdam acerbis est* vis tanta, ut a. gladii -at). PLIN. nat. 7, 64 *mulierum profluvio* speculorum fulgor ... hebetatur, acies ferri -itur. **3** *animi*: CIC. div. in Caec. 46 *ne Hortensius* non modo verbis te obruat, sed gestu ipso ... -at a. ingenii tui teque ab institutis tuis ... abducat ([*cf.* Ps. ASCON. *ad l.* p. 199, 13sq. vel a praestringiatoribus transtulit verbum, vel a tironibus, qui ... terrentur -tis luminibus. *affert* PLAVT. Mil. 4]. ad Brut. 26, 3 splendore falsi honoris obiecto. AMBR. hex. 4, 1, 1 ne qua festuca peccati a. tui -at i.). Rab. Post. 43 animi a. -it splendor ... nominis ([per- *fere trad.*]. Phil. 12, 3 quod videbam ... per caliginem: -erat aciem a. D. Bruti salus. fin. 4, 37 virtutis splendore. VELL. 2, 118, 4 [-strux- *trad.*]). div. 1, 61 mentis (PAVL. NOL. epist. 24, 11).

B -ere oculos: **1** *luce et rebus fulgentibus vel pretiosis* (*in imag. e. g. l. 64 sq.*): VARRO Men. 30 non mirum si caecuttis, aurum enim non minus -it o. quam *vinum.* CIC. Vatin. 25 *L. Domiti* dignitas et splendor -bat ... o. Vatini (SEN. epist. 71, 34 *fortunae*). VAL. MAX. 9, 1, 5 cum ... Sertorius Romanorum exercituum o. Lusitanis telis -ret (*i. cum proximus esset*). SEN. benef. 7, 9, 1 quae gentium o. regumque -unt (*i. res pretiosae*). dial. 11, 12, 3 fulgor eius *Caesaris* illos *o.*, ut nihil aliud possint aspicere, -et (nat. 5, 16, 4 fulgoris -entis o. hostium *contra solem spectantium.* epist. 48, 11 ut non magis auri f. quam gladii -at o. LACT. epit. 20, 14 *simulacrorum* f. [*cf.* inst. 2, 6, 3 pulchritudo ac nitor]. AVG. de duab. anim. 4). epist. 110, 17. QVINT. decl. 252, 18 pondus argenti. FRONTIN. strat. 2, 1, 12 adversa luna. *al.* **2** *actionibus variisque rebus incorporeis*: CIC. Cato 42 impedit ... consilium voluptas ..., mentis, ut ita dicam, -it o. VAL. MAX. 2, 10, 6 calamitas o. hominis -xit (per- *trad.; antea*: obcaecatus).

[Massaro]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

VEG. mil. 1,9 bellator cum cursu saltuque veniens adversarii -it o. mentemque deterret. AMBR. hex. 5, 12, 38 *aves* solent o. hominum volatu properatiore -ere (*sc. admiratione afficere?*). HIER. adv. Rufin. 3, 6 l. 19 ingenii acumine -is o. nostros (*ironice; ad var. l.* per- *v. editorem p. 199sqq.*).

C *exempla cetera:* **1** *usu communi, sc. vigente respectu obiecti fulgoris, lucis (obscuritatis l. 25) vel decoris, amoenitatis sim.:* **a** *quibus vehementer afficitur visus vel animus obtuentis (audientis l. 26):* RHET. Her. 4, 50, 63 gemmae nitore et auri splendore aspectus omnium -ere ([per- *fere trad.*]. AMM. 24, 6, 8 s. *laminarum* ... occursantes obtutus. HEGES. 1, 37, 3 p. 74, 23 *Antonium* -tum ... s. imaginum *pueri mulierisque pulchritudine insignium*). SEN. dial. 9, 1, 8 -it animum apparatus alicuius paedagogii ..., domus ... pretiosa *eqs.* LVCAN. 1, 154 fulmen ... obliqua -ens lumina flamma (*sim.* SIL. 1, 358 sanguineo -it lumina crine ... caelo decurrens ignea lampas. *aliter p. 940, 56*). LAVS Pis. 101 movet plenus gravitate serena vultus et insigni -it imagine visus. PLIN. nat. 2, 80 cum solis ... radii visus -xere nostros (PAVL. NOL. carm. 10, 322 *ultimo die* subitis domini ... venientis -tus radiis). STAT. Theb. 5, 666 *Tydeus aliique* iuvenem multo -unt lumine (SCHOL. aut armorum lumine obcaecant aut torvis oculis intuentur). QVINT. inst. 10, 1, 30 *nolim* arma squalere situ ..., sed fulgorem in iis esse qui terreat, qualis est ferri, quo mens simul visusque -itur (TAC. ann. 14, 54, 3 [*verba Senecae*] traditis *bonis sim.*, quorum fulgore -or, *animum potius curabo* [*si recte restit. pro* per-]. MIN. FEL. 24, 5 mens ... auri fulgore -itur, argenti nitore ... hebetatur. PANEG. 6, 17, 1 hic fulgor oculorum *imperatoris*, haec ... maiestas -it simul et invitat adspectus. *al.*). AMM. 17, 7, 2 oculorum obtutu -to humo involutus crassae caliginis squalor insedit. *al.* *dulcedine sonorum*: GELL. 11, 13, 10 ne vos facile -ret modulatus aliqui currentis facundiae sonitus (per- *var. l.; cf. 5* ut aures ... orationis modis eblanditae animum quoque nobis voluptate inani perfunderent). OPT. PORF. carm. 20b, 26 *ut hydraulus possit* rythmis ⌞-ere quicquid ubique est⌟ (*'omnia admiratione afficere' Polara ad l.*). **b** *quibus cetera obscurantur, obruuntur:* QVINT. inst. 10, 1, 92 *in Germanico* ceterarum fulgore virtutum laus ista *poetae* -itur (PROB. Verg. georg. 1, 5 ['clarissima mundi lumina, ... Liber et ... Ceres'] vult intellegi ... solem Liberum, quia libere pervagetur ..., vel quia eius fulgor aliorum siderum lumina -at). TAC. hist. 1, 84, 3 cuius *senatus* splendore et gloria sordes et obscuritatem Vitellianarum partium -imus (*si recte ed. sec. Gronovium*, per- *trad.*).

2 *usu deflexo, sc. respectu occaecandi evanescente transfertur ad quamlibet actionem occupandi, impediendi (dubites, an quaedam potius ad imaginem vinciendi revoces, ut ad II pertineant):* **a** *singulariter in lusu verborum* -untur praestrigiae (*sc. ita ut occaecentur ea ipsa, quae ad occaecandum excogitata sunt? vi praeverbii temporali actionem praeveniendi intellexit Traina, Comoedia, ³1969, 101*): CAECIL. com. 209 omnis meos dolos, fallacias, praestrigias -xit commoditas patris. **b** *-untur animantes affectibus vel adventu (aspectu) inopinato:* CYPR. epist. 46, 1 gravat ... me atque contristat, intolerabilis perculsi ... pectoris maestitia -it, cum ... comperissem *eqs.* (*nisi praeferas var. l.* per-, *quod verbum restituunt edd. apud* AMBR. Iob 3, 1, 1 p. 248, 16, *ubi trad. fere* dolore -tus). ARNOB. nat. 5, 44 p. 304, 9 in mentione illorum *deorum* facienda -ret vos metus (AMM. 21, 9, 7 imperatorii nominis metu -tus praeceptis paruit *magister equitum.* 30, 6, 2. 31, 7, 7). SYMM. epist. 1, 16, 2 *fratrem* pudore -tum *silere.* AMM. 29, 5, 8 *Firmus* spectatissimi ducis adventu -tus veniam ... poscebat (*nisi ad 1a*). 29, 6, 9 *Probus* rerum novarum lugubri visu -tus ... haerebat. AMBR. in Luc. 1, 28 perturbamur ..., quando -imur alicuius superioris potestatis occursu.

II *vinciendo, continendo, comprimendo et usu inde derivando (pro obi. est quod vinculo afficitur, ipsum autem vinculum non nisi e coni. vix recta* AMM. 23, 6, 80 -tis pellibus [prostratis *trad.*]): **A** *corporaliter:* **1** *vigente respectu praeligandi, praecingendi -untur:* **a** *quae vinculo quodam circumdantur:* CATO agr. 32, 2 caveto ne vitem ... nimium -as (PLIN. nat. 17, 227 [*cf. 209* artari]). OV. Ib. 549 ut ... Syracosio -ta (*conv. l.*) fauce poetae, sic animae laqueo sit via clausa tuae. SEN. Tro. 560 *captiva* vinclis manus secantibus -ta. PLIN. nat. 8, 32 *ut dracones* circumplexu ... ambiant *elephantos* nexuque nodi -ant (*33* alligant ...; praecludunt. *item de serpentibus*: 10, 197 *ova* orbe adprehensa spirae ita sensim vehementerque -unt, ut amputata parte ... sorbeant). TAC. ann. 12, 47, 2 *ad foedus firmandum* implicare dextras pollicesque inter se vincire nodoque -ere (*si recte restituitur vulgo*; per- *trad.*). **b** *quae cortice obducuntur, opprimuntur:* OV. met. 10, 495 iam ... gravem crescens uterum *Myrrhae* ⌞-erat⌟ arbor pectoraque obruerat (⌞ ⌟ *tuetur Anderson*; per-, con- *nec non* praecinxerat *var. ll.*). PLIN. nat. 17, 234 *suberis cortex* crassescens ... -it et strangulat *arborem* (*nisi absolute positum*).

2 *vario respectu, sc. magis minusve evanescente vi praeverbii, dicuntur -i:* **a** *quae frigore rigescunt, densantur:* SEN. nat. 4, 5, 4 *frigus* umidum ... aëra alligat et -it: itaque ... grando fit. PLIN. nat. 17, 217 *arborum* cacumina ... inarescunt, quoniam -tus non potuit eo pervenire umor. 18, 334 radices (*v. supra p. 659, 36*). AMM. 22, 8, 48 *sinus Ponticus Aquilone* ita -itur gelu, ut *eqs.* **b** *quorum fluxus medicamento quodam cohibetur:* PLIN. nat. 22, 138 *panis datur* ad discutienda aut quae -i opus sit et ... adversus ... pituitae fluctiones (*cf. Cels. 2, 30, 1* astringunt: panis *eqs.*). MARCELL. med. 10, 81 ubi alligaveris *bracchio* hanc radicem, statim sanguis *e naribus fluens* -etur (*vel* re- *Heraeus*; per- *trad.*); cum solveris ..., fluet. **c** *dentes, qui comprimuntur (si recte intelleximus coll. e. g. Hier. epist. 20, 5, 1* strictis dentibus spiritum coartamus *'st' dicentes*): DRAC. Orest. 786 pallia ... -to dente momordit *Clytaemnestra moriens (vix recte Rossberg, 1888, ad l. 'mit vorgestrecktem Zahn').*

B *incorporaliter respicitur obligatio, quae fit legibus, morum praeceptis sim. (de coloribus impediendi nec non breviter comprehendendi v. quae ad IC2 et IIIC monuimus):* **1** *-untur quae facienda praecipiuntur:* QVINT. decl. 249, 3 neque tam imprudentes ... legum latores fuisse, ut necessitate -rent ea, quae praestari non possent (constringerent *Winterbottom dubitanter ad l.*). COD. Theod. 6, 27, 5 id ... huius legis auctoritate -imus, ut eodem gradu ... honorentur *agentes in rebus.* **2** *-untur animantes, qui obligantur (Roma* DRAC.): AMBR. in Luc. 8, 76 non otiose diximus *de parentibus honorandis* ..., quia nos matris querella -xit. HEGES. 1, 30, 9 p. 56, 13 Herodes ... paterna -tus necessitudine arcebat manu *patrem quendam filios interficientem* (per- *var. l.; gr. 1, 312 τῷ ... πάθει συνείχετο*). Ps. AVG. serm. 65, 4 vides ..., quanta nos conditione divinus sermo -at; dimitte ergo, ut dimittatur tibi (*cf. Matth. 6, 12*). COD. Theod. 12, 12, 7 multae ... denuntiatione -tis *transgressoribus.* DRAC. laud. dei 3, 331 *Brutus* gemino -xit consule Romam annua ... disponens fascibus acta.

III *radendo, attingendo sim.* (*cf.* GLOSS. -it: leniter [*vel* leviter] tangit. -xit: adti[n]git vel vulneravit. GLOSS.^{L} I Ansil. PRAE 1028 -it: leviter transcurrit); *significantur potius qui (quae):* **A** *laedunt vel quolibet modo afficiunt, temptant (accedit acc. relationis l. 42):* **1** *usu vario:* CIC. Phil. 2, 102 (*hyperbolice*) iure turbato Casilinum coloniam deduxisti ..., ut *ad fines derigendos* aratrum circumduceres; cuius quidem vomere portam Capuae paene ⌞-isti⌟ ut florentis coloniae territorium minueretur (⌞ ⌟ *Non. supra p. 940, 36*, per- *codd. Cic.; v. quae exposui loco cit. p. 114*). VITR. 10, 15, 7 erigebatur ... machina in altitudinem ad disiciendum murum ... pedes C, item a latere ... procurrendo -bat non minus pedes C. STAT. Theb. 6, 459 multa ... transversis -itur ungula *equorum currentium* campis. SVET. Aug. 29, 3 cum ... lecticam ... fulgur -isset servumque ... exanimasset (*sim. de fulminibus*: AVIEN. Arat. 1432 diversorum *quorundam* ... inlisio ... aethram -it flammis. *aliter p. 940, 48. 941, 12*). TERT. apol. 41, 5 nullo modo laedimur ..., sed et si aliqua nos quoque -unt, ... laetamur magis (per- *var. l.; cf.* Ps. AMBR. serm. Sess. 1, 5 *pius* plagis *non* -itur). AMM. 24, 6, 13 *dux* umerum ... sagitta -tus. 25, 3, 6 hasta cute bracchii ... -ta, costis perfossis haesit in *iecore* (*cf.* PRVD. psych. 507 vix in cute summa -ens [per- *recc.*] paucos ... laedit cuspis). HEGES. 4, 27 p. 285, 9 ne -at ... carina cautes et ... offendat ... scopulos. HIER. vita Pauli 3 cum molli sibilo arborum folia ventus -ret (stringeret *var. l.*). *al.* **2** *laeditur quis verbis (ubique iuxta var. l.* per-): SYMM. rel. 21, 4 eo processit insimulatio, ut vos quoque, *imperatores*, ... quadam reprehensione -at. HEGES. 1, 28, 6 p. 46, 19 *Herodes* ne sermone quidem ullo -tus ab Antonio (2, 4 p. 138, 20). 1, 37, 5 p. 76, 26 Herodes -tus licet, tamen hautquaquam gravius ... commotus est *criminatione.* 1, 40, 3 p. 85, 18 contumeliis (5, 37, 2 p. 378, 29). **3** *afficitur uterus virginis Mariae, ut concipiat (sec. Luc. 1, 35* superveniet ..., obumbrabit): PRVD. apoth. 115 *deus* verbo -xit viscera purae virginis et verbo struxit puerilia membra (per- *codd. rec. ut etiam* 435 mortalem -xit spiritus alvum).

B *aliquid praetereunt vel per partes extremas eunt sim.* (*var. l.* per- *exhibent* HEGES., PRVD. *al. infra*): **1** *-unt animantes et res variae:* NON. p. 332, 23 legere est navigare, -ere (*affert Verg. Aen. 2, 207* pontum ... legit *pars posterior draconis*). AVIEN. Arat. 959 *circulo caelesti* vestigia summa -untur equi, -itur ales ab ipso verticis extremo. SYMM. epist. 7, 15 celebri itinere villa -itur. AMM. 14, 7, 10 -tis palatii ianuis contempto Caesare ... ad praetorium ... perrexit *praefectus.* 20, 3, 4 si *sol et luna* contigua ... -erint spatia (*opp.: si* articulis ipsis inhaeserint). PRVD. psych. 305 -ens aera pinnis in caelum se virgo rapit (*sc. Spes*). PETRON. BONON. serm. l. 27 *Zenonis virtus* penetrat ... terminos orbis extremi et ... ipsa caeli altiora ... -it. **2** *-unt aquae (cf.* perstringere *inde a Sil. 8, 455*): AVIEN. ora 482 -it amnis Tyrius oppidum Tyrin. orb. terr. 97 (*antea*: lambit ..., circumplectitur, ... radit) *aequor Hesperium* moenia ... fusi -it gurgite ponti (*gr. 61 ὑποξύουσα, Prisc. periheg. 70* radens). SYMM. or. 2, 20 margines turrium fluenta -unt. AMM. 25, 10, 5 Tiberis intersecans urbem aeternam divorumque veterum monumenta -ens (*antea*: praeterlambere). HEGES. 1, 35, 4 p. 69, 7 *civitas* -itur importuoso litore. PRVD. c. Symm. 2, 928 num refugus nostras odit -ere ripas *Nilus*? *al.*

C *aliquid strictim dicunt, praetereundo commemorant (hic illic, e. g. p. 943, 5, subesse vid. notio breviter comprehendendi, sc. potius ad II trahenda, si*

[Massaro]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

praesulto, -āre. *a* prae *et* saltare. [*falsa var. l. pro* persulto HIL. AREL. vita Honorat. 35 l. 21 VITA Hil. Arel. 32 l. 6.] *i. q. saltando praecedere* (*cf.* GLOSS. *p. 895, 8*): LIV. 7, 10, 3 (*verba T. Manlii*) adeo ferox -at hostium signis *Gallus quidam ad certamen singulare provocans* (*7, 9, 8* processit, *7, 10, 5* stolide laetum).

deriv.: praesultator.

praesultor, -ōris *m.* *iuxta* desultor *a* prae *et* salire *potius quam a* praesilire, *quod verbum non legitur ante Iren.* *i. q. praesultator* (*cf.* GLOSS.^{L} II Philox. PR 126 -r [-sulturo *trad.*]: *ὁ ἐν τοῖς ἱεροῖς προορχούμενος* [*sed item explicatur vox q. e.* prosaltor *ibid. 400*]): VAL. MAX. 1, 7, 4 sibi (*sc. Iovi*) -em ludis circensibus proximis non placuisse (*sim.* LACT. inst. 2, 7, 20. *ad rem v.* LIV. *sub* praesultator).

praesultus *v. l. 44.* *Bk.*

***praesum,** -fuī, -esse. *a* prae *et* esse. *scribitur* pre- INSCR.

Dessau 9155 (*e Pannonia inf., fere a. 199*). Brit. I 1874 CIL XIII 7460. *al.*; prae est *sim. puncto interposito* PROB. *l. 10.* INSCR. Brit. I 816. 1328. *al.; vocalibus contractis* praesse(t) LEX repetund. (CIL I^2 583) 31. Rubr. (CIL I^2 592) 2, 48. Irnit. 7 B 28. *al.*, praeri(n)t, praerunt LEX Iul. munic. (CIL I^2 593) 37. 69. *al.* Vrson. (CIL I^2 594) 96, 7. de Germ. tab. Heb. 34. *al.*, praera(n)t R. GEST. div. Aug. 17. DECRET. decur. Pis. (CIL XI 1421) 19, praest CIL III 14147^{1}, 5 (*a. 39*). CONST. veteran. (CIL XVI 2) int. 4 (*aet. imp. Claud.*). 4 extr. 18 (*a. 60*). *et passim ibid.; cum apice* ORAT. imp. Vesp. (CIL XIV 3608) 32 praéfuit. *notatur* p *in formula legum* I. D. P. (*explicat* PROB. litt. sing. 5, 1 I. D. P. E.: iure dicundo -erit): LEX Rubr. (CIL I^2 592) 2, 4. *al.* Atest. (CIL I^2 600) 18. Vrson. (CIL I^2 594) 61, 4. *et saepe; in formula militari* C. P. (*sc.* c(ui) p(raees *vel* -est) *cohorti*): EPIST. leg. pr. pr. (Chart. lat. ant. VI 311; *fere a. 208*) a 7. b 5. c 5. Chart. lat. ant. VI 316 a, 1, 6 (*fere a. 216*). INSCR. Brit. I 1896 (*a. 235/8*), *ceterum p. 954, 22; notae aliae*: p.est (*cf. l. 10 et fortasse* LEX Rubr. [CIL I^2 592] 2, 48, *v. Ritschl, Opusc. IV 54*) INSCR. Brit. I 1875 (*a. 237*). 1893 (*a. 238–244*), pre(est) INSCR. Année Épigr. 1908 n. 45 (*e Pann. sup.*), praes(t) CIL VI 8998, praef(uit) CIL VIII 22759. NOT. Tir. 4, 94 -fuit. 5, 2^{a} -futurum. *fut.* -erint (*cf. Leumann, Gramm. 1977, 610*): LEX de Germ. tab. Heb. 34. prae *ante vocalem non corripitur*: PRVD. perist. 2, 41 -erat. PAVL. NOL. carm. 24, 752 -erit. SIDON. carm. 23, 218 VEN. FORT. carm. 2, 4, 35. *legitur rarissime in poesi, sc. apud* PLAVT. (*1*), TITIN. (*1*), OV. (*5*), SIL. (*2*), PRVD. (*4*), CLAVD. (*1*). *al., saepe in prosa inde a* LEGE repetund., CIC. (*maxime in oratt.*), *saepius in legibus municipalibus (fere in formula infra p. 953, 37) et apud rerum scriptores.* [*dub. trad.* PS. CYPR. aleat. 5, 4 -est (quae est *coni. Hilgenfeld*); *vix recte notione q. e. prodesse edidit Weber* HEGES. 1, 41, 6 (profuit *Ussani p. 97, 2 sine nota in app.*); *falso trad.* -fuerint *pro* praebuerint SCAEV. dig. 50, 5, 3.]

I *vi originaria i. q. ante esse, priorem esse et notionibus inde derivandis* (*usu intrans. praeter p. 954, 53, sc. ut passim iungatur cum dat. [alias struct. v. sub A 2 bβ et γ]; accedit praedicativum e. g. l. 54. p. 953, 45. 955, 33, acc. relationis fortasse p. 954, 56*): **A** *usu communi pertinet ad vim, potestatem sim., qua quis potior, superior est, ut vergat in notionem q. e. praepositum esse, praesidere* (*sc. dominando, regendo vel munus, actionem administrando; hic illic sublucet color tuendi, custodiendi, e. g. l. 43. 46. 72. opponitur* prodesse *p. 955, 34, ceterum* AVG. c. Faust. 22, 56 p. 652, 18 CAES. AREL. serm. 230, 1 FERRAND. epist. 7, 6. *al.; cf.* GLOSS. -est: *προηγεῖται, ἐφέστηκεν.* -esse: *ἄρχειν, προεστάναι. sim. al.*): **1** *-sunt dei et daemones* (*item providentia sim.; natura l. 42, sidera l. 53*): **a** *paganorum*: PLAVT. Amph. 12 (*Mercurius loquitur*) datum mi esse ab dis aliis, nuntiis -sim et lucro. CIC. Tusc. 1, 70 quin is *rebus* -sit aliquis vel effector ... vel ... moderator tanti operis (*item de mundi gubernatore*: nat. deor. 2, 36 ut ... -sit omnibus *natura.* SEN. dial. 1, 1, 1 -esse universis providentiam ... et interesse nobis deum). VARRO ling. 5, 73 *Mars* maribus in bello -est (*item reguntur, custodiuntur homines*: PORPH. Hor. epist. 1, 16, 60 *Laverna* furibus -est. ARNOB. nat. 3, 23 p. 182, 6 *Mercurius athletis* -est. *al.*). 7, 102 deus qui in eis rebus (*sc. malis avertendis*) -est. OV. fast. 5, 135 *lares* -sunt moenibus urbis (*v. p. 903, 63*). FAST. ann. Iul. Praen. Apr. 28 (Inscr. Ital. XIII 2 p. 133) *Flora* rebus florescendis -est (*item accedit dat. c. gerund.*: ARNOB. nat. 4, 7 p. 210, 6 frugibus terendis. AVG. civ. 2, 23 p. 85, 13 adfuisse cupiditatibus implendis, ... non -fuisse refrenandis. MART. CAP. 2, 152 *v. p. 904, 3*). PLIN. nat. 15, 120 coniunctioni et huic arbori (*sc. myrto*) Venus -est. TERT. nat. 2, 11, 3 *Consevius* con⟨satio⟩nibus concubitalibus (*si recte suppl. Gothofredus*). Ps. CENS. frg. 3, 9 signa tropica peregrinationibus -sunt et omnino mobilibus. AVG. civ. 3, 20 p. 130, 22 ipsi *dii* ... medii -fuerunt, cum *civitas Saguntina* Romanae rei publicae ... copulata est. *al.* **b** *Iudaeorum et Christianorum*: TERT. anim. 20, 4 *afficitur anima*, si ... aliquae -sunt potestates; (5) enimvero -sunt secundum nos quidem deus ... et diabolus ..., secundum *alios* ... providentia et fatum *eqs.* scorp. 6 p. 156, 6 si certaminis nomine deus nobis martyria proposuisset, ... hic quoque (*sc. in hoc agone*) liberalitas magis quam acerbitas dei -est (*cf. ibid. p. 156, 20* agonis praesidem; *an cogites de liberalitate praeponderante, ut ad 3 b pertineat?*). VET. LAT. exod. 13, 21 (cod. 104) deus ... -erat illis *Iudaeis* ... in columna nubis demonstrans illis viam (*gr. ἡγεῖτο, Vulg.* praecedebat; *vergit ad B 1 ut etiam* ZENO 1, 18, 1 deum ... -fuisse maioribus eorumque iter praecessisse). IV Esdr. 5, 41 domine, tu ⌞-es⌟ his, qui in fine sunt, et quid facient *priores*? (⌞ ⌟ *sc. iudicando?* promittis *coni. Violet sec. verss. syr. et aethiop.*). IREN. 2, 22, 5 *Christus* docens -erat universis. 4, 33, 11 unde (*sc. e Bethleem*) et is, qui -est et pascit populum patris sui, venit (*cf. Matth. 2, 6* dux). NOVATIAN. trin. 8, 7 *deus* desuper cherubin sedet (*cf. psalm. 79, 2*), id est -est super operum suorum varietatem. AVG. catech. rud. 18, 2 per omnipotentiam suam -est universae creaturae. OROS. apol. 20, 3 nullam ... dei in custodiendo *homine perdito* gratiam -fuisse? ([*cf. 20, 4* adesse adiutorium dei]. LEO M. serm. 34, 1 -erat ... huic miraculo gratia dei). RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 77, 13 Christus -sit nostro sermoni (*gr. I 1, 7 p. 82, 5 ἡγείσθω, alia versio I 5 p. 379, 16* dux sit). *al.* *-sunt angeli, daemones sim.* (*cf.* TERT. anim.

[Ramminger]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

supra): HIL. in Matth. 18, 5 deum angeli vident et angeli pusillorum -sunt fidelium orationibus; -esse angelos absoluta auctoritas est (*aliter interpunxit Doignon; item ad Matth. 18, 10 spectat*: ORIG. in Matth. 13, 27 p. 254, 7 *angeli pusillis* [*gr. προΐστανται*]. 13, 28 p. 256, 13 non esse credibile ... rapacibus -esse angelum sanctum [*gr. παρεῖναι*]). Ps. PHILO antiq. 27, 10 Zeruel angelus qui -erat virtuti. HIER. hom. Orig. in Luc. 12 p. 74, 26 malos angelos singulis -esse provinciis. *al.*

2 *-sunt homines* (*animalia l. 26*): **a** *in universum*: CIC. inv. 1, 14 cui *negotiorum* diligentiae -esse apud nos iure (iuris *var. l.*) consulti existimantur (*item arti, muneri, operae* [*cf. l. 15*]: de orat. 1, 186 huic scientiae. 1, 235 ei studio [PRVD. perist. 9, 21]. rep. 1, 61 negotiis [fam. 13, 6, 2]. *al.* LIV. 40, 56, 11 curationi *regis aegroti.* COLVM. 1 praef. 12. 12, 9, 2 officio. PLIN. nat. 36, 95 operi [*templi aedificandi. paulo aliter pro gr. προΐστασθαι*: VET. LAT. Tit. 3, 8 cod. 75. *al.* = VVLG. bonis operibus. CASSIOD. hist. 6, 29, 9 turpibus]. *al.*). S. Rosc. 44 *filium* colendis praediis -fuisse (*item cum gerund.*: 50 -esse agro colendo. COLVM. 12, 19, 4 huic *musto* decoquendo). nat. deor. 2, 15 *in domo sim. ordinata* esse aliquem ..., qui -sit et cui pareatur. 3, 55 *Vulcanus quidam postea deus factus* Lemni fabricae traditur -fuisse. Att. 12, 23, 2 qui ... Athenis ... -fuerit hortis *Epicuri* (*cf.* CASSIOD. hist. 1, 6, 1 *Sopater* -erat in sede Plotini [*gr. Sozom. 1, 5, 1 προεστῶτι*]). ad Q. fr. 1, 1, 24 est ... non modo eius qui ... civibus, sed etiam eius qui servis, qui mutis pecudibus -sit, eorum quibus -sit commodis ... servire (*item de praepositis servorum*: VARRO rust. 1, 17, 4 [*bis sine dat.*]. *ibid.* ut animadvertat *servus* eum *praepositum* cum causa sibi -esse, quod scientia praestet. CIL VI 33788 [*aet. Tiberii*] pedisequis. *al.*). SEN. epist. 90, 4 mutis ... gregibus ... maxima corpora -sunt (TERT. fug. 11, 4 *de pastore. cf. l. 22*). GELL. 12, 10, 5 qui claustris ianuae -esset (*cf.* VET. LAT. psalm. 23, 9 [Firm. err. 24, 5] tollite portas, qui -estis illis [*cod. 300. al. = Vulg.* principes vestri, *gr. οἱ ἄρχοντες ὑμῶν*]). APVL. met. 7, 5, 5 -fui ... manui *latronum.* MIN. FEL. 18, 4 -esse ei *domui* ... dominum (VET. LAT. gen. 44, 1 qui -erat d. [cod. 100; *gr. τῷ ὄντι ἐπί, Vulg.* dispensatori]. I Tim. 3, 5 [cod. 75. *al.* = VVLG.; *gr. προστῆναι*]. *al.; cf. l. 17*). IREN. 5, 9, 4 *heres* dominatur et -est et disponit ea quae hereditate possidet (*gr. ἀφηγεῖται*). *al.*

b *in rebus publicis vel militaribus*: **α** *structura communi accedit dat., quo significantur*: Ⓘ *munera vel negotia gerenda*: Ⓐ *cum gerund.* (*cf. etiam l. 15. p. 952, 48. 955, 17*): LEX repetund. (CIL I² 583) 31 *in oppidis sim.*, ubei ioure deicundo -esse solent *magistratus* (Mamil. grom. p. 263, 11 magistratus, qui in ea colonia i. d. -erit. 265, 7. Rubr. [CIL I² 592] 2, 43. *al.* Iul. munic. [CIL I² 593] 116. *et saepe in legibus; apud scriptores*: POMPON. dig. 1, 2, 2, 13 SCAEV. dig. 39, 3, 26. *al.*). CIC. Verr. II 2, 47 Syracusani qui -fuerant ... Heraclii bonis ... redigendis. Pis. 87 armis faciendis. *al.* LEX Iul. munic. (CIL I² 593) 69 vieis loceisque ... purgandeis. LIV. 25, 12, 10 ludis faciendis. 28, 10, 16 tuendae ... maritimae orae. PAVL. FEST. p. 144 *portae* tuendae. *al.* Ⓑ *exempla cetera* (*selecta*): CIC. S. Rosc. 11 cum huic ... quaestioni iudex -esses (85 Verr. I 30 Mil. 22. *al.* QVINT. inst. 5, 4, 2 ei *q.* COD. Theod. 9, 19, 4, 2). 72 iudicio (Verr. II 1, 157 Sull. 64 MARCIAN. dig. 48, 8, 1 pr. *al.*). Verr. II 4, 92 negotio (LEX Irnit. 8 C 34 [*cf. ibid. 30* praeponatur]). Font. 18 munitioni *viarum* (LEX Vrson. [CIL I² 594] 98, 30 m. aed(iles) ... -sunto. Irnit. 9 A 49 operi sive m.). leg. agr. 2, 22 comitiis (*al. v. vol. III 1809, 6sq.*). Pis. 11 consiliis ... non interfuisti solum, verum etiam ... -fuisti. parad. 37 magnis imperiis et provinciis -fui (*hucine et p. 954, 1? cf.* NEP. Cato 2, 3 severe -fuit ei potestati *censoris* [COD. Theod. 14, 15, 4 pr. potestati praefecturae annonariae]. CAES. Gall. 1, 16, 5 summo magistratui). SALL. Catil. 30, 7 eis *vigiliis* ... minores magistratus -essent. IVLIAN. dig. 1, 3, 12 iurisdictioni (*al. v. vol. VII 2, 702, 6sqq., ubi verba edicti potius Vlpiano vindices coll. Lenel, Edict. perp., 1927, 59 adn. 2*). *al.*

Ⓘⓘ *exercitus eiusque partes* (*exempla selecta*): CIC. Verr. II 3, 211 Servilius quinquennium exercitui cum -esset (*al. v. vol. V 2, 1398, 42sqq., addas* PLANC. Cic. fam. 10, 8, 3 BELL. Alex. 4, 1). 5, 82 quibus *navibus* legatus -fuerat (5, 85. 5, 90 CAES. civ. 3, 5, 3. *al.* BELL. Alex. 15, 1 NEP. Hann. 8, 4 LIV. 42, 56, 1. *al.*). *ibid.* classi ... -esse ... atque imperare (*al. v. vol. III 1290, 21sqq.*). fam. 15, 4, 8 distributis ... cohortibus et auxiliis, cum aliis Quintus ..., aliis *alii* ... -essent (BELL. Afr. 43, 1 LIV. 2, 19, 10. CIL III 14147[1] [*a. 39*]. CONST. veteran. [CIL XVI 2] int. 4 cohort(is) II Hispanorum, cui -est C. Cavarius [*aet. Claud.; item passim in his* CONST.]. TAC. hist. 4, 16, 1. *al.*). 16, 12, 5 castris (*al. v. vol. III 553, 65, ubi addas* LIV. 23, 19, 3. *cf.* TAC. hist. 4, 18, 1 hibernis). *ibid.* legionibus (*locis vol. VII 2, 1109, 46sq. allatis addantur* GALBA Cic. fam. 10, 30, 1 BELL. Alex. 65, 1). CAES. Gall. 1, 18, 10 equitatui (1, 39, 5. *al.* NEP. Hann. 3, 1. *al., cf.* equitibus: LIV. 35, 29, 1. 44, 30, 13 PAVL. FEST. p. 71 CVRT. 3, 11, 8. *al.*). LIV. 8, 9, 2 Decius laevo cornu -erat ([*vix abl.*]. 22, 46, 7. 42, 58, 6. *al.* VELL. 2, 70, 1 c., cui Brutus -erat. CVRT. 4, 13, 34. *al.*). *al.*

ⓘⓘⓘ *regiones, populi sim. et varia* (*selecta quaedam*): CIC. Verr. II 1, 136 (*hyperbolice*) *scortum Verris* in iure civili ... populo Romano -fuit (rep. 2, 63 *decemviri* libidinose omni imperio [*abl.?*] et acerbe ... p. -fuerunt. leg. 3, 2. VET. LAT. Ier. 4, 22 [Iren. 4, 2, 6] qui -sunt ... p. meo [*gr. ἡγούμενοι, Hier. in Mich. 7, 5 l. 220* duces, *Vulg. aliter*]. I Macc. 5, 19 [recc. BV] -estote p. [*rec. L* praepositi estote, *gr. πρόστητε*]. FIRM. math. 8, 19, 2. *al.*). 3, 212 Siciliae provinciae, cum esses pro consule, -fuisti (*item c. nom. propr.*: Font. 12 p. Galliae. SVET. Galba 6, 1 Aquitaniae. INSCR. Dessau 9489 [*saec. II²; e Numidia*]. *al.; ceterum*: CIC. Verr. II 5, 57. *al.* MET. CEL. Cic. fam. 5, 1, 2 PLANC. Cic. fam. 10, 8, 3 SALL. Catil. 42, 3. *et saepe*). 4, 92 *gymnasiarchus* ei loco -erat. 5, 57 *civitatibus* per triennium (de orat. 3, 137 rep. 4, 11. *al.*). Font. 16 cum Galliae Fonteius -esset. Mur. 76 (*ad Catonem candidatum*) rogas tu me, ut mihi -sis? Flacc. 31 orae maritimae (fam. 16, 12, 5 o. m. -sum a Formiis. *al.* LIV. 24, 10, 4 ad Brundisium. *al. apud eundem*). dom. 1 et religionibus deorum ... et summae rei publicae (LIV. 3, 51, 2. 29, 9, 1 AVR. VICT. Caes. 39, 41. *cf.* NEP. Them. 4, 2 summae imperii. LIV. 1, 17, 5 summae rerum [3, 40, 10. 3, 51, 10. *al.*]. *sim. al.*). rep. 1, 3 qui his urbibus consilio atque auctoritate -sunt (3, 44 iniustissime. LENT. Cic. fam. 12, 15, 7. LIV. 3, 8, 7 [*cf. 3, 9, 6* praefecto urbis]. *al.*). div. 1, 2 quibus *Asiae* nationibus -fuimus ipsi. CAES. Gall. 2, 6, 4 oppido. 3, 17, 2 his *Venellis* -erat Viridovix ac summam imperii tenebat. 5, 22, 1 quibus regionibus quattuor reges -erant. LEX Iul. munic. (CIL I² 593) 37 quei aerario -erit (39. 47. 48. ACT. lud. saec. Aug. [CIL VI 32323] 63 praetoribus ..., q(ui) ⟨a.⟩ p(raesunt). S. C. Frontin. aq. 100, 4. *al.*). NEP. Con. 1, 1 insulis. LIV. 39, 14, 10 *ut* adiutores triumviris quinqueviri ... suae quisque regionis aedificiis -essent. *al.*

β *nude vel mera indicatione loci (maxime in re militari de praeposito praesidii sim.): cum praepos.*: CIC. Verr. II 3, 180 *quidam* ex ea provincia, in qua tu triennium -fuisti (LIV. 25, 16, 7 in Bruttiis. S. C. de Germ. [Zeitschr. Pap. Epigr. 55, 1984, 76] b 26 in provincis. VET. LAT. II par. 8, 10 [cod. 109] principes militum ..., qui -erant in exercitu [*gr. ἐργοδιωκτοῦντες ἐν τῷ λαῷ. Vulg.* qui erudiebant populum]. *al.; cf. p. 953, 20. 955, 13*). BELL. Hisp. 27, 2 Varum circum castella -esse. CIL VI 32294 viat⟨or decuria⟩e Xviralis, ⌞qui⌟ a⟨d iu⟩dic(ia) ⟨centumv⟩iralia -sunt (⌞ ⌟ *decemviri, an ipsi viatores, ut ad II pertineat?*). *cum adv.*: CAES. civ. 3, 12, 1 *Apolloniam munire coepit* L. Staberius, qui ibi -erat (*de duce militari ut*: BELL. Afr. 76, 1 LIV. 28, 14, 15. *de procuratoribus Mauretaniae*: PLIN. nat. 5, 11). BELL. Afr. 79, 1 ad Thapsum, ubi Vergilius cum grandi praesidio -erat (86, 3 Thysdrae. CLAVD. DON. Aen. 2, 765 p. 251, 7 custodiendorum omnium causa). *cum locativo, abl. loci* (*formas ambiguas vix pro dat. accipias*): CAES. civ. 3, 28, 2 *nostras naves* Otacilius ..., qui Lissi -erat, expugnare parabat. 3, 100, 2 Vatinius, qui Brundisio -erat (*si recte defendit Klotz in praef. ed. p. XV sq.*, Brundisii *codd. rec., Meusel*). BELL. Afr. 22, 1 Vticae. 28, 1 Thapsi, oppido maritimo. 33, 3 Hadrumeti cum duabus legionibus. *al.* NEP. Con. 5, 3 Sardibus. LIV. 22, 48, 5 ea parte (*contextu corrupto*). *al.* *sine talibus additamentis* (*cf. e. g. p. 953, 17. 23. 955, 29*): CIC. Font. 18 legatis suis ... negotium *viae muniendae* dedit; itaque -fuerunt. leg. 3, 12 magistratibus iisque qui -sint contineri rem publicam (*item in enunt. relat.*: Att. 6, 4, 1. *al.* PLANC. Cic. fam. 10, 21, 4. CAES. Gall. 5, 20, 3 qui -sit imperiumque obtineat. NEP. Chabr. 4, 1 LIV. 4, 8, 5. *al.*). *al.* CASS. PARM. Cic. fam. 12, 13, 3. LIV. 8, 7, 2 ibi Tusculani erant equites; -erat Geminus. 34, 40, 7 clementer. *al.*

γ *pro dat. substituuntur: praepos.* (*cf.* in *c. abl. p. 952, 45. 955, 16; quae ad locum pertinent v. sub β*): VET. LAT. Iudith 5, 3 (cod. 131) quis -est super eos *Iudaeos?* (cod. 148 -est illis, *109* constitutus ... imperator super eos, *gr. τίς ἀνέστηκεν ἐπ' αὐτῶν, Vulg. aliter. cf. p. 952, 69*). *obi. acc.* (*sec.* praecedere *sim.; vix addas p. 952, 68. 953, 32*): VET. LAT. gen. 41, 40 (Euseb. Emes. serm. 18, 49; *Pharao ad Ioseph*) ori tuo obediet populus omnis: praeter thronum ego te -ero (*ita interpungendum, si* praeter *pro adv. et* thronum *pro acc. relationis accipias sec. gr. πλὴν τὸν θρόνον ὑπερέξω σου ἐγώ et coll. Aug. loc. hept. 1, 162; sed audientes legentesve* praeter th. *potius ad praecedentia traxisse putaverim, sc. praepos. intellegentes; Vulg.* solio te praecedam). CHRON. Alex. chron. I p. 118, 242 post Gedeon -fuit filios Israhel ... Abimelech. *gen.* (*in versione struct. gr. ἡγεῖσθαι τινός. v. etiam p. 955, 27. 956, 10*): CASSIOD. hist. 8, 13, 2 unius *partis barbarorum* -erat Fritigernis, alterius Athalesicus (*sec. Socrat. 4, 33 p. 552[B]*). NOVELL. Iust. 24, 1 *ut praetor Pisidiae* militiarum in provincia existentium ... -sit et praeponatur legibus.

c *in rebus sacris paganis*: CIC. Font. 49 quae *sacerdos Vestae* vestris sacris -sit (har. resp. 14. leg. 2, 30 publice. *al.* FIRM. math. 3, 5, 27). Rab. perd. 27 Flaccum ... in sacerdotio caeremoniisque, quibus -erat, diligentissimum (dom. 105 publicis sacerdotiis. Cato 30). dom. 1 *v. l. 13.* 139 alicui dedicationi. de orat. 1, 39 auspicia, quibus ... -sumus (nat. deor. 1, 14. 122). leg. 2, 29 ei *Vestae* colendae. VARRO ling. 5, 86 fetiales *dicti*, quod fidei publicae inter populos -erant. CAES. Gall. 6, 13, 8 druidibus -est unus, qui summam inter eos habet auctoritatem. 6, 21, 1 qui *druides* rebus divinis -sint. Ov. fast. 3, 421 ignibus *Vestae* aeternis aeterni numina -sunt Caesaris *pontificis.* Pont. 3, 2, 65 *Iphigenia* -fuerat templo ... rite

[Ramminger]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(QVINT. decl. 310, 12 CIL XI 5608). GELL. 12, 10, 5 'aeditumum' dici ..., quae aedibus -est.

d *in ecclesia christiana* (*in rebus sacris Iudaeorum e. g. l. 24*): TERT. adv. Marc. 4, 29 p. 522, 7 ad universos qui ecclesiis -futuri essent (IREN. 1, 10, 2 [*gr. προεστώτων*]. CYPR. epist. 81 p. 841, 7 LEO M. epist. 10, 4. *al.*). VET. LAT. I Thess. 5, 12 (cod. 75. *al.* = VVLG.) qui ... -sunt vobis in domino (*gr. προϊσταμένους*). CYPR. epist. 4, 3 quomodo ... possunt *praepositi vitiosi* integritati ... -esse? (*cf.* 73, 22 fidei et veritati. CASSIOD. hist. 1, 11, 11 huic ... philosophiae [*i. vitae monachicae; Sozom. 1, 13, 1 προΐστησαν*]). 59, 9 p. 676, 23 qui ... in ecclesia catholica fratribus -sunt. EPIST. pontif. 110 Cypr. epist. 50 cui *plebi* ... -fuerat *episcopus quidam.* PEREGR. Aeth. 14, 2 dignus *presbyter*, qui -sit in hoc loco, ubi *eqs.* (*antea*: ipsi loco -erat. *item* in *c. abl. de loco*: CASSIOD. hist. 12, 8, 8 prius in Sebastena ecclesia -fuit et postea Antiochiae praesul est constitutus [*Socrat. 7, 36 p. 820^{B} bis προέστη*]. GREG. M. epist. 3, 58 l. 8 in quo *monasterio. al.; de statu*: GREG. M. epist. 9, 20 l. 20 in regimine *monasterii* -esse). AMM. 22, 11, 9 dum aedificandae -esset ecclesiae (*cf.* ad *cum gerund.*: RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 13 qui ad alios curandos -sumus [*Migne gr. 35, 424^{A} ἐπιχειροῦντες*]. 1, 36, 2 ad inluminandos ceteros [*p. 444^{B} πεπιστευμένοις*]. GREG. TVR. Franc. 10, 29 p. 523, 9 ad ecclesias aedificandas). HIER. epist. 22, 35, 1 *coenobitae* divisi sunt per decurias ..., ita ut novem hominibus decimus -sit (*cf.* REGVLA mag. 84, 4 *praepositos debere* in mensa ⌞decadae suae⌟ -esse [*nisi ⌞ ⌟ pro gen. accipias et locum ad II trahas coll. 84, 3* ad suas mensas ... esse praesentes]). VVLG. I par. 15, 22 *quidam* princeps levitarum prophetiae -erat ad praecinendam melodiam. RVFIN. hist. 5, 10, 1 scholae ecclesiasticae et doctoris officio (*gr. ἡγεῖτο*). COD. Iust. 1, 5, 8 pr. (*a. 455*) *synodo* (*cf.* NOVELL. Iust. 37, 1 concilio). CASSIOD. hist. 9, 12, 5 Macedonianorum -erat Eleusius (*nisi gen. partit. intellegas, cf. supra p. 954,61; Socrat. 5, 8 p. 576^{C} τοῦ ... Μακεδονιανῶν μέρους ἡγεῖτο*). *al.* *absolute*: VET. LAT. Luc. 22, 26 (cod. 3. *al.*) qui -est (*v. p. 428, 20sqq.; item in enunt. relat.*: Rom. 12, 8 [cod. 75. *al.* = VVLG.] qui -est in sollicitudine [*gr. προϊστάμενος*]. IREN. 3, 10, 1 in conspectu dei. CYPR. epist. 16, 3 p. 519, 9 [*postea*: a praepositis]). HIER. chron. a. Abr. 2140 hi omnes ... ex circumcisione episcopi -fuerunt. AVG. civ. 19, 19 p. 388, 14 qui *episcopus* -esse dilexerit, non prodesse (*item opponitur*: serm. 340 A, 3 coll. Morin p. 565, 3 BENED. reg. 64, 8). LIB. gener. chron. I p. 90, 20 quis *episcopus Romanus* quot annis -fuit. *al.*

3 *-sunt res* (*v. etiam quae ad 1 trahere maluimus*): **a** *quae regunt, dominantur*: **α** *vario usu*: CIC. rep. 1, 60 in qua *re publica* si in plures translata res sit, ... nullum fore quod -sit imperium (3, 37 ut animus corpori dicitur imperare ..., sic regum ... imperia civibus ... -sunt). leg. 3, 2 ut ... magistratibus leges, sic populo -sunt magistratus. 3, 4 quoad ei *rei p.* regalis potestas -fuit (*cf.* AMM. 15, 11, 6 altera *pars potestatis Galliarum* Aquitanis -erat). off. 1, 101 (*nisi interpolatum*) ut *in animo* ratio -sit, appetitus obtemperet. TERT. nat. 2, 5, 17 aliquam do⟨minat⟩ionem sibi -esse (*sc. sideribus; cf. ibid. 16* certis curriculis *eqs.*). VET. LAT. gen. 1, 14 (Comput. cod. Col. prol. 4 p. 229) ut *luminaria* luceant super terram et -sint diei et nocti (*sec. additamentum cod. D ἀρχέτωσαν*). FAV. EVL. 9, 1 quibus *corporibus* aer -est. BOETH. in herm. comm. sec. 1, 1 p. 30, 23 verba ..., quae scribuntur, eorum verborum ... significantiae -sunt, quae voce proferuntur. NOVELL. Iust. 31, 1, 1 secundam ... Armeniam ..., cui -est Sebastiopolis (*gr. ἧς ἡγεῖται Σεβάστεια. sim.* 31, 1, 2. *cf. 31, 1 pr.* metropolis). *al.* **β** *in ordine logico de generibus sim., quibus subiciuntur alia inferiora* (*aliter p. 956, 17*): TERT. anim. 13, 1 *nobis de animo et anima inquirentibus* dispicere superest, principalitas ubi sit, id est, quid cui -est, ut cuius principalitas apparuerit, illa sit substantiae massa, id autem, cui massa substantiae -erit, in officium ... substantiae deputetur. BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 10 p. 26, 20 corporea ... incorporeis -esse non poterunt (*cf. e. g. p. 26, 23* supponitur). comm. sec. 3, 5 p. 213, 5 quid est ... species non habere? his -esse quae ... dividi *non* possunt (*cf. e. g. p. 213, 2* habet genus supra se). 3, 12 p. 237, 6 genus pluribus speciebus superest; ... species pluribus individuis -est.

b *quae praevalent, impellunt ad aliquid* (*huc fortasse p. 952, 60*): TERT. apol. 48, 2 si quaecumque ratio -est animarum humanarum reciprocandarum in corpora. carn. 17 l. 10 quae *ratio* -fuit, ut dei filius de virgine nasceretur. adv. Marc. 2, 13 p. 352, 25 nisi vis aliqua -esset timendi, quae ... compelleret. resurr. 14, 3 etsi caro capax restitui, ... causa restitutionis -esse debebit (*antea*: tam digna *causa*, quae resurrectionem carnis necessariam ... vindicet. *minus probabiliter una cum l. 64 ad II traxit Hoppe, Syntax und Stil, 1903, 136*).

B *exempla cetera*: **1** *vi locali (cf. p. 952, 62):* *loco obscuro* (*sc. contextu deficiente*): TITIN. com. 146 ergo occupa foras exire, foris ut -sit linteum (praessit *var. l.; imaginem navis ceteras superantis intellexit Daviault, 1981, ad l., ad velum quoddam praetentum refertur vol. VII 2, 1468, 5 [cf. e. g. Suet. Claud. 10, 1]; notione sub A 1 illustrata explicare temptat Guardì, 1985, ad l., de adv.* 2. praes *cogitari videtur vol. VI 1, 1040, 77*). *de ordine litterarum vel verborum*: TER. MAVR. 1330 i et u non *faciunt dipthongum* ..., sive -sint alteri vel sibi cum copulantur. VIRG. gramm. epit. 7, 1, 2 *verbum* licet in ordine -esse nomen admittat, tamen ... principatum tenet *in sententia.* **2** *vi temporali:* *vario usu*: VET. LAT. Luc. 23, 12 (cod. 3) facti sunt ... in amicitiam Herodes et Pilatus ...; -erant enim in inimicitiam (*gr. προϋπῆρχον ... ὄντες, Vulg.* antea ... erant. *item respicitur vita prius acta*: VEN. FORT. carm. 4, 26, 159 felices nimium hic [*in terra*] qui sine crimine -sunt, qui melius discunt vivere post obitum [*sc. in caelo*]). CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 10 *Graeci neglegentes antiquiorum gentium memoriam* omnium se -esse crediderunt (*gr. τοῦ παντὸς ... ἄρχειν. ad gen. cf. supra p. 954,61*). *in sermone theologico de praeexsistentibus*: IREN. 2, 20, 1 mulier (*Matth. 9, 20*) ... consecuta est sanitatem ab illa virtute, quae egressa est a salvatore, quam -esse dicunt. HIL. trin. 12, 17 *deo* non -est tempus anterius. PRVD. apoth. 289 ut aeternum credamus ... Christum illo auctore satum, cui nullus -fuit auctor. CONC.^{S} II 3, 1 p. 209, 30 *de Christo, v. supra p. 599, 72sqq.* BOETH. c. Eut. 3, 96 quod idem *deus* omnibus uti -esset, ita etiam quasi principium subesset rebus. *in sermone logico de relativis, quorum alterum sine altero cogitari non potest*: ISID. orig. 2, 26, 7 nec ... invenitur dominus prior servo, nec servus domino; alterum enim alteri -esse non potest (*cf. Mart. Cap. 4, 376* relativa ... simul esse incipiunt, simul desinunt). **3** *vi comparativa, sc. vergit in notionem q. e. praecellere, praestare*: VET. LAT. I Cor. 7, 9 (Tert. pudic. 16 p. 254, 18) -est nubere quam uri (*1 p. 221, 16 al. et Vulg.* melius est, *gr. κρεῖττον ... ἐστίν*). HIL. in Matth. 10, 19 (*ad 10, 31* multis passeribus meliores estis) plurimis ... eos antestare passeribus cum dicit, ostendit multitudini infidelium electionem fidelium -esse. PALLAD. hist. mon. I 10 p. 286^{D} tales ... sunt aestus Aegyptiorum, ut Babyloniae fornacis ardoribus -esse credantur (*gr. συγγενές ἐστι tantum*). GLOSS.^{L} I Ansil. PR 717 praesentius: melius, quod in praesentia -sit (*ad Verg. Aen. 12, 152 supra p. 844, 20?*).

II *usu sec. adi. q. e.* praesens *novato fere i. q. praesentem esse, praesto esse* (*cf.* GLOSS. II 561, 51 *πάρειμι*: adsum, -sum. *variandi gratia posuit* TERT.; *ceterum huc fortasse spectant p. 954, 32. 955, 68*): EPIST. Claud. Terent. (Pap. Corp. 254) 18 quo tempus ... veni, omnia -fuerunt et lana. TERT. apol. 21, 11 cui *spiritui dei* et sermo insit pronuntianti, et ratio adsit disponenti, et virtus -sit perficienti. Ps. AVG. serm. ed. Mai 72, 1 *in paradiso* cum nihil desit, omnia cupiuntur: nata -sunt, innata praegnantur (*cf. supra p. 663, 47; 'praeexsistunt' Mai, ut ad IB 2 pertinat*). serm. ed. Caillau 2 app. 56, 1 non ...tantum martyres -sunt, sed etiam angelorum instantia locus decoratur; nam et angeli -sunt (*Chrysost. Migne gr. 50, 443 μαρτύρων συλλεγομένων ... ἄγγελοι πάρεισιν. ibid. iterum, gr. p. 444 πάρεισι*). CONC.^{S} II 3, 1 p. 114, 28 Petrus ... et Patricius ... hic -sunt (*Rustic.* praesentes sunt, *gr. II 1, 1 p. 133, 10 πάρεισιν, cf. II 2, 1 p. 9, 39* adsunt). p. 145, 30 qui *patres* in ... Epheseno concilio -fuerunt (*var. l.* adfuerunt, *Rustic.* fuerunt, *gr. II 1, 1 p. 161, 7 τῶν ... σύνοδον ποιησαμένων*). Ps. PROSP. vocat. gent. 2, 5 cui *populo Iudaeorum* utraque eruditio -fuit (*sc. naturalis et divina*). VIGIL. THAPS. c. Arian. 3, 3 -sunt prolata testimonia. *Ramminger.*

praesūmēns, praesūmenter *v.* praesumo.

praesummus, -a, -um. *a* prae *et* summus *quodammodo abundanter formatum.* *i. q. (prae ceteris) summus*: OROS. apol. 32, 9 haec -us instruit Paulus et dicit (*affertur I Cor. 15, 54sqq.*). *Bk.*

†praesūmo, -mpsī, -mptum, -ere. *a* prae *et* sumere. *scribitur* pre- *e. g.* INSCR. christ. urb. Rom. 5090 (*a. 554*). INSCR. christ. Diehl 3866 *et saepius in codd.*; -sums- *in stirpe perf.* INSCR. Année Épigr. 1964 n. 237 (*e Byzacena*). INSCR. christ. *supra laudatis et hic illic in cod. antiquis, e. g.* SCHOL. Cic. Bob. p. 123, 22 HEGES. 2, 9, 1 p. 151, 19; *p. p. p.* -sumtus HIL. ad Const. 2, 5, 3 (*cod. B saec. VI*). *abbreviatur in formula iuris, v. infra p. 958, 15.* NOT. Tir. 32, 76 -it. 82 -psit. *de notione*: GLOSS. -ant: *προλάβωσιν. sim. al.; cetera v. infra.* *legitur inde a* HOR. sat., VERG., OV. (*singulis locis*), VAL. MAX. (*quater*), SEN. *philos.* (*11^{ies}*), LVCAN. (*semel*), PLIN. nat. (*13^{ies}*), SIL. (*ter*), QVINT. (*11^{ies}*), FRONTIN. (*semel*), TAC. (*10^{ies}*), PLIN. *min.*, APVL. (*quinis locis*) *et passim inde a* TERT.; *fictum est quoddam frg.* PLAVTI, *v. vol. VIII 1390, 5.* [*e coni. dub.* QVINT. inst. 12, 11, 12 *non* tam numerosa sunt quae -untur (*Cousin*; praemuntur *codd.; corr. alii aliter*); *vix recte trad.*: TAC. hist. 3, 9, 5 Flavianarum partium duces ... pro Vespasiano magnifice, ... in Vitellium ut inimici -ere (*defendere temptat Heubner, 1972, in comm.*). CAEL. AVR. (*pro* praeresumere, *v. p. 790, 32sq.; aliter infra p. 964, 41*).]

exempla sic digerenda censuimus:

I *pertinet ad varios modos sumendi, agendi*:
A *plena vi temporali, i. q. antea sumere, praecipere: p. 957, 16.*
B *vi praeverbii deflexa vel fere evanescente*: **1** *notione derivanda a respectu praeveniendi: p. 958, 23* (*in malam partem, i. q. sibi arrogare p. 958, 25; in bonam partem, i. q. iure suscipere, confidenter audere p. 960, 59*). **2** *i. q. praeferre: p. 961, 58.* **3** *i. q. sumere: p. 961, 67.*

[Hillen]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

II *pertinet ad cogitationem*:

A *vigente vi praeverbii temporali*: **1** *servata notione sumendi: p. 962, 32 (i. q. animo praeoccupare p. 962, 33; i. q. animo antea assumere p. 962, 69).* **2** *mero respectu cogitandi: p. 963, 4 (pertinet ad futura: i. q. credere, exspectare p. 963, 5, i. q. praemeditari p. 963, 65; pertinet ad ordinem: i. q. antea considerare p. 964, 2, i. q. praepropere credere p. 964, 6).*

B *vi praeverbii minus vigente: p. 964, 13 (i. q. opinari, existimare p. 964, 14; i. q. confidere p. 965, 50; i. q. arroganter de se credere, superbire p. 966, 29; i. q. sumere p. 967, 7).*

part. praes. praesumens *pro adi. p. 967, 18, pro subst. p. 967, 23; adv.* praesumenter *p. 967, 31; p. p. p.* praesumptus, -a, -um *pro adi. vel subst. p. 967, 44; adv.* praesumpte *p. 968, 49.*

I *pertinet ad varios modos sumendi, agendi*: **A** *plena vi temporali praeverbii, i. q. antea sumere, praecipere* (*quod pro syn. est l. 25. p. 451, 5. 84; cf.* GLOSS. -o: *προαναλίσκω. v. etiam p. 450, 69; fere abundanter accedunt adv.* ante *l. 52,* prius *l. 66. p. 958, 10; per dat. indicatur id quod sequitur l. 53 [cf. etiam* ante *l. 57,* antequam *l. 61]; accedit obi. acc. praeter p. 958, 15, cf. etiam infra l. 29*): **1** *antequam suum tempus adsit (de* QVINT. inst. 11, 1, 27 *v. p. 958, 45*): **a** *usu vario (sc. cum respectu capiendi, utendi, fruendi sim.)*: HOR. sat. 2, 2, 87 puer et validus -is mollitiem (*sc. aptam seni et aegroto*). PLIN. nat. 18, 224 sementibus tempora plerique -unt (*postea*: cum sit vera ratio non prius serendi, quam *eqs.*). SIL. 5, 213 *iuventus moritura* manibus ipsa suis -ta piacula mittit (6, 300 poenas praecepit ... et -ta *sunt* p. mortis). TAC. Agr. 18, 2 *erat* -ta apud militem illius anni quies. hist. 1, 62, 2 *Vitellius* fortunam principatus inerti luxu ... -bat. PLIN. epist. 6, 10, 5 *viventes debemus* omnia ... heredum officia -ere. VET. LAT. Marc. 14, 8 (cod. 1) quod habuit haec, *sc. Maria Magdalena,* -psit et unguentavit meum corpus *ad sepulturam* (*sed gr. ὃ ἔσχεν ⌞αὕτη⌟ [add. codd. aliquot] ἐποίησεν· προέλαβεν μυρίσαι κτλ.; voce ἐποίησεν ab interprete neglecta dubites, utrum enunt. relat. ad totam sententiam referendum sit, an obi. subaudiendum praebeat; cett. vers. v. p. 743, 83*). CLAVD. 8, 167 *regina* festina ... voti -tum diadema dedit *filiolo.* SACR. Leon. 1172 *Caecilia Christum* sponsum sibi ... -to praemio castitatis adhibuit. PRAEDEST. 3, 31 p. 672[A] non ... solum appetita mala, sed etiam bona -ta condemnant; pone aliquem ante *baptisma* ... corpus domini -isse (*nisi ad 2*). **b** *corrumpendo, impediendo (cf.* praecipere *p. 451, 54 sqq.)*: QVINT. inst. 2, 4, 7 *ea puerorum natura dat* minimum spei ..., in qua ingenium iudicio -itur (*sc. ut inarescat*). 10, 5, 4 verba ... audaciora *carminis, cui quis aemulatur,* non -unt ... proprie dicendi facultatem. *?***c** *praeparando (nisi trahas ad p. 963, 65)*: VITA Hil. Arel. 11 l. 8 manducandi necessitas incumbit: semina iaciamus; vini perceptio -enda est: vineas excolamus.

2 *antequam aliud sumatur, alius sumat vel antequam quidlibet fiat (accedit dat. personae ut apud verbum dandi et sumendi p. 958, 19 sq.)*:

a *generatim*: α *edendo, bibendo*: OV. ars 3, 757 neve domi -e dapes *in convivium vocata.* PLIN. nat. 22, 22 *herba quaedam* crapulam -ta arcet (*cf.* 23, 145 *amygdalis* quinis ... -tis ebrietatem non sentire potores [*Garg. Mart. med. 53 p. 199, 11* si ante vinum quinque sumantur]. *sim. al. apud eundem*). 23, 147 *nuces iuglandes* -tae venena hebetant (*Ser. med. 1056* ante cibos ... edatur. *item contra venena*: PLIN. nat. 25, 6 -tis remediis [TAC. ann. 14, 3, 2]. GARG. MART. med. 8 qui ante -erit eiusmodi potionem. PLIN. med. 3, 33, 4). 28, 55 -ere cibis et interponere frigidam *aquam. al.* PS. QVINT. decl. 10, 16 ex conscientia venena -erat (*sc. antequam arguere-tur?*). VET. LAT. I Cor. 11, 21 (cod. 75. *al., item fere* VVLG.) unusquisque ... suam cenam, *ne cum aliis dividat,* -it in manducando (*gr. προλαμβάνει*). PAVL. NOL. epist. 23, 32 (*in imag., v. p. 690, 3 sqq.*). REGVLA mag. 21, 8 ne ante orationem ... aliquid de cibo aut de potu ... -atis (*sim. p. 960, 21*).

β *dicendo, scribendo: respicitur ordo narrationis, argumentationis*: SEN. nat. 2, 2, 1 *v. p. 451, 82 sqq.* (*item pro obi. est. pron. demonstr., quo praeparatur acc. c. inf.*: 7, 11, 1 quas *opiniones* antequam exponere incipiam, illud ... -endum *eqs.*). QVINT. inst. 1, 10, 27 ne haec quidem -enda pars est (*antea*: qua de re sepositus est nobis locus). PRAEF. bibl. monarch. in Luc. p. 270, 4 Iohannis nativitate -ta. HIL. in psalm. 51, 2 tantum ad psalmi titulum -tum est, quantum *eqs.* BOETH. mus. 3, 12 p. 288, 9 illo prius -to, quod *eqs.* (*p. 288, 18* hoc ... praedicto). *vario respectu*: QVINT. inst. 8, 6, 63 *in ordine verborum* differenda ... quaedam et -enda. HIL. trin. 8, 16 omnis ... comparatio ad intellegentiae formam -itur, ut id de quo agitur secundum propositum exemplum adsequamur (*nisi ad p. 963, 65*). PS. IVL. RVF. schem. dian. 2 p. 60, 16 (*de procatalepsi, v. supra p. 451, 5*). γ *quolibet modo*: QVINT. inst. 1, 1, 19 quantum in infantia -tum est temporis *litteris discendis,* adulescentiae adquiritur (*postea*: sero discere). TAC. ann. 1, 48, 1 ni supplicium in malos -ant *ante ducis adventum.* AMM. 16, 11, 12 partem *commeatus alieni* ... superbe -psit. PALLAD. c. Ambr. fol. 339[r], 3 definitio fidei non ... sine concilio -enda *est,* sed

eius auctoritati ... reservanda (*nisi trahendum potius ad p. 959, 59*). RVFIN. Greg. Naz. orat. 4, 2, 5 *ad explendum numerum pentecostes* adsumpta una die, quam ex futuri saeculi numero -tam esse maiorum auctoritas tradit (*Migne gr. 36, 432[B] προσειλήφαμεν*). FAVST. Aug. c. Faust. 21, 1 etiam ... nos adversam naturam nuncupare deum ... iuxta -tum iam in eam nomen a cultoribus suis. SVLP. SEV. chron. 1, 16, 6 *Israelitae* sexto ... die, quia sabbato colligi *mannam* non liceret, duplum -rent. COD. Theod. 6, 35, 14, 2 (= 12, 1, 184) ante ... tempora expressa -tae militiae. VICTOR. pasch. p. 18, 1 tuis orationibus iam *esse* -tum, quod etiam per me credis implendum. BOETH. in herm. comm. sec. 3, 9 p. 195, 7 -ta prius cogitatione. ENNOD. epist. 7, 19, 1 p. 187, 10 *ut,* quod in bonae indolis eruditione -tum est, de superna ope maturescat (*antea*: quod ... praemisisti).

b *speciatim in iure hereditario de legatariis legatum praecipientibus (ad rem v. Kaser, Privatrecht II[2], 551; aliter infra p. 961, 48 sqq.)*: PROB. litt. sing. 6, 40 ⌞S. N. P. M. S. R. S.⌟ S. Q. H. sine -ere sibique habere (⌞ ⌟ *trad.,* S. P. *Mommsen, correxerunt alii aliter; cf. formulam legati q. d. sinendi modo*: EPIT. Gai 2, 5, 6 rem illam illum permitte -ere et sibi habere [*sed* sumere sibique habere *exhibet Gaius inst. 2, 209*]). EPIT. Gai 2, 5, 1 'illam rem tibi -e, habe, vindica'; quod post mortem testatoris statim legatarius non exspectato herede sibi -it (*in eodem genere legati: ibid. bis.* 2, 5, 4 INTERPR. Paul. sent. 3, 8, 6).

B *vi praeverbii deflexa vel fere evanescente*: **1** *notione derivanda quodammodo a respectu praeveniendi sim. (cf. e. g. l. 46. p. 959, 61) -untur ea, quae omnino non vel certis tantum condicionibus vel saltem cum dubitatione quadam appetenda sunt, ut significetur*: **a** *in malam partem fere i. q. contra normam quandam sumere, sibi arrogare, usurpare, insolenter audere sim. (v. etiam p. 961, 34. cf.* GLOSS. II 157, 49 -a[n]t: *ὑφαρπάσῃ.* IV 298, 6 usurpat: inlicite utitur, -it. 552, 34 -it: usurpat). *notio illustratur saepe additamentis variis, sc. abl.* ausu NOVELL. Valent. 17 pr. APON. 2, 9. *al.,* temeritate *infra l. 58. p. 959, 64. 71. al.,* usurpatione *p. 959, 71 et e. g.* COD. Theod. 14, 3, 16. *sim. al., adv. e. g.* male *p. 960, 54.* INTERPR. Cod. Theod. 2, 26, 2. *al.,* temere *p. 959, 61.* COD. Theod. 8, 5, 6. *al., locut. adv.* contra *aliquid p. 959, 67. 960, 30. al. praeter structuras infra collectas fere pro obi. ponitur adv. p. 960, 16. 51, ceterum saepe accedit dat. pron. refl. e. g. l. 51. 64. p. 960, 27. 31. 43* (se -ere *pro* sibi [*cf. Hofmann-Szantyr, 294*] *non nisi aetate recentiore Inscr. christ. Diehl 3865, 8 [non ante saec. VII] et fortasse etiam Conc. Gall. inc. post a. 614 p. 288 l. 50*); *in quem quid audeatur indicant praepos.* (*exempla certiora*) adversus CASSIOD. hist. 4, 24, 3 RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 49, 24, contra CONC.[S] I 3 vers. Tur. p. 110, 24 CASSIOD. hist. 5, 16, 3, in CONC. Reg. a. 439 p. 66 l. 60 RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 160, 35; *quo vel qua re quis nitatur (ut vergat ad II, cf. p. 962, 19) indicatur per praepos.* ex HIL. trin. 6, 1 FILASTR. 128, 7 AVG. spir. et litt. 29, 50 p. 206, 1, *cf.* hinc *p. 959, 42 sq.; dat. fin.* exemplo *v. l. 60 (nisi est abl.).*

α *in universum*: Ⓘ *cum obi. acc.*: Ⓐ *rerum incorp.*: QVINT. inst. 11, 1, 27 adrogantes *sunt advocati ...,* qui se iam iudicasse de causa ... proponunt; nam ... inviti iudices audiunt -entem partes suas (*vigente simul respectu temporis*). TERT. paenit. 6, 20 optare intinctionem, non -ere oportet. VET. LAT. psalm. 36, 7 (cod. 136) noli emulari -enti viam suam (*i. alienam a deo, gr. κατευοδουμένῳ, Vulg.* qui prosperatur in via sua). HIL. in Matth. 20, 12 non -ere aliquid honoris decet, sed humilitatis operibus promereri. in psalm. 118 resch 1 p. 530, 10 *cum apostoli* sibi ... singuli principatum humana contentione -rent (EVAGR. vita Anton. 37 p. 897). HIER. epist. 53, 7, 1 *artem scribendi* universi -unt ..., antequam discant (*antea*: sibi ... vindicent). ASTER. ad Renat. l. 122 usurpatum ... *monachi* nomen, populari admodum errore -tum (l. 130. SIDON. epist. 2, 13, 2 n. *felicis*). AVG. epist. 155, 5 si quid habeo *sapientiae,* a deo sumpsi, non a me -psi. AVIAN. fab. 5, 10 *asinus pellem leonis induit*; -tus venit in ossa vigor. OROS. apol. 1, 3 neque ego ... aliquid temeritate -o: mihi necessitas est iniuriam manifestare *eqs.* CASSIAN. conl. 14, 7, 1 recte ... ab aliis gesta malo ab aliis -untur exemplo (*cf.* 21, 12, 4 quae ... opportune gesta bene cedunt, si importuno ... tempore -antur). DRAC. Orest. 930 *sacrilegus* -at bella gigantum. VITAE patr. 5, 5, 34 agamus de his, quae -psimus, paenitentiam. PROB. app. gramm. IV 202, 10 abrogantem aliis auferentem significat, adrogantem autem multum sibi -entem ostentat. *al.* Ⓑ *rerum corp. (fere ciborum) et animantium (sc. l. 71. 74 [cf. et p. 959, 47. 75. 960, 6])*: SERV. auct. Aen. 12, 779 *arborem religiosam* a Troianis in usum communem fuisse -tam. RVFIN. Orig. in psalm. 37 hom. 2, 6 p. 1386[D] *febricitantes* sanorum cibos -unt (THEOD. PRISC. long. 97 incompetentibus ... c. -tis. *al.; cf.* CASSIAN. conl. 5, 6, 1 *Adam* interdicti ligni -it edulium. ORIBAS. eup. 1, 12, 2 p. 419 absque mensura ... vinum [*gr. aliter*]. *al.; v. etiam e. g. p. 959, 62. 960, 21*). OROS. hist. 2, 4, 5 *Romulus* Sabinorum ... feminas ... inhoneste -psit. RVRIC. epist. 1, 8 p. 361, 9 depositum vestrum, *sc. codicem,* me ignorantibus vobis inlicite -isse pronuntio. INSCR. christ. Diehl 1273, 7 si quis ⟨e⟩um *sepultum* -erit inde de locum istum *eqs.*

Ⓘ Ⓘ *cum inf. (v. etiam p. 959, 48 sqq. 65. al.; cf. nom. c. inf. p. 595, 51.*

[Hillen]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

et 960, 40): Ⓐ *in sententiis affectatae modestiae*: OPT. PORF. carm. 10, 10 dicere metra. LEO M. epist. 111, 2 (Conc.^{S} II 4 p. 63, 27; *imperatori*) quem tamen pietati vestrae commendare -o. SIDON. epist. 9, 4, 1 *amici,* quos inter -imus computari. LEONIAN. Alc. Avit. epist. 86 p. 96, 4 quid de me misero censeas, interrogare -o. VITAE patr. 5, 15, 27 ignosce mihi, abba ..., sed ut benedictionem tuam acciperem, -psi hoc facere (*gr. Cotelier p. 560*^{A} *ἐτόλμησα*). CAES. AREL. serm. 235, 1 p. 890, 8 admonere cum vera humilitate ... -imus. *al.* Ⓑ *vario usu*: CHALC. comm. 325 -imus ... uti demonstratione pronominum eorum, quae sunt essentiae, cum qualitati accommodatis pronominibus utendum potius sit. RVF. FEST. 7 *Epirotae* ad Italiam transire -erant. AMBR. hex. 1, 1, 3 mundum semper fuisse ... Aristoteles usurpat dicere; ... Plato non semper fuisse ... -it adstruere. ORIBAS. syn. 6, 37, 3 Aa p. 121 aqua dulce deficiente marina(m) aqua(m) bibere -psit (*sim.* La; *gr. ἐτόλμησαν*). VEN. FORT. expos. orat. 4 quis enim tantum secretum ... hominibus revelaret aut hoc docere vel -ret vel sciret? INSCR. christ. Diehl 3866, 10 ut nullus -at locum istum, ubi requiesco, violare. *al.*

Ⓘ *cum enunt. secund.* (*sc. pro obi., nisi intellegas enunt. consec.; cf. p. 960, 23. 52; vix huc l. 33*): PHILIPP. in Iob rec. long. 39 p. 776^{B} hac quisquam -it audacia, ut contra me saltem cogitet bella constituere?

Ⓘⓥ *cum praepos.* (*cf. p. 960, 1. 4. 6. 19 nec non 961, 40*): HESYCH. in lev. 16, 3 p. 985^{D} ne forte sine ... circumspectione ad ea, quae divina sunt, -amus aut accedamus.

Ⓥ *absolute vel structuris supplendis*: TERT. anim. 1, 6 praestat per deum nescire, quia non revelaverit, quam per hominem scire, quia ipse -pserit. VET. LAT. Sirach 32, 13 in medio magnatorum non -as (*gr. μὴ ἐξουσιάζου*). Hab. 2, 5 (Cypr. epist. 59, 3) qui -it et contumax est, vir sui iactans (*gr. κατοιόμενος* [*fere trad.; conicitur -οινωμ-*], *cod. 176* sibi placens; *Vulg.* vinum potantem). AVG. civ. 14, 13 p. 34, 18 salubrius ... Petrus sibi displicuit, quando flevit, quam sibi placuit, quando -psit (*respic. Matth. 26, 33 ut e. g.* ARNOB. IVN. in psalm. 29 l. 24. 27). serm. frg. Eugipp. exc. Aug. p. 902, 17 non -at potestas, nisi adiuvetur infirmitas. ENNOD. opusc. 6, 24 p. 409, 27 det veniam ... *mihi* -enti, quod eius invideo quieti. PALLAD. hist. mon. II 14 p. 369^{B} quiesce ... et noli indiscrete -ere, sed magis cum discretione ... opera ... exerce (*aliter gr., sed cf. I 7 p. 279*^{A} tam pertinaciter ... velle contendere). INSCR. christ. Diehl 3834, 4 (*e Dalmatia*) si quis ... voluerit sine conscientia supra sibi -ere (*Diehl in app.: 'ad* supra *intellege* corpus meum aliud ponere'). *al.*

β *in religione christiana vel Iudaeorum -untur, quae usurpantur, audentur sim.*: Ⓘ *contra veram fidem*: CYPR. sent. episc. 28 qui contempta veritate -it consuetudinem sequi. HIL. in Matth. 1, 4 homines pravissimi hinc -unt opinionis suae auctoritatem, quod ... *Iesum* fratres habuisse sit traditum (*cf.* trin. 10, 29 impia perversitate hinc ... -etur adsertio, quia *eqs.*). RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 36 quis -psit ... divina volumina temerare? VINCENT. LER. comm. 31, 4 *ut patres concilii* nihil ... novarent, nihil -rent, nihil sibi ... adrogarent. COLLECT. Arian. c. Iud. 10, 4 *Iudaei* inde sibi lucos, inde inlicita sacrificia -psere, inde deos multos, inde ... idola. CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 20, 1 si quis ... -erit dicere alium esse filium *dei* ..., sit anathema (*gr. I 1, 1 p. 102, 21 τολμήσετε. item pendet verbum dicendi*: FAVST. REI. grat. 1, 14 p. 46, 18 asserere. 1, 16 p. 51, 10 negare. *al.; in struct. nom. c. inf.*: CASSIOD. hist. 1, 14, 36 vox impia, quae in filio dici -itur [*gr. Theodoret. 1, 4, 40 λέγεσθαι τολμωμένη*]). RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 92, 11 consentire ... dogmati vocum novitate insipientiaque -to (*gr. I 1, 4 p. 5, 20 ἐπιχειρηθέντι*). *al.* *?forma* -it dicendo (-it dicens) *pro* -it dicere (*cf. l. 48 sqq. et Hofmann-Szantyr, 348, nisi ad IIB1 trahere malis*): Ps. VIGIL. THAPS. trin. 3, 6 ne forte etiam hoc -as, Arriane, dicendo: '...'. 3, 32 rec. II si deum proprie -is (sumis *rec. I*) dicendo haec universa perpessum fuisse. 5, 21 ne et hoc *haeretici* -ant blasphemantes: 'erat filius, antequam nasceretur'. Ⓘⓘ *contra statuta ecclesiae* (*praecepta Iudaeorum* PACIAN.; *hucine p. 957, 75?*): CALDON. Cypr. epist. 24 ad consultum vestrum eos *paenitentes* dimisi, ne quid videar temere aliquid -ere. PACIAN. paraen. 3, 2 qui ... escarum vetita -erant *apud Iudaeos.* EPIST. pontif. 255 Migne 13, 1134^{A} baptizandorum ... confusio, quae ... non ratione auctoritatis alicuius, sed sola temeritate -itur, ut passim *baptisma detur.* 258 *ibid.* 1158^{A} ne unus episcopus episcopum ordinare -at propter arrogantiam (259 *ibid.* 1149^{A} sine consensu tuo. LEO M. epist. 104, 5 [Conc.^{S} II 4 p. 57, 7] contra statuta canonum. CONC. Agath. a. 506 p. 201 l. 185. *al.*). AMBROSIAST. in I Cor. 14, 35 turpe est, quia contra disciplinam est, ut *mulieres in ecclesia* ... de lege loqui -ant (*postea*: audeant). RVFIN. hist. 6, 43, 8 episcopatum, quem non a deo acceperat, -bat ([*gr. ὑφαρπάζειν ... ἐπεχείρει*]. EPIST. pontif. 554 Arel. 15 iniquissima usurpatione ... exsecrabili temeritate). AVG. in euang. Ioh. 26, 18 *quidam* immundus -psit ad Christi accedere sacramenta. Ps. AVG. quaest. test. 46, 7 *sacerdotium* malum erit ei, cui concessum non est et -it. AVELL. 15, 3 cum factum suum episcopum, qui -erant, ... *postea* damnasse ... videantur. CANON. Turner II 1 p. 8 rec. I si quis episcopus -erit de ecclesiasticis rebus ... et vendiderit (*aliter gr. et recc. cet.*). CONC. Carth. a. 419 p. 110 l. 295 qui *excommunicatus* ... communionem -pserit (CANON. Arel. 10. *al.*). REG. eccl. Carth. l. 204 *qui ordinant* non -ant ad purgandum eum, qui ordinandus est. CONC. Aurel. a. 511 p. 6 l. 49 de ordinationibus clericorum id observandum ..., ut nullus saecularium ad clericatus officium -atur nisi ... cum regis iussione (*vix cogites de depon. coll. exemplis quibusdam recentioribus allatis a Flobert, Verbes déponents, 1975, 257; ad obi. personae v. p. 958, 65*). *al.* Ⓘⓘⓘ *contra regulas monachorum*: REGVLA patr. I rec. E 2, 1 ut nullus priorem in monasterio ad standum vel psallendum -at praecedere. CASSIAN. inst. 1, 2, 2 (*respiciuntur vestimenta*) quidquid ... inter famulos dei -itur ab uno ... nec catholice per omne corpus fraternitatis tenetur. 5, 20 ne refectione quidem transacta ex his *cibis* -ere sibi quantulumcumque permittat. REGVLA mag. 83, 6 *sacerdotes in monasterio* aliud ... nihil aut -ant aut eis liceat. BENED. reg. 54, 2 non -at suscipere illud *quod a parentibus missum est*; ... (5) qui autem aliter -erit, disciplinae regulari subiaceat. FERREOL. reg. 36 tit. ut abbas manumittere mancipium monasterii non -at. REGVLA Paul. Steph. 12 non prout unusquisque ... voluerit abrupte et -endo iunior ante seniorem prosiliat. 17 nulli liceat supra statutam consuetudinem ... in cibo -ere. *al.* -ere *iteratur notione diversa*: BENED. reg. 43, 18 ne quis -at ante statutam horam vel postea quicquam cibi ... -ere.

γ *in iure* (*sc. -untur, quae contra leges publicas usurpantur, temptantur sim.*): COD. Iust. 3, 12, 3 (*a. 323*) a nullo iudice -i decet, ut auctoritate sua ferias aliquas condat. HIL. coll. antiar. app. p. 181, 17 *ut iudices* a religiosa se observantia abstineant neque posthac -ant atque usurpent et putent se causas cognoscere clericorum. AMM. 18, 1, 1 ne ... potentia -ret aliena. COD. Theod. 1, 28, 3 absente senatus defensore nihil sibi -ant ... iudices ordinare (*postea*: temerariae usurpationis ... audacia). 6, 30, 7 pr. annonas ... iuxta definitum ... modum volumus postulari nec amplius quicquam -i. 8, 4, 29 qui ... quamlibet militiam contra licitum -erunt. 8, 5, 54, 1 si quis ... contra vetitum sibi cursum publicum inlicita temeritate -erit. 12, 10, 1 praefectianos ... curarum ius atque arbitrium sibi -ere. INTERPR. cod. Theod. 2, 17, 1 praedia sua sine iussu iudicis ... alienare. 3, 1, 2 si subpressa fiscali solutione aliquis vendere *agrum* ausus fuerit vel comparare -erit. 4, 22, 3 qui hoc -psit invadere, quod ... apud iudicem non poterat obtinere (*Cod.* inlicita praesumptione temerarent). novell. Valent. 33 qui hoc contra statuta -erit. VITAE patr. Iurens. 94 utrum rura ... hospes inexspectata iuris dispectione sibi non vindicet ac -at. LEX Sal. Merov. 51, 3 supra legem aut debitum iustum aliquid amplius tollere. Visig. suppl. p. 466, 13 ut in foro tuo nulla alia lex ... recipi -atur. *al.*

i. q. ante tegere (*sive occultando sive muniendo, tuendo, sc. vi praeverbii locali, nisi vim temporalem intellegere malis apud* CAEL. AVR.; *adhibetur struct. 'aliquid aliqua re'* [ex *c. abl. p. 978, 10*] *vel cum solo obi. rei tegumento afficiendae* [*suppl. e contextu apud* PERS.]; *pro subi. sunt tegumenta apud* PERS. *et* PLIN.): **1** *proprie et in imagine*: PERS. 4, 45 ilia subter caecum vulnus habes, sed lato balteus auro -it (pro- *var. l.; item cum respectu occultandi*: LACT. inst. 5, 2, 3 *falsus quidam philosophus* vitia sua capillis et pallio et, quod maximum est velamentum, divitiis -bat. SEDVL. op. pasch. 3, 25 *Iesus post transfigurationem* carnis ... velamine rursus aetheriam -xit effigiem [*carm. pasch. 3, 294* texit]). PLIN. paneg. 15, 4 quae refectiones tuas arbores, quae somnum saxa -erint (pro- *var. l.*). SERV. auct. ecl. 7, 12 *et* Aen. 6, 5 *v. p. 1045, 22. 31.* CAEL. AVR. acut. 3, 3, 18 -to ... capite lana molli (chron. 1, 4, 112. 1, 4, 168). chron. 1, 5, 157 -tis articulis ex lana. 4, 3, 59 *lac* erit frigidum dandum -to vasculo nivibus. gyn. 2, 94 nutum *embriulci* ... digitis -tum ... ori matricis inferatur (*gr. p. 141, 8 τὴν καμπὴν ... κρύψαντα ... συνεισφέρειν*). *al. apud eundem* (*v. Bendz, Emendationen, 1954, 61*). *p. p. p.* -tus *pro adi., sc. vi praeverbii evanescente fere i. q. tectus* (*si recte restit.*): CAEL. AVR. chron. 1, 1, 18 *gestatio adhibenda est* ⌞-to⌟ atque aequabili, lucido et ... calido loco (⌞ ⌟ *Drabkin,* perfecto *ed. Sich.,* pertecto *ed. Rovill.; opp.* sub caelo). **2** *translate*: TERT. spect. 10 p. 12, 18 *Pompeius* theatro suo ... Veneris aedem superposuit *dedicavitque*; ... ita damnatum *theatri* ... opus templi titulo -xit (-xuit *var. l.*). SERV. auct. Verg. Aen. 4, 172 *et* GLOSS.[L] I Ansil. PR 1119 sqq. *v. p. 1045, 45 sq.* *vix recte editur e lectione dubia*: COD. Theod. 6, 4, 22, 3 *puniendi sunt,* qui cum eodem *iudice, qui excusationem iniustam admisit,* residentes propriae no⟨bilita⟩tis obliti adulantis gratiae turpissimam praet⟨exe⟩rint vilitatem (*edd. rec. sec. Vesme, sed notio occultandi vel obtendendi apta non videtur; sensu meliore legebant* praet⟨ule⟩rint *Gothofredus aliique*).

deriv.: praetectio.

praetemptātus, *abl.* -ū *m.* *a* praetemptare. *i. q. actio praetemptandi*: PLIN. nat. 11, 140 cocleis oculorum vicem cornicula bina -u implent (*cf. 11, 125* ad praetemptandum iter). *Bk.*

praetempto, -ātum, -āre. *a* prae *et* temptare. *de scriptura*: -tempt- *praebet* PLIN. nat. 11, 125 *cod. M* (*saec. V ex.*), -tent-, *quod exhibent codd. quidam medii aevi et edd. veteres, servatur adhuc in edd.* CAEL. AVR. *al.* NOT. Tir. 89, 22 -at (*praecedit* adtemptat). *legitur singulis vel binis locis, nisi aliter indicatur, apud* TIB., OV. (*quinquies*). SEN. *trag.,* LVCAN., PLIN. nat., VAL. FL., QVINT. *al.* [*spernuntur ab edd. rec. var. ll. pro* per- STAT. Theb. 2, 369. 3, 381 VEG. mil. 1, 8.]

i. q. antea temptare (*quodammodo abundanter accedit adv.* ante OV. met. 9, 589 CLAVD. 8, 347; *ablativo instr. indicantur res praeter l. 69; pro obi. est inf. p. 979, 9*): **1** *pro obi. sunt, quae quis experitur, antequam iis fidat, se committat vel antequam ea plene adhibeat, afficiat sim.; respicitur potius actio*: **a** *explorantis, sciscitantis*: **α** *generatim*: ① *temptantur loca, receptacula, num infesta, periculosa sint*: TIB. 2, 1, 77 *in tenebris* puella ... pedibus -at iter suspensa timore, explorat caecas cui manus ante vias (OV. Ib. 260 baculo [SEN. Oed. 657]. PLIN. nat. 9, 101 [*de cocleis ut* 11, 125. *cf. l. 28*]). OV. met. 14, 189 *Cyclops* -at ... manu silvas et luminis orbus rupibus incursat (TAC. Agr. 20, 2 loca castris ... capere, aestuaria ac silvas ... -are). SVET. Aug. 35,2 *neminem esse* admissum ... nisi ... -to sinu. Claud. 35, 1 explorato prius cubiculo culcitisque et stragulis -tis et excussis. CLAVD. 8, 347 (*ad Honorium*) calcatur si pigra palus, tuus ante profundum -et (per- *var. l.*) sonipes. ② *cetera exempla*: OV. met. 9, 589 (*loq. Byblis*) ante erat ambiguis *fraterni* animi sententia dictis -anda mihi. LVCAN. 9, 398 (*Cato ad milites*) dum primus harenas *Libycas* ingrediar, ... fato ... pericula vestra -ate meo. Ps. QVINT. decl. 1,14 (*antea*: praeparare corpus ... ad ictus) blanda manu -are corpus (*quo melius vulnerari possit*).

β *speciatim in medicina, sc. ad explorandum, utrum aeger curationi fortiori subici possit necne, -antur: officia corporis*: CAEL. AVR. chron. 1, 4, 89 si venter ... suum officium non impleverit ..., erit iniciendus ... oleo per clysterem; tunc -to ventris officio erit tondendus (*si recte coni. Bendz,* praesentato *trad.*). 3, 6, 85 *non* repente consurgere, sed -to motu discere, utrum *eqs.* corpus (*aliter l. 54*): CAEL. AVR. chron. 1, 4, 93 *prius* dabimus quaedam *vinosa* ..., quo corpus ... -emus, ut tuto dare possimus *vinum* (*sim.* 1, 5, 166).

b *aliquid praeparantis, sese exercentis*: **α** *-antur corporea* (*sc. animantium instrumenta*): OV. met. 5, 339 Calliope ... -at pollice chordas atque haec percussis subiungit carmina nervis: '...'. VAL. FL. 1, 314 *Argonautae* tonsas in marmore summo -ant. AVSON. Mos. 236 (*230 puella* compositos ostentatura capillos) *intuens se speculo* fixas -at acus (praetendat *var. l.*). CLAVD. 8, 534 *Hercules puer* tela solebat -are feris olim domitura gigantas. **β** *-antur incorporea* (*sc. quae pertinent ad ipsum -antem praeter l. 74*): OV. met. 8,7 *Minos Atheniensibus bellum parans* (*7, 456*) -at ... sui vires Mavortis in urbe Alcathoe (*temere vim praeverbii evanuisse putat Bömer ad l.*). QVINT. inst. 4, 1, 28 quod in ingressu parcius et modestius -anda sit iudicis misericordia, in epilogo vero liceat totos effundere affectus. Ps. QVINT. decl. 2, 16 suspensis -tisque gressibus librare corpus. TAC.

[Pade]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ann. 1, 73, 1 haud pigebit referre in Falanio et Rubrio ... -ta crimina *maiestatis,* ut quibus initiis ... exitium irrepserit, ... noscatur. γ *refl.* se -are: SEN. Phaedr. 1060 *belua* ut cepit animos seque -ans satis prolusit irae, ... evolat *territura equos Hippolyti.*

*?***2** *mero respectu temporis, sc. pro obi. sunt, quae quis conatur, antequam alia fiant:* DON. Ter. Eun. 537, 1 omnia -ta (*Bentley*; -tenta *trad.*) sunt potius quam res importuna fieret (*nisi ad 1a*). ARGVM. Stat. Theb. (ed. Klotz-Klinnert, 1973 p. 588) 1, 4 Iuppiter ... bellum canit ..., fata licet frustra -et vertere Iuno (*nisi carmen est recentioris aetatis*).

deriv.: praetemptatus. *Pade.*

praetendo, -tendī, -tentum (-tēnsum), -ere. *a* prae *et* tendere. *scribitur* pre- *cod. A saec. VI* AMBR. in Luc. 4, 25 *et saepius in recc.* NOT. Tir. 11, 84[a] prae(tendit). 12, 10 -tus. *p. p. p.* -tus *occurrit passim inde a* VERG. Aen. 3, 692. 6, 60 OV. epist. 12, 43. *al.* LIV. 10, 2, 5, -sus *apud* LVCIL. 193 (*si recte legitur*). ANTH. 127, 5. HIL. in psalm. 123, 8 (*bis*). 139, 7 (*sed ibid. etiam* -tae). trin. 7, 3. GLOSS. *p. 984, 74; edebatur olim* AVG. c. Cresc. 1, 17, 21 (-sis *ed. Migne,* -tis *codd.*). *de notione*: SYNON. Cic. p. 439, 8 -unt. obtendunt. obducunt. opponunt. obiciunt. GLOSS. -it: *παρατείνει καὶ προφασίζεται.* obponit vel plectit aut ponit. ostendit. GLOSS.[L] I Ansil. PR 1067 -it: significat. GLOSS. II 423, 59 *προτείνω*: porrigo, -o (*ed. Stephani,* praete⟨...⟩io *trad.*). *sim. al., cf. p. 982, 14. 984, 72. 74. 988, 6. legitur inde a* LVCIL. (*dub., v. l. 44*), CIC., VERG., OV., LIV. *per totam latinitatem (de* FAB. PICT. *v. p. 981, 18, de* CATVLLO *p. 980, 74); frequentant* PLIN. nat., AMBR., HEGES. [*in codd. confunditur cum* pro- VERG. Aen. 9, 599 PLIN. nat. 9, 15. *al.* (*vix recte trad.* CATVLL. 64, 127, *v. p. 980, 75; restit. p. 980, 2; edebatur olim* LVCAN. 9, 673), per- PLIN. nat. 3, 6 AMBR. patr. 5, 29. *al.* (*restit.* IVL. VICT. rhet. p. 26, 3 COD. Theod. 7, 12, 1), pro- AMBR. fid. 5, 17, 218 LEO M. serm. 16, 6. *al. falso trad.* -ta *pro* praetemptata *l. 6* (*cf. p. 978, 68*), -tus *in var. l. pro* praeostensus EVSEB. GALLIC. hom. 2, 5.]

i. q. ante tendere (*cum coloribus secundariis obtendendi, protendendi sim.*): **I** *vi potius locali (sc. ante se vel in fronte alterius) et usu inde derivando* (*vi praeverbii evanescente maxime p. 985, 30. 986, 10*). *'aliquid alicui (rei)' est structura sollemnis (accedit acc. praedic. p. 980, 2. 983, 60. al.; pro obi. sunt struct. verbales p. 983, 60. 984, 49, adv. p. 984, 47; pro dat. substituitur praepos.* in *c. acc. p. 980, 66, c. abl. l. 70,* super *l. 52. p. 982, 28, sim. al.; laxiore conexu indicatur ubi p. 982, 38. 986, 10. al.), struct. inversa 'aliquid aliqua re' occurrit p. 982, 16. 60. 985, 65 (cf. etiam p. 987, 9). usu intrans. p. 981, 11. 30. 985, 29. 72. al., mediopass. p. 981, 15. 28. 984, 68, refl.* se -ere *p. 981, 26. 985, 27. 61 et fortasse p. 981, 33* (*cf.* sibi *p. 987, 4*). *accedit dat. fin. p. 980, 6.*

A *generatim*: **1** *qualibet ratione*: **a** *cum variis coloribus*: α *transitive, -untur potius*: Ⓘ *quae praebentur, offeruntur*: Ⓐ *varia*: LVCIL. 193 intibus ... pedibus -sus equinis (*Non. p. 209, 1,* proserpit *vel* perserpsit *Char. gramm. p. 128, 4,* praetonsus *coni. Wagner*). VITR. 6, 4, 2 triclinia verna ... ad orientem *spectent*; tum enim -ta luminibus ... efficit *sol* ea temperata. AMM. 17, 8, 3 legatio ... pacem sub hac lege -ens, ut *eqs.* (*nisi ad 2*). Ps. AVG. serm. 55, 1 (= Ps. MAX. TAVR. hom. 107 p. 500[B]) si ... nullam sanantis (scientia *var. l.*) bonitatis -eris medicinam. OROS. hist. 1, 17, 3 *hostes nos* pacis gratia -tis obsidibus per omnia maria sequuntur (*ibid.* se ipsos ... offerunt). SACR. Leon. 256 fragilibus sanctorum omnium -e subsidia, *domine* (*sim.* 707). Gelas. 1429 (*sim.* 1552) -e super famulos tuos spiritum graciae salutaris. GILD. Brit. 3 chron. III p. 29, 1 rivis ... ipsorum ... in ripis accubantibus suavis soporis pignus -entibus. *al.* Ⓑ *affectiones sim. animi*: FRONTIN. strat. 2, 2, 12 cum ingentem pulverem hostium oculis obiecisset exspectationemque equestris certaminis -isset *Epaminondas* (*item c. obi. rei effectae*: EVSEB. GALLIC. hom. 76, 11 oculis ... admirationem). VET. LAT. psalm. 35, 11 (Aug. spir. et litt. 7, 11. *al.* = PSALT. Rom. *et* VVLG.) *domine,* -e misericordiam tuam scientibus te et iustitiam tuam his, qui recto sunt corde ([*gr. παράτεινον, cod. 333. al.* ostende, cod. 303 -it misericordia, *Hier. psalt. sec. Hebr.* adtrahe. *explicat* CASSIOD. *ad l., v. p. 801, 8*]. LEO M. serm. 68, 4 nobis inter omnia adversa. SACR. Leon. 32 -e nobis ... m. tuam [*cf. 37* ostende, *97* tribue, *sim. al.*]. Gelas. 1315 illi *famulo tuo.* 1479. *al.*). FILASTR. 155, 8 dominus ubique fidem suam -it hominibus (*ibid.* tribuit; dederat). NOVELL. Anth. 3, 2 commune ius omnibus reservare subiectis ... et hanc liberalitatem -ere, quae legibus ... subnixa est. LEO M. epist. 14, 2 (*ad episcopum quendam*) quibus *episcopis* ... fraternitatis tuae cura -itur (serm. 4, 4 [= 83, 3] omni populo dei ... ubique). SACR. Gelas. 1554 deus, ... -e societati nostrae gratiam tuam. LAVRENT. eleem. p. 109[A] ut in his *indigentibus,* quicumque sunt opulentiores, pium -ant affectum. *al.*

Ⓘⓘ *quae ostenduntur*: Ⓐ *res corporeae: signa supplicum, pacis sim.* (*ut vergat ad p. 980, 51 et ad b*): VERG. Aen. 8, 116 *Aeneas Euandrum petens* paciferae ... manu ramum -it olivae ([pro- *var. l.*]. 8, 128 cui *Euandro* me Fortuna precari et vitta comptos voluit -ere ramos.

11, 332 pacis ... manu -ere r. PETRON. 108, 13 *Tryphaena indutias faciens* -it r. oleae [*si recte restit. Bücheler,* pro- *trad.*]. SIL. 13, 69 *Diomedes* pignora pacis -ens dextra r. canentis olivae). OV. met. 11, 279 *Peleus adiit regem* velamenta manu -ens supplice. PLIN. nat. 15, 133 ipsa *laurus* pacifera, ut quam -i etiam inter armatos hostes quietis sit indicium. TERT. bapt. 8, 4 olea ..., quod signum etiam apud nationes paci (pacis *var. l.*) -itur. HIST. AVG. Did. 6, 5 -tis infulis. *aliae* (*cf. p. 985, 43*): CLAVD. 22, 474 nomen -it consulis *Stilichonis* annus (*sc. in tabula sim.*). carm. min. 30, 44 (*in imagine ad Serenam*) cardine tu gemino laurus -is avitas, *sc. triumphales.* SIDON. epist. 3, 13, 6 *Gnatho* -it os ... plumbeum (*5* gerit ... aures, 7 promit ... frontem).

Ⓑ *res incorporeae*: Ⓘ *condiciones vel qualitates*: APVL. met. 10, 23, 6 iuvenis ... plebeiam facie tenus -ens humanitatem. LACT. opif. 10, 11 (*antea*: auditus in duas aures *divisus est et similiter cetera*) *ut* in corpore de duobus universă compactă indissociabilem -rent unitatem. HIL. ad Const. 2, 9, 2 fidem sine fide -unt *haeretici.* AMM. 27, 7, 2 *Rufinus* velut apicem senectutis honoratae -ens, sed lucrandi opportunas occasiones ... numquam praetermittens. Ps. ORIG. tract. 17, 30 rec. II arbores tempore hiberno virorem suum abscondunt, ariditatem -unt (*rec. I* aridita⟨m⟩te mentitae *sec. Min. Fel. 34, 11*). AMBR. epist. extra coll. 1, 3 nucinum baculum sumere iubetur propheta ..., ut ad eius similitudinem ... amara et dura -at. hex. 3, 13, 56 p. 99, 7 ecclesia ... bonum fidei fulgorem ... -it ... martyrum sanguine speciosa (*opp.* celat). 3, 16, 69 duplici corde viri ... gratiam simplicitatemque apud bonos -unt et vitiosissimis glutinantur. in Luc. 7, 133 sub tempore mortis maestitiam -bat *Christus.* Ps. AMBR. laps. virg. 25 cum ... susurratio de te, *virgo,* fuisset, tu sinceritatem -bas. HEGES. 1, 42, 2 *Herodes* facti paenitentiam -bat, cum eorum, quorum parentes occiderat, misereretur (*gr. 1, 555 ἐμφαίνοντα*). PAVL. NOL. epist. 50, 13 p. 416, 20 *saturandae carnis cura* maxime observantiam religionis -entibus probrosa est. NOVELL. Theod. 7, 1 pr. et agentes in rebus et quaecumque alia -itur militiae dignitas (COD. Iust. 3, 13, 7, 1 [*a. 502*]). *al.* ② *ipsa imago, similitudo sim.*: APVL. met. 10, 27, 2 mulier ... fidei supprimens faciem, -ens imaginem (POMER. 2, 4, 3 *deceptores* adumbratae -entes honestatis i. [*om. cod. unus*]). COD. Iust. 9, 9, 21, 2 (*a. 290*) *noli tempus accusandi praetermittere,* ne ... ad terrendam adversariam futurae accusationis speciem -as (AMM. 20, 4, 18 speciem ... obscuram superioris ... potestatis. AMBR. hex. 3, 13, 56 p. 99, 3 foris species eius *mali granati* pulchra -itur [*gr. deest*]. SVLP. SEV. chron. 2, 46, 6 humilitatis s. ore et habitu. *al.*). LACT. opif. 12, 9 plerumque fieri, ut unius *parentis* tantum liniamenta -at *progenies.* AMBR. paenit. 1, 15, 81 (*ad Luc. 13, 21*) quae *mulier euangelica* typum -it ecclesiae, eo quod *eqs.* (*item in interpretatione allegorica christ.*: AVG. in euang. Ioh. 15, 10 *dominus* de illa *muliere Samaritana* [*Ioh. 4, 7 sqq.*] figuram nobis -bat. EVCHER. instr. 1 p. 118, 9 murra [*Matth. 2, 11*] ... sepulturae signum -bat [*Arnob. Iun. in Matth. 1* ostendebat]. PASS. Petr. 14 p. 37, 10. *al.*). HEGES. 5, 44, 1 p. 391, 17 cometes ignis et gladii quandam -ens (pendenti(s) *var. ll.*) similitudinem (*gr. 6, 289 ἄστρον ... ῥομφαίᾳ παραπλήσιον*). COD. Iust. 3, 1, 13, 3 ei *reo* vel alii personam eius solam -enti. *al.*

ⓘⓘⓘ *quae quis quolibet modo prae se fert, exserit, protendit* (*-untur fere res corp. vel lux sim. praeter l. 73; accedit obi. rei effectae l. 52. 57. p. 981, 4*): Ⓐ *vario usu*: VERG. georg. 4, 230 *cum mel collecturus alveum adeas,* fumos ... manu -e sequacis. Aen. 4, 339 (*Aeneas ad Didonem; in imagine*) nec coniugis umquam -i taedas (*cf.* SIL. 6, 77 lumina [RVF. FEST. 27 petentibus *var. l.; in imagine*: ENNOD. dict. 2, 4 p. 431, 21 vitae l.]. ITIN. Alex. 44 -ta face [PRVD. perist. 10, 236; *in imag. p. 981, 9*]. AVG. serm. 169, 1, 2 [*in imag.*] *Paulus apostolus* lucem -it, umbram removit). PLIN. nat. 11, 2 ubi tot sensus collocavit *natura* in culice? ... ubi visum in eo -it? (*ibid.* adplicavit, *11, 3* praelongavit *al.; cf. p. 981, 17*). STAT. silv. 1, 1, 38 *Palladis statua* sectae -it colla Medusae. SYMM. epist. 5, 5 (*in imagine supplicationis*) tuus honor suadebat profectionem, illius *filii* institutio -bat obvias manus (ANIAN. Chrysost. hom. 3, 3 [*ad gen. 38, 28*] *Zara* manum -tam habens *ex utero* [*ibid.* emisit, protulerit *al., gr. p. 36 ἐκτεινομένην*]). AMM. 14, 11, 26 pinnas ... illi *Fortunae* fabulosa vetustas aptavit ... et -ere gubernaculum dedit. *al.*

Ⓑ *indicatur quo vel cui* (*ut quaedam vergant ad p. 979, 43*): ① *per praepos. in c. acc.*: FRONTO p. 216, 8 (*in imag.*) argumenta nectemus, ... ut praecedens sententia in sequentem laciniam ... porrigat et oram -at. ARNOB. nat. 2, 2 non ⌞in cunctos⌟ et lumen -erit vitae et periculum ignorationis amoverit *Christus*? ([⌞ ⌟ cunctis *Reifferscheid, ut spectet ad p. 981, 3*]. *cf.* HIL. in psalm. 118 nun 2 p. 475, 10 unusquisque nostrum ... verbum dei in omnes operum processus tamquam lucernam -it [*l. 6* antefert, *sim. al.*]). AVG. in psalm. 103, serm. 1, 13 l. 42 'in extrema maris volare' (*cf. psalm. 138, 9*) est spem iam -ere in finem saeculi. *hyperbolice* oculos -ere (*cf. locum dubium* CATVLL. 64, 127 montes, unde aciem ⟨in⟩ pelagi ... -ret aestus *Ariadne* [pre- *trad.*, pro- *edd. plerique* *[v. L.]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sec. cod. R, per- *Kroll*]): POTAM. tract. 11. 109 exeunte mortuo *Lazaro,* qui curiosos o. in antrum sollicitius -bant, ... longius recurrebant. Ⓑ *per dat.*: AMBR. hex. 3, 17, 71 p. 108, 12 *arbores quaedam semper frondentes* folia sua saepe commutant ... *et* ea ... quasi succedanea -unt suae arboris pulchritudini ... vicem muneris obumbrantes. PAVL. NOL. epist. 12, 2 dominus ... -at pedibus meis lucernam verbi sui (*in imagine ut*: SACR. Gelas. 1696 -e, domine, ... famulabus tuis dexteram caelestis auxilii [*sim.* SACR. Greg. 58, 4 = 255 D. *et* 202, 12 = 887 D.]. ENNOD. epist. 1, 1, 3 p. 2, 6 tibi fax ista -itur, quam ... blandus elocutor accendis).

β *mediopassive, intransitive vel reflexive*: Ⓘ *de rebus se quodammodo extendentibus* (*indicatur latitudo per acc. l. 12*): Ⓐ *intrans.*: GRATT. 31 bis viceno⟨s⟩ spatium -ere passus rete velim. AMBR. Iob 4, 2, 8 supra se effundit animam suam (*cf. psalm. 41, 5*), ut anima supra corpus effusa infirmitatem carnis abscondat ... et virtus ubique animae ... -at. patr. 5, 29 *v. p. 985, 33.* Ⓑ *mediopass.*: PLIN. nat. 11, 82 *in tela aranei* -i summa parte ... licia *quaedam.* 11, 100 aliis *insectis* cornicula ante oculos -untur ignava, ut papilionibus. GELL. 10, 15, 13 (*e Fabio Pictore*) propagines e vitibus altius -tas (-tus *var. l.*) non succedit *flamen Dialis* (*cf. Plutarch. quaest. Rom. 112 ἀναδενδράδος ἄνωθεν διατεταμένης*). AVIEN. orb. terr. 359 blandus -itur aer, prodigus herbarum caespes iacet *in Aegypto* (*cf.* CYPR. GALL. exod. 1054 caelum hic [*sc. in gemma, cf. exod. 24, 10*] visitur albens -tum per dorsa iugi). Ps. VEN. FORT. vita Med. 15, 37 *ut* -antur sceptra regiae potestatis (*antea: felicitatem* dilatatam vel ... extensam).

Ⓘⓘ *de animantibus*: Ⓐ *habitu quodam se praebentibus* (*sc. refl. cum praedicativo*): AVG. in psalm. 31, enarr. 2, 9 l. 16 cum sit iniquus, iustum se -it. Ⓑ *se diffundentibus*: Ps. RVFIN. Ios. bell. Iud. 4, 434 p. 758 *fuga flumine intercepta* -ti ... ad ripae longitudinem tela equitum et incursus excipiebant (*gr. παρεκτείναντες σφᾶς αὐτούς*).
Ⓒ ad *aliquid contendentibus, se conferentibus* (*intrans., nisi refl. accipias* VEREC.): EPIST. pontif. 675 Thiel 15, 1 p. 379 Afros ... ad ecclesiasticos ordines -entes nulla ratione suscipiat *episcopus.* VEREC. in cant. 9, 16 l. 20 *Dan* semper navium periculis delectatur (*cf. iud. 5, 17*); nos autem spiritu incedentes ad spiritalia -amus. *loco dubio*: LEO M. serm. app. 16, 2 (= Ps. AVG. serm. ed. Caillau 2 app. 67) sciebant apostoli ad quam -bant coronam (per- *ed. Caillau sine nota in app.*).

b *cum colore tuendi, defendendi (personae vel res muniendae indicantur per dat. l. 40 sq. 57. al.; de locis tali additamento carentibus hic illic nimirum dubites, num potius ad c referendi sint); -untur munimenta*: α *corp.*: VERG. georg. 1, 270 segeti -ere saepem, insidias avibus moliri *eqs.* OV. epist. 12, 43 (*de tauris Martis*) aere pedes solidi -taque naribus aera. met. 3, 83 *Cadmus* instantia ... ora *serpentis* retardat cuspide -ta. 8, 341 aper *Calydonius* ... in hostes fertur; ... -ta ... tela tenent *venatores.* 12, 376 *Peleus cum centauro pugnans* defensatque umeros -taque sustinet arma (SACR. Gelas. 1509 [*in imagine*] deus, ... -e ... principibus nostris a. caelestia). LIV. 44, 9, 9 *milites* non habebant super capita elata scuta ..., sed -ta (praetecta *trad.*) pugnantium more. HIST. AVG. Aur. 12, 12 rete -itur *funambulis.* AMBR. hex. 6, 9, 58 (*in imagine*) geminae saepes superciliorum ..., quae oculis munimenta -unt (*ibid.* protectionis. *cf.* ISID. orig. 17, 3, 17 [*sec.* AMBR. *p. 986, 60*] folliculum est theca frumenti ...; haec super spicam vallo instructa munimen [-mine *cod. unus*] -it, ne avium ... morsibus spica suis fructibus exuatur). CLAVD. 15, 315 licet sese -tis Syrtibus armet oppositoque Atlante tegat *Gildo* (*luditur cum notione sub B1 illustrata*). AVG. conf. 10, 36, 59 (*in imagine*) -e alas tuas, *domine,* et fugiamus sub eas.
β *incorp.*: TAC. hist. 4, 13, 2 ne *sibi* ut hosti obviam iretur, ... Vespasiani amicitiam studiumque partium -it *Iulius Civilis.* PLIN. epist. 7, 27, 8 *contra phantasmatis fragorem* offirmare animum auribusque -ere. OROS. hist. 1, 8, 14 cum a cervicibus suis impendentem gladium -to christiano nomine averterint *quidam.*

c *cum colore insidiandi, captandi, impediendi*: α *struct. originaria -untur impedimenta sim.* (*sc. fere laquei, doli sim., obstacula l. 65. p. 982, 8. al., illecebrae l. 74. p. 982, 11. al.; c. dat. personae vel rei impediendae l. 65. p. 982, 5. 8. al.* [*cf. praepos.* contra RVRIC.]; *ceterum cf. quod ad b adnotavimus*): VERG. Aen. 9, 599 (*Turnus ad Troianos*) non pudet ... iterum vallo ... teneri ... et morti -ere muros? (pro- *cod. M a. corr.*). LIV. 38, 7, 10 segnior ... ea *pugna* facta est ... nunc ciliciis -tis, nunc foribus raptim obiectis. COLVM. 8, 9, 3 -tis retibus, quibus prohibeantur volare *aves quaedam* (PLIN. nat. 9, 29 *prae multitudine piscium* -i non queunt retia. 10, 110 retia in [*om. fere codd.*] amne -ta. VET. LAT. prov. 1, 17 [Hil. in psalm. 123, 8] non ... iniuste -untur r. avibus [*gr. ἐκτείνεται, Lucif. Athan. 1, 25. al.* tenduntur, *Vulg.* iacitur]. ANTH. 127, 5 [*in imagine*]). PLIN. nat. 9, 15 -i (pro- *var. l.*) iussit Caesar plagas multiplices inter ora portus. SIL. 15, 45 (*loq. Voluptas*) *Decios aliosque morti dedit Virtus,* dum cineri titulum memorandaque nomina bustis -it nec sensurae, quod gesserit, umbrae. VET. LAT. psalm. 139, 6 (cod. 400. *al.*) funibus -erunt laqueum pedibus meis ([*gr. διέτειναν, cod. 109* tetenderunt, *cod. 300. al. et Vulg.* extenderunt]. *in imagine ut*: HIL. in psalm. 139, 6 responsionis l. captioso sermone -unt. PELAG. in Col. 2, 23. *al.; proprie*: HIL. in psalm. 123, 8 laqueos ... -unt *venatores.* PRVD. ham. 807 auceps). IVST. 29, 4, 11 *Philippus* Philopoemeni, Achaeorum duci, ... insidias -it (43, 4, 10 insidianti regi insidiae -untur [*nisi praeferas var. l.* tenduntur]. HIL. in psalm. 139, 7. AVG. c. Cresc. 1, 17, 21 interrogationis i. *dialecticorum. al.*). AVIEN. orb. terr. 209 nunc ora (ara *A*) sali (soli *trad.*) vastas -ere rupes, *sc. Symplegades,* nunc aperire sinum (CLAVD. rapt. Pros. 1, 149 caput ... Pachyni respuit Ionias -tis [protentis, praeruptis *var. ll.*] rupibus iras). AMBR. Hel. 1, 1 *diabolus* cibum velut escam laquei -it (*Luc. 4, 3*) ..., dominus ieiunium praetulit. HEGES. 1, 1, 4 *Ionatha* -ta per dolum amicitiae fide intra urbem hostium clausus ... et necatus est. AVG. c. Cresc. 1, 19, 24 dolos interrogationum *Iudaeorum* (serm. 1, 1 incautis. SYNON. Cic. p. 430, 27 insidiari. dolum -ere *eqs.; fort. addas p. 987, 9*). RVRIC. epist. 2, 15 p. 395, 27 (*in imagine*) scutum fidei ... contra adversario⟨s⟩. *al.* β *struct. inversa -untur res impediendae*: HIL. trin. 7, 3 l. 12 omne sermonis mei iter ... aut foveis incisum est aut laqueis -sum (-tersum *cod. unus*) est. PAVL. NOL. epist. 24, 13 'huius mundi figura' (*I Cor. 7, 31*) ... zabulicis -ta retibus. *vix addas p. 987, 9.*

d *cum colore velandi, occultandi*: α *struct. originaria -untur tegumenta* (*res obtegenda indicatur per dat. l. 23. 26. 35. al., per praepos.* super *c. acc. l. 28, ubi vel unde tendatur per praepos.* ab *l. 38*): Ⓘ *vestes, velamenta sim.*: PRIAP. 1, 7 tunicam parti -e tegendae *Priapi.* 9, 11 gracili vestem -ere thyrso *Bacchi* ([*cf. 2* tegat, *5* occulat, *sim. al.*]. OV. am. 3, 6, 79 v. tumidis ... ocellis. SEN. Phaedr. 887 lacrimas ... veste -ta obtegis). OV. met. 12, 415 lateri ... vellera. SVET. Claud. 10, 1 inter ... -ta foribus vela se abdidit. PRVD. cath. 10, 50 -ere lintea mos est, *sc. corpori in funere.* *in imagine*: OPTAT. 2, 24 extendistis ... manum et super omne caput mortifera velamina -istis ([*ibid. Vet. Lat. Ezech. 13, 18* vae facientibus velamen ... super omne caput]. HIL. trin. 11, 9 l. 3 *calumnia* interdum -it aliquod excusationis ambiguae v., ut verecunde in defensione sit, quod impudenter in sensu est [*postea: in haeresibus* locus verecundiae vel falsae excusationis exclusus est]).

Ⓘⓘ *varia*: Ⓐ *corp.*: SEN. epist. 115, 9 (*antea*: parietes tenui marmore inductos) nec tantum parietibus ... ornamentum tenue -itur: omnium istorum ... bratteata felicitas est. PLIN. nat. 11, 139 talpis visus non est; oculorum effigies inest, si quis -tam detrahat membranam (11, 197 quam *m.* praecordia appellant, quia a corde [cordi *var. l.*] -itur). STAT. Theb. 7, 36 -ta ... caelo agmina nimborum ([*vix per imaginem rei militaris ad B2b trahas*]. *cf.* 12, 818 tibi, *Thebai,* si quis adhuc -it nubila livor [*in imagine ut*: VEN. FORT. vita Hil. 5, 16 nebulas splendori catholico]. Ps. CYPR. laud. mart. 13 pluvias aer triste -it [ostendit *ed. Oxon. a. 1682*]). PRVD. ham. 878 nil ... tuentibus *animis* obstat, nocturnae cedunt nebulae ..., -ti cedit teres area mundi. CLAVD. 1, 93 galeae ... minaci, *sc. deae Romae,* flava cruentarum -itur umbra iubarum. Ⓑ *incorp.* (*huc vergunt sub 2a e. g. l. 72. p. 983, 30*): QVINT. inst. 1 prooem. 15 *huius aetatis philosophi* vultum et tristitiam et dissentientem a ceteris habitum pessimis moribus -bant. TAC. hist. 2, 85, 2 Moesiae rector pessimum facinus audet ... ob simultates, quibus causam partium -bat. HYMN. Walpole 4, 21 -ta (-tae *var. l.*) nuptae *Mariae* foedera ... alto mysterio, *sc. partūs virginalis* (*cf. Ambr. in Luc. 10, 133* coniugium praetexuit ... mysteriis). HEGES. 1, 40, 1 p. 83, 26 *Antipater* sese tegebat et velabat, odio -ens gratiam (*gr. 1, 468 τὸ ... ἐχάλυπτε μῖσος*). CLAVD. 21, 273 sceleri ... profano fallax *Gildo* legitimam regni -erat (pro- *var. l.*) umbram. PASS. Petr. 8 p. 31, 17 praefectus morbo incontinentiae suae -ens superstitionis accusationem crucifigi iussit apostolum. *p. p. p. neutr.* -tum *pro subst.*: SVLP. VICT. rhet. 8 p. 317, 13 ut incipiamus ab ea parte, quae est honesta, tum scilicet minore cum ... offensione dicturi de eo *inhonesto,* quod quasi praeposito aliquo et -to latebit.

β *struct. inversa -untur res obtegendae* (*pro subi. est ipsum tegumentum* PAVL. PETRIC.): AVIEN. Arat. 1068 quae *signa* si se nubibus abdent aut si ... occultata iugo -taque (-text- *Breysig*) rupe latebunt (*gr. 563 sq. εἰ ... ὄρεος κεκρυμμέναι ἀντέλλοιεν, Cic. Arat. 344* officiens signis mons obstruet, *Germ. 583 sq.* occulet ... signum conscendens ... Athos). PAVL. PETRIC. Mart. 5, 748 subito obtectum -unt (-cendunt *cod. unus*) nubila caelum.

2 *dicendo, cogitando* (*sc. maxime praetexendo; cf. praevalente vi imaginum quarundam e. g. l. 1. 31. p. 981, 58*): **a** *excusandi, purgandi causa* (*facta vel proposita tuenda indicantur passim per dat., per praepos.* ad *l. 73. p. 983, 12. 50. al.*): α *c. obi. acc.; -untur*: Ⓘ nomen (nomina): CIC. Vatin. 14 tu qui te Pythagoreum soles dicere et hominis doctissimi n. tuis ... barbaris moribus -ere. LIV. 39, 16, 7 deorum n. -itur sceleribus. SEN. dial. 12, 16, 5 ad obtinendum dolorem muliebre n. -ere (*cf.* PAVL. PETRIC. Mart. 4, 413 nec mihi feminei -as n. sexus). TAC. hist. 3, 4, 2 ut consulare n. *Flaviani* surgentibus ... partibus honesta specie -retur.

[v. L.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ann. 14, 21, 1 *quidam* honesta n. -bant *licentiae.* TERT. adv. Val. 1, 3 naturae venerandum n. allegorica dispositio -ens *in mysteriis Eleusiniis.* COD. Theod. 2, 14 rubr. de his, qui potentiorum n. in lite -unt ([protendant *var. l.; cf. 2, 14, 1* opponere]. *sim.* COD. Iust. 2, 14 rubr. LEX Burg. Rom. 43 tit. [*cf.* 43 potentum quorumcumque personas in lite ... -ere]). *al.*

Ⅱ *leges, iussa, auctoritas aliena sim.*: LIV. 3, 45, 1 quam *legem* Verginii amici postulationi suae (*de iudicio differendo*) -ant (AMM. 26, 10, 10 *infra.* COD. Theod. 16, 10, 15). 6, 36, 8 *intercessores* vocibus alienis id modo, quod domi praeceptum erat, intercessioni suae -bant. 39, 28, 11 Eumenes ... legatorum decretum calumniae impudentissimae -it. TAC. ann. 13, 43, 4 iussa Messalinae -i (pro- *M*). TERT. praescr. 8 l. 2 quem *articulum* (*sc. Matth. 7, 7*) et nostri -unt ad ineundam curiositatem et haeretici inculcant ad importandam scrupulositatem. FIRMIL. Cypr. epist. 75, 6 apostolorum auctoritatem (VINCENT. LER. comm. 25, 14 divinorum verborum). FRG. Vat. 152 (*ex Vlp.?; rubr.* de excusatione) quamvis multa privilegia excusationum -unt *liberti* (COD. Iust. 7, 51, 6 [*imp. Anast.*] cum quidam ... sibi praestituta p. -unt [*ibid.* qui praefatas praerogativas ... -unt]. CLAVD. MAM. anim. 2, 10 p. 139, 8 -to scientiae p.). SYMM. rel. 21, 3 non magnopere officii mei -o responsa. AMM. 19, 3, 2 Sabinianus ... palam quidem litteras imperiales -ens ..., clam vero *eqs.* 26, 10, 10 ubi ... consiliis impiis iura quidem -untur et leges, ... ibi capitalis vertitur pernicies (COD. Iust. 12, 7, 2, 2 [*imp. Zenone*] *tribunos notarios absentes,* quamvis commeatus i. -unt, ... gradus ... subire iacturam. 7, 39, 7, 2 [*a. 525*]. 8, 51, 3, 1). *al.* *-untur ipsae personae auctoritate quadam praeditae* (*cf. l. 5*): SEN. Tro. 754 (*Andromache ad Vlixen*) o machinator fraudis, ... vatem et insontes deos -is? TAC. hist. 2, 39, 1 vis ac potestas apud Proculum praefectum; Celsus et Paulinus ... inani nomine ducum alienae culpae -bantur. ann. 2, 44, 2. AMM. 30, 8, 8 imperatorem Aurelianum. Ⅲ *varia* (*exempla selecta inde a* TAC.): OV. rem. 240 *te peregre abeuntem* amor revocabit amicae -ens culpae splendida verba tuae. LIV. 3, 47, 5 quem decreto sermonem -erit *decemvir,* forsan aliquem verum auctores antiqui tradiderint (*nisi ad II trahas coll. 3, 45, 1* decreto praefatur). 34, 3, 8 quid honestum dictu saltem seditioni -itur muliebri? 37, 54, 13 titulum ... adversus Antiochum belli (bello *Wesenberg*). STAT. Theb. 11, 301 (*Eteocles ad Creonta*) spes sub lacrimis *tuis* ... latet: insano -is funera voto. QVINT. inst. 7, 1, 34 *Milo Clodium occidit* aut voluntate aut necessitate, nam ignorantia -i non potest (PAPIN. dig. 16, 1, 7 facti. COD. Iust. 1, 18, 3 [*a. 244*] iuris. AMBR. Abr. 1, 2, 8. obit. Valent. 13 cito ... meretur veniam, qui -it i. *sim. al.*). decl. 297, 4. 340, 9 (*in dominum, qui servulum toga praetexta induit*) 'ea *voluntate feci,* ut publica non solveret' ...; ista causa, quam -is, digna poenā est (TAC. hist. 1, 65, 2 causas odiorum. SVET. Tib. 40, 1 cum ... Nolae templum Augusti, quam causam profectionis -erat, dedicasset, Capreas se contulit. *al.; cf. l. 64. 73, aliter p. 982, 49. 984, 34*). TAC. ann. 3, 59, 4 senex imperator fessam ... aetatem et actos labores -ret (IVL. VAL. 1, 20 [*antea: miles* aetate provectior, ... militiae laborisque pertaesus]. *cf.* SVET. Tib. 10, 2 honorum satietatem ac requiem laborum -ens commeatum petit). PLIN. epist. 4, 16, 3 studeamus ... nec desidiae nostrae -amus alienam (*cf.* GELL. 10, 19 tit. non purgari ... peccatum, cum -itur peccatorum, quae alii quoque peccaverunt, similitudo). PAPIN. dig. 48, 5, 12, 9 *adulterii rea mulier* aetatem filii -it ad eludendam legitimam accusationem. TERT. castit. 9 l. 30 cum haec etiam de primis et unis nuptiis -i ad causam continentiae possunt. COD. Iust. 2, 43, 3 (*a. 244*) iteratum ... restitutionis auxilium non iure, nisi novae defensiones -antur, posci. LACT. inst. 4, 11, 16 *deus homo factus est,* ne *homines* ... iustam possent excusationem de lege -ere, quod eum non suscepissent (CLAVD. DON. Aen. 2, 265 p. 184, 26 iusta et multiplex -itur e. AMBR. Iac. 1, 6, 20 e. -ere per ignorantiam. Ps. AVG. quaest. test. 1, 44, 16. *al.*). AMM. 25, 9, 4 iuris iurandi religionem principe destinatius -ente. HEGES. 4, 6, 4 veterem consuetudinem (*gr. 4, 154 ἦν ... πρόσχημα ... ἔθος ἀρχαῖον*). *et saepius.*

β *cum struct. verbalibus (accedit praedic. praepar. l. 63. 75): (acc. c.) inf.*: LIV. 45, 42, 7 *legatis* id ipsum argumenti -entibus orationi[s] non sua voluntate Cotyn ... iuvisse Persea, quod obsides dare coactus esset (*sunt qui ad l. 72 trahant. item cum pron. praepar.*: TERT. spect. 2 p. 2, 5 hoc. *cf. subst.*: FLOR. epit. 3, 5, 3 causam ... belli [LACT. inst. 6, 23, 30 hanc c. vitiis suis *eqs.*]). SEN. epist. 116, 8 nolle in causa est, non posse -itur. QVINT. inst. 8, 5, 15 cum loricatus in foro ambularet, -bat id se metu facere. TAC. ann. 3, 29, 1 *Tiberius* -bat sibi atque fratri decreta eadem *esse* (*sc. ut maturius quaesturam peteret*). *al.*. CALL. dig. 48, 10, 15 qui se ignorasse edicti severitatem -ant. COD. Iust. 8, 53, 2 (*a. 241*). LACT. inst. 4, 24, 17 (*Christus loq.*) prior vado per ea, quae sustineri non posse -is (*seq.* sublata omnis hoc modo excusatio est). PAVL. NOL. epist. 16, 6 p. 120, 10 licet pro excusatione -eris imparem te adhuc. *al.* quod (*vix huc l. 62*): IVST. 24, 1, 4 *Spartani cum suis* Aetolos adgrediuntur, causas belli -entes, quod ... Cirraeum campum per vim occupassent (*item cum subst. praepar., si huc pertinet*: AMPEL. 46, 2 causa motus -batur duplex: altera

q. Carthaginienses Tarentinis adfuissent, altera *eqs.* [*seq.* re vera]. *cf. pron.*: AMM. 23, 5, 11 *philosophi* ut probabile argumentum ad fidem implendam scientiae suae id -bant, q. *eqs.* CONC. Carth. a. 397 p. 28 l. 9 ad ... excusandos excessus illud ..., q.). AMM. 22, 3, 8 *Iulianus* absque conscientia sua hominem *quendam* affirmabat occisum -ens, q. eum militaris ira delevit. AMBR. epist. 8, 58, 4 -is ... in tuis litteris, q. permissum hoc divino iure conubium ... existimetur. COD. Iust. 4, 66, 2, 1.

b *quavis causa* (*sc. cum respectu postulandi, sibi vindicandi l. 18. 23. 45. al., obiciendi, opponendi l. 14. 53. 63. al., gloriandi, praesumendi l. 21. 27. 60. al., mera vi proferendi, praedicandi l. 16. 42. 54. al.* [*-untur ipsa verba l. 26. al.*]): α *c. obi. acc.* (*addidimus adv. pro obi. positum*): TERT. carn. 8 l. 6 Apelleiaci carnis ignominiam -unt maxime, quam volunt ... indignam Christo. coron. 4, 1 disciplinarum *quarundam* si legem expostules scripturam, nullam leges; traditio tibi -etur auctrix et consuetudo confirmatrix (*3, 1* in traditionis obtentu). adv. Marc. 5, 18 p. 639, 3 quo competebat -ere ignorantiam creatoris? (AMBR. fid. 5, 17, 218 [*cf. Marc. 13, 32*] i. ante -it [portendit *cod. unus*] *Christus* [*antea*: futura nescire se dixit]). PAVL. dig. 2, 14, 9 pr. plurium pupillorum ... unum debitum -entium (COD. Iust. 7, 72, 10 pr. [*bis*]). IREN. 4 praef. 4 hi *gnostici* -entes maiorem agnitionem et mysteria inenarrabilia (*ibid.* promittentes). LACT. inst. 3, 28, 10 quid *sibi vult* contemptus ille rerum, qui magnificis verbis -itur *a philosophis*? DON. Ter. Phorm. 411 (abduc hanc, minas quinque accipe. :: hahahae, homo suavis) hic *Phormio* risu destruxit, quod -bat (pro- *var. l.*) senex. HIL. trin. 6, 7 haereses ceterae -untur (pro- *cod. unus*), *sc. in epistula Arii,* ut de se haeresis mentiatur (*antea: id* ingeritur, ut *illud* ... taceatur). OPTAT. 2, 25 p. 63, 22 intentatis terrores, maledicta -itis (in- *cod. unus*). AMM. 26, 6, 8 *Procopius* stirpis propinquitatem imperatoriae -bat (31, 14, 2 *Valens* anxius, ne quis p. eius -ens altius semet efferret. *cf.* 26, 7, 10 Constanti ... necessitudinem [*sim.* 26, 10, 3 HEGES. 1, 22, 1]). SCHOL. Cic. Bob. p. 87, 22 *'P. Clodius,* qui omnia sacrificia nosset' (*Cic. or. frg. A 16, 14*): ... medie suspendit elocutionem, non ut religionem -ret, sed ut crimen. AMBR. Hel. 14, 51 cibos promittis, tormenta inrogas; vina -is, venena suffundis. Ps. AMBR. paenit. 9 p. 982[B] non ei *David* ... subtiliter (*sc. per fabulam, ut II reg. 12, 1 sqq.*) causa -itur, sed iam pro facto proponitur poenalis electio ([*v. II reg. 24, 12 sq.*]. CANON. Turner I 2, 1 p. 341, 34 *Marcion* erubescens ... deo humanum corpus adscribere, uteri et ventris causas -ens). HEGES. 1, 30, 5 *Silon incitavit* milites, qui ... angustias alimentorum -rent et iam tempus adesse, quo *eqs.* (*gr. 1, 297 ἀναβοᾶν*). AVG. epist. 40, 2 quae sit eius *libri* inscriptio, nescimus adhuc: non enim hoc codex ipse ... in liminari pagina -bat. 55, 22 *praecepta exod. 20, 17 data* non figurate aliud -unt et mystice aliud significant (*antea*: sine ulla figurata significatione). CONC.[S] I 5 p. 372, 23 haec nos -ere audiens (*gr. I 1, 7 p. 74, 33 sq. τοῦτο ἡμῶν προτεινάντων, cf. Rustic. ibid. I 4 p. 75, 8 sq.* dum ... hoc proponeremus). EPIST. pontif. 622 Schwartz p. 18, 34 quaero ab his *Acacii sectatoribus,* iudicium quod -unt, ubinam possit agitari? an apud ipsos? PROSP. carm. de ingrat. 652 non ullos potes arbitrii -ere motus *in infantibus.* *al.* *pro obi. est adv.*: AVG. c. Petil. 1, 1, 1 quam *epistulam ... Petilianum* episcopum dedisse dicebant, sicut earundem quoque litterarum -bat inscriptio (*nisi ad p. 979, 72*). β *cum struct. verbalibus: (acc. c.) inf.* (*cum praedic. l. 53; vix recte restituitur pro* praeterea CIC. leg. 3, 45, *v. p. 1038, 10*): TERT. carn. 9 l. 1 -imus nihil, quod ex alio acceptum sit, ... ita aliud esse, ut non suggerat, unde sit acceptum. adv. Marc. 1, 23 p. 320, 22 aliam illi *deo Marcionis* regulam -o ... rationalia esse debere in deo omnia. praescr. 14 l. 23 decipiendi gratia -unt *haeretici* se adhuc quaerere (*l. 17* profitentur). Ps. AMBR. serm. 46 (Corp. Christ. 69, 253) 4 (*ad prov. 30, 18*) haec sibi impossibilia esse -it (*1* proposuit, *2* testatur). HEGES. 1, 30, 5 (*v. l. 38*). 2, 1, 2 p. 129, 20 quod Archelaus quasi ‚petendum a Caesare regnum -ret„ cum usurpatione temeraria iam dudum ... regem exercuisset (*gr. 2, 26 τοῖς μὲν λόγοις ἀμφισβητεῖν ... βασιλείας*). MVTIAN. Chrysost. hom. 2, 1 p. 243 ne -as altiora perquirere (*gr. p. 19 μηδὲν περαιτέρω ζητήσῃς*). RVSTIC. c. aceph. p. 1246[D] quos *patres* sequi -itis, *haeretici.* Conc.[S] I 4 p. 184, 40 communicare ei *haeretico* nullatenus sustinebo, quando et decies milies esse orthodoxus -atur. p. 226, 23 (*gr. I 1, 4 p. 32, 20 διατεινόμενος*). *al.* quod: HEGES. 4, 4, 2 (*loq. Titus Gischalam obsidens*) quid aliud possunt clausi praeferre, circumsessi -ere, nisi quod in captivitate audaces sint? (*gr. 4, 96 ἐπιδείκνυνται*).

B *speciatim*: **1** *in re geographica -untur regiones (insulae, flumina sim.) earumve incolae*: **a** *mediopassive; dicuntur -i quae ante aliquid se extendunt, porriguntur* (*vi praeverbii obscuriore p. 985, 12 sqq.*): α *cum dat. regionis adiacentis* (*pro quo substituuntur praepos. p. 985, 4. 9*): VERG. Aen. 3, 692 Sicanio -ta sinu iacet insula *Ortygia* contra Plemurium *montem* (SERV. auct. anteposita, *inde* GLOSS.). 6, 60 (*Aeneas loq.*) tot maria intravi duce te, *Apollo,* ... -taque Syrtibus arva (SERV. circumfusa; incerta enim sunt illic maria et terrae. GLOSS.[L] I Ansil. PR 1080 -sa S.: supra Syrtes extensa). PLIN. nat. 3, 6 Baeticae latere septentrionali -itur

[v. L.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Lusitania (per- *cod. unus,* pro- *edd. vet.*). 4, 3 Dardanis laevo Triballi -untur latere et Moesicae gentes. 4, 63 *Euboea* in longitudinem universae Boeotiae ab Attica ad Thessaliam usque -ta in CL, in circuitu vero CCCLXV. 6, 39 supra maritima eius *gentis Albanae* ... Sarmatae ... -untur (6, 134 Saitae ii, qui -untur s. Elymaida). *al.* VAL. FL. 5, 166 horruit immensum Ponti latus, horruit omnis Armeniae -tus Hiber. TAC. ann. 2, 56, 1 *gens Armeniorum* nostris provinciis late -ta penitus ad Medos porrigitur. HIER. vita Hilar. 11, 2 quod *litus* Palaestinae Aegyptoque -itur. Ps. RVFIN. Ios. bell. Iud. 3, 516 p. 733 ad Genesara ... lacum eiusdem nominis terra -itur (*gr. παρατείνει ... τὴν Γεννησάρ. cf. l. 47*). CLAVD. 3, 124 est locus, extremum pandit qua Gallia litus, Oceani -tus aquis. *al.* β *exempla cetera* (*saepe indicatur extensio, sc. per varias praepos., per acc. direct. l. 23*): LIV. 10, 2, 5 tenue -tum litus *Venetorum* esse (AVIEN. orb. terr. 1380 oceani eoi -to ... litore). PLIN. nat. 4, 100 introrsus ... Hercynium iugum -itur. 5, 48 Aegyptus introrsus ad meridiem recedens, donec a tergo -antur Aethiopes. 5, 130 mare, quo⟨d⟩ -itur, vocant Aulona Cilicium. 5, 146. 6, 56 quae pars *Indiae* orienti est adversa, recto -itur spatio ad flexum. ITIN. Eucher. p. 128, 14 longitudo ... terrae Iudaeae a Dan usque Bersebee -itur (pro- *var. l.*) ab aquiloni plaga in meridiem producta. AMM. 22, 8, 29 ultra Tanain panduntur in latitudinem Sauromatae ...; alia quoque ... Sauromatarum -itur natio litori iuncta. 22, 8, 44 Danubius ... per latiorem orbem -tus ... septem ostiis ... erumpit in mare. 22, 15, 2 qua orientem e regione prospicit *Aegyptus,* Elephantinen et Meroen urbes Aethiopum ... et Scenitas -itur Arabas. 23, 6, 74 mare -tum a Caspiis montibus per borium latus ad usque memoratas angustias. 31, 4, 2 quidquid ad Pontum *Euxinum* a Marcomannis -itur et Quadis.

b *active*: α *reflexive i. q. a fronte se extendere*: PLIN. nat. 3, 20 (*inter regiones Hispaniae citerioris*) regio Edetania, amoeno -ente se stagno, ad Celtiberos recedens. β *intransitive: mera fere notione sese extendendi* (*gr. resp. παρατείνω praeter l. 37*): VET. LAT. gen. 49, 13 (Ambr. patr. 5, 26) Zabulon iuxta mare habitabit ... et -et (prae-, pertendit *var. ll.*) usque ad Sidonem ([*cod. 100* extendit, *sim. al., Vulg.* pertingens]. *explicatur* AMBR. patr. 5, 29 cuius *Zabylon* cura pervigil et spiritalis successio -it [per- *var. l.*] usque ad Sidonem, hoc est usque ad gentes pervenit. *sim. ibid. iterum*). HEGES. 3, 6, 5 *Iudaea non* fraudata maritimis, quia -it usque ad Ptolomaidem et totum illud mare praetexit litoribus suis (*gr. 3, 53 κατατείνουσα*). 3, 26, 2 p. 236, 16 locus *Gennesar* ... -it in longitudinem xxx stadiis, in latitudinem xx. 4, 16, 2 p. 266, 20 ipse *mons* ... -it in meridianum usque ad Sobaros Arabiae. *fere i. q. adiacere*: HIER. in Ezech. 27, 11 quae *Aradus insula* ... -at in Phoenicis litore continentis terrae (47, 19 l. 1453 quod *mare* Aegypti Palestinaeque -it litoribus).
γ *transitive (vix huc l. 23): -ere partes suas praestantiores, sc. i. q. ostendere sim.* (*cf. p. 979, 72*): AMM. 15, 11, 9 Belgica prima Mediomatricos -it et Treveros, domicilium principum clarum. *-ere locos adiacentes, sc. praepositos habere*: AMBR. hex. 3, 3, 15 qui *lacus* inter Palaestinam et Aegyptum Arabiae deserta -it. HEGES. 3, 26, 2 p. 235, 7 -it ... regio Gennesar eiusdem nominis lacum (*eadem vertuntur l. 9*). *-ere regioni fines, sc. i. q. praeducere sim.*: CLAVD. 26, 332 Raetia ... utraque Romuleo -ens flumina, *sc. Danubium et Rhenum,* regno.

2 *in re militari et usu inde derivando* (*arma, moenia sim. -ta v. sub A1b et c*): **a** *strictius de militibus sim.* (*castris l. 59, ducibus l. 66. p. 986, 6. 22; quo de usu cf.* ISID. orig. 15, 10, 2 tentorium vocatur eo, quod tendatur funibus atque palis; unde et hodie -ere dicuntur *milites*): α *qui ad hostes propulsandos ante alios locati sunt, in praesidio sunt, excubias agunt sim.* (*in oppugnatione urbis l. 70. p. 986, 14, in limite imperii e. g. l. 59. p. 986, 2* [*cf. t. t.* praetentura]): Ⓘ *transitive*: Ⓐ *-untur copiae* (*refl.* VET. LAT., *ceterum pass. praeter* OROS.): LIV. 22, 20, 1 armatam ... aciem toto -tam (in *ins. P*) litore cernebant *Romani.* TAC. hist. 2, 6, 2 quidquid castrorum Armeniis -itur. 2, 14, 2 ut ... classis ... conversa et minaci fronte -retur, *sc. litori.* VET. LAT. Iudith 7, 3 (cod. 62, *sim.* cod. 7. *al.*) *Assyrii* miserunt se in Aulona ... et -erunt ⌞se⌟ (*om. cod. 7. al.*) in circuitu ad (a *cod. 7*) Dothain usque Belman et longitudine *eqs.* (*gr. παρέτειναν,* cod. 148. *al.* -erunt ... et extenderunt, *male resp. alii et Vulg.*). CLAVD. 26, 416 extremis legio -ta Britannis. OROS. hist. 6, 15, 10 quam *custodiam* pelago et oppido -bat *dux Romanus.* Ⓑ *-itur regio custodienda* (*sc. struct. inversa*): ITIN. Alex. 8 praemittit ... duces, qui satrapas septem omnem Asiam -entes irritamentis a sese diducerent. Ⓒ *-untur ipsa munera*: AMM. 16, 11, 14 castrorum opera mature consurgit militisque pars stationes -it agrarias. HEGES. 5, 29 p. 367, 21 Romani viri, qui -rent vigiliarum munia (*gr. 6, 68 τῶν προκοιτούντων τινὲς ἐπὶ τοῖς χώμασι φυλάκων*).

Ⓘⓘ *intransitive* (*cf. verbum simplex* tendo): Ⓐ *indicatur ubi vel ante quem, quo adverso sim.*: ① *per dat. vel abl.*: FRONTIN. strat. 2, 3, 14 *Pompeius pedites in angustiis retinens* iussit equites ... in aequum procedere ac velut -ere peditibus. INSCR. Année Épigr. 1978 n. 886 (*e Tripol.; a. 209–211*) vexillatio leg(ionis) III Aug(ustae) ..., qua⟨e⟩ Vezerei praeten⟨dit⟩ (*item in finibus imperii Africanis*: INSCR. Tripol. 907 [*aet. Carac.*] ⟨... prae⟩tendentes ⟨Cy⟩damis. Année Épigr. 1940 n. 153 [*a. 235–238*] vexil(latio) ... praetend(ens) castel(lo) Dimm(idi) [*opp. ibid. n. 152 milites* morant(es) castel. Dimm.]. *cf. l. 18*). PANEG. 2, 10, 2 vix Hiberum tuum videras: iam Histro -bas. 12, 21, 3 *milites tui* Rheno [et] Danubioque -unt, excubias agunt *eqs.* HEGES. 2, 7, 1 ⌞Romanas ... custodias, quae, ne quid a populo moveretur, Hierosolymis -bant⌟ ([-bat(ur) *var. ll.*; ⌞ ⌟ *gr. 2, 262 τῆς ... Ῥωμαϊκῆς φρουρᾶς*]. 3, 20, 1 cum custodia nulla civitati -ret [*gr. 3, 417 ὡς ἀφύλακτον ... τὴν πόλιν*]). *al.* ② *per praepos.* (*addas l. 28. 30*): ab ... usque: VET. LAT. Iudith 7, 3 (cod. 7. *al.; v. p. 985, 62*). NOT. dign. occ. 35, 19 praefectus legionis tertiae Italicae pro parte media -ent⟨is⟩ a Vimania Cassiliacum usque. apud: VET. LAT. Zach. 14, 14 (Tert. adv. Marc. 3, 13. *al.*) Iudas -et (per- *Rhenanus*[3]) a. Hierusalem (*gr. παρατάξεται ἐν Ἰ., Hier. ad l.* praeparabitur in H., *Tycon. reg. 4 p. 49, 8* proeliabitur in H., *Vulg.* pugnabit adversus H.). in *c. abl.* (*cf. p. 985, 58*): CIL VIII 9047 (*Mauret. Caes.; a. 260*) vex(illationi) ⟨e⟩q(uitum) Mauror(um) in territorio ⟨A⟩uziensi -entium. IVL. VAL. 3, 45 p. 153, 8 viginti milibus nostrum *Amazonum* domi et in patria -entibus *ceterae militamus* (*gr. p. 125, 7 φυλάττουσιν*). AMBR. fid. 5, 17, 211 miles, nisi bellum in manibus esse cognoscat, -ere (por- *ed. princ.*) non novit in castris (HEGES. 3, 3, 4 p. 188, 12 *Iosephus curabat* -ere cotidie in c. *cf. l. 73*). HEGES. 5, 20, 2 p. 342, 12 in quo *castello* -bant Romani (5, 21, 2 in his *c.* manus militum -bat). adversum: AMBR. epist. 6, 30, 8 dum is *miles Romanus* adversum se utrimque (*sc. a parte Maximi et Valentiniani*) -it, in medio Romani imperii sinu Iuthungi populabantur Raetias.

Ⓑ *part. praes. masc. plur.* -entes *pro subst.*: HEGES. 5, 24, 2 p. 356, 2 *perfugae* subtraxere sese ... custodiis -entium. 5, 35, 1 ut ⌞-entibus circa templum Iudaeis⌟ hora noctis nona superveniret *dux Romanus* (⌞ ⌟ *gr. 6, 131 ταῖς φυλαξαῖς*). 5, 36, 2 ad montem Oliveti ... -entibus (*gr. 6, 157 ταῖς ... φυλαξαῖς*).

Ⓒ *cetera exempla*: AMBR. off. 3, 20, 120 victi metu *Syrorum Samaritae non* ... -ere audebant (*cf. IV reg. 6, 24 sqq.*). HEGES. 3, 3, 1 ut inde (*sc. Alexandria*) militum qui -bant (-bantur *cod. unus*) partem aliquam deduceret *Titus.* 4, 6, 7 *Ananus viros* constituit, qui muniti armis -rent sollicitam adhibentes custodiam (*gr. 4, 206 ὁπλίτας καθίστησιν ... φρουρούς*). 5, 13, 1 *Castor* cum aliis novem fraudis sociis -bat (*gr. 5, 317 ἐλόχα*).

β *qui in parte anteriore castrorum locati sunt* (*ad rem v. p. 988, 43; e coni. dub.* HYG. mun. castr. 1 cum -unt *centuriae* [*Grillone,* cum con-praetenderet *trad., temptaverunt alii alia*]): HYG. mun. castr. 24 -unt (praehendunt *cod. man. pr.*) alae miliariae vel quingenariae, Mauri equites, Pannonii veredarii; classici omnes ideo -unt, quod ad vias muniendas primi exeunt (*opp. 25* retendunt cohortes). 44 -ent (-ens *trad.*) et retende⟨n⟩t quattuor milia *militum.*

β *fere abundanter accedunt adv. vel particulae copulativae, additivae sim.* (*locutio praepos. antecedit exceptis l. 42. 46. al.*): CIC. fam. 6, 20, 1 -r ... periculum, quod vitaveris, ne illud quidem non *est* quantivis *eqs.* (quamvis *trad.*). ad Q. fr. 1, 1, 28 -r communem fidem, quae omnibus debetur, praeterea nos *Graecis* ... praecipue debere videmur, ut *eqs.* CAES. civ. 3, 32, 4 -r imperatas pecunias suo etiam privato conpendio serviebant (LIV. 1, 57, 2 -r aliam superbiam ... e., quod *eqs.* 5, 41, 8. 7, 26, 14 aqua e. -r cetera necessaria. 42, 11, 3. *al.* PAVL. FEST. p. 151 *v. infra.* VAL. MAX. 1, 7, 2. 6, 5, 3. 8, 11 ext. 3. CELS. 2, 8, 32 si, quod excernitur, aut crudum est aut nigrum et ⌞-r id⌟ etiam leve [⌞⌟ *nisi usu fere adverbiali ut* -r hoc *sub 2b*]. *et saepe. cf. e. g. l. 63. p. 996, 46*). 3, 57, 3 ut -r auctoritatem vires quoque ... haberet (HOR. sat. 2, 5, 1 hoc quoque ... -r narrata ... responde, quibus *eqs.* LIV. 7, 23, 8. 42, 55, 4 -r gaudium ... contemptus quoque ... accessit. *al.* POMP. TROG. hist. Iust. 38, 7, 4 CELS. 3, 22, 2. *et saepius; cf. l. 70. 74. p. 996, 35. al.*). PAVL. FEST. p. 151 moenia -r aedificia significant etiam et munia (*ponitur* et *solum*: SEN. contr. 7, 3, 7 -r coniecturam et illa ... quaestio. PLIN. nat. 15, 17. 16, 28. 16, 243 IVV. 12, 17. *al.*). *sim. al.*

b *usu laxiore locutio praepositionalis parum congruit cum reliqua sententia, cui toti opponi videatur* (*ut e. g.* -r cetera *positum sit fere pro 'ut cetera praetereantur', 'ut taceam de ceteris' sim.; hic illic cogites etiam de genere quodam comparationis compendiariae; exemplа potiora. cf. etiam p. 992, 22*): α *exempla varia*: PLAVT. Truc. 30 quot illic, *sc. in amore,* blanditiae, quot illic iracundiae sunt ..., quid peierandum (pollicitandum *Enk, ut potius ad a pertineat*) est etiam, -r munera: primumdum merces *eqs.* CIC. Att. 12, 3, 2 -r ipsam turpitudinem hoc ipsum (*sc. nomen illud solvi per emptionem ab hasta*) puto esse perdere. fam. 3, 10, 10 cum ... -r hanc coniunctionem adfinitatis quam sis Cn. Pompeio carus ... intellegam (*vix ad C*). 13, 35, 1 Philoxenus ... est hospes meus et -r hospitium valde etiam familiaris. CAES. civ. 3, 4, 3(2) -r has *legiones, quas secum habebat,* exspectabat ... ex Syria legiones II. SALL. hist. frg. 3, 96A2 ⟨hastas ig⟩ni torrere, quibus -r speciem bello necessariam haud multo secus quam ferro noceri poterat. HOR. epist. 2, 2, 65 -r cetera me Romaene poemata censes scribere posse inter tot curas? (*v.* PORPH. *et* SCHOL.; *sunt qui ad C trahant, sed cf. e. g.* LIV. 4, 10, 4 *infra*). LIV. 3, 70, 15 -r Volscos ... Sabini etiam belli perfecti gloriam pepererant *consules.* 4, 10, 4 -r cetera adversa loco quoque iniquo ad pugnam congressi. 7, 42, 8 -r Latinorum infidum iam diu foedus Privernates etiam Norbam ... depopulati sunt. *et saepius.*

β *accedunt structurae verbales*: Ⅰ *participia*: POLLIO Cic. fam. 10, 32, 2 -r furta et rapinas et virgis caesos socios haec quoque fecit *eqs.* LIV. 2, 53, 5. 10, 30, 1 -r ... inlatam populationibus ... hosti cladem

pugnatum etiam egregie est. 21, 49, 4. *al.* PETRON. 68, 5 CYPR. epist. 67, 6 p. 740, 18. *al. hoc usu defendas* (*ne sec. Baehrens, Mnemosyne 38, 1910, 403 cogites de notione q. e. post, quam ne p. 989, 52 quidem agnoscas*): PANEG. 11, 3, 4 *Iuppiter* -r (post *Eyssenhardt*) depulsos quondam ... Titanas ... perpeti cura *adhuc* ... gubernat imperium *eqs.* 11, 19, 4 bona sidera ..., quae ... -r victorias toto orbe terrarum partas etiam navalia trophaea promittunt. Ⅱ *enunt. relat.*: CIC. leg. 2, 43 sceleris est poena tristis et -r eos eventus, qui sequuntur, per se ipsa maxima est. SALL. or. Macri 4 -r spem bonam ex vobis, quae metum vicit, statui certaminis advorsa pro libertate potiora esse. NEP. Att. 2, 4. LIV. 23, 14, 2 *dictator* -r duas ... legiones, quae ... conscriptae fuerant, et servorum dilectum ... ad ultimum prope ... auxilium ... descendit edixitque *eqs.* 33, 14, 3. *al.* VELL. 2, 39, 2. CELS. 4, 5, 6 huic *aegro* ... -r ea, quae supra rettuli, ... ambulandum est (*sim.* 4, 18, 2. PLIN. nat. 20, 23 -r ea, quae ... dicta sunt. 24, 24). 5, 27, 9. *al.* Ⅲ quod *coniunctio*: SEN. clem. 2, 2, 2 ⌞-r id⌟ (prae id *codd. plur.,* nisi *unus*), quod ... familiarissimum esse te cupio ..., illud ... considero. dial. 6, 23, 1 -r hoc, quod omne futurum incertum est ..., facillimum ... iter est *eqs.* COLVM. 4, 18, 1 -r illud commodum, quod ..., tum etiam *eqs.* MELA 1, 52 QVINT. inst. 3, 8, 40 decl. 332, 4. *al.* PLIN. paneg. 59, 6. *al.* ? Ⅳ cum *coniunctio* (*si recte explicavit Ogilvie, 1965, ad l.*): LIV. 4, 11, 6 *triumviri* -r (propter, per *var. ll.*) minime populare ministerium agro adsignando sociis ... cum plebem offendissent, ne primoribus quidem patrum satis accepti *erant.*

2 *iunctura* -r haec (-r hoc) *vergit in vim adverbialem q. e. praeterea* (*cf.* GLOSS. praeterea: -r hoc. *locutio fere inducit argumentum novum ante allatis addendum [sc. fere sententias integras praeter l. 40]; plerumque primum occupat locum, sed v. l. 35. 39. 42. 45. al.; exempla potiora, sc. aliena ab usu anaphorico et praeparativo pronominis strictiore*): **a** *plur.* -r haec (*cf.* -r cetera *p. 995, 67; non est quod* -r ea *pro* praeterea *intellegens similem usum suspiceris* SENT. Minuc. [CIL I^2 584]30 *p. 1004, 72*): TER. Ad. 847 *psaltria* favillae plena ... sit faxo ...; ⌞-r h.⌟ meridie ipso faciam ut stipulam colligat (praeterhac *Bothe, Engelbrecht*). LIV. 7, 42, 1 -r h. invenio apud quosdam *auctores* L. Genucium ... tulisse *eqs.* CELS. 2, 2, 2 peius ... signum est, ubi *eqs.*; -r h. protinus timeri debet, si *eqs.* 2, 4, 9. 2, 6, 3 si ... *species* talis est, in propinquo mors est, magisque, si -r h. oculi quoque lumen refugiunt (2, 17, 1. 4, 27, 1^D add. l. 38 QVINT. decl. 262, 11 SVET. Claud. 44, 1. *sim. sequitur* etiamnum: CELS. 4, 2, 4. 7, 26, 2^E PLIN. nat. 31, 92. aeque: CELS. 7, 18, 9. adhuc: SEN. epist. 52, 4. *sim. al.*). 3, 12, 6 sed -r h. ducenda alvus est, si *eqs.* (*cf.* GELL. 12, 1, 21 et -r h. autem). 5, 26, 20^E id *pus* ... peius est ... dilutum, magisque si ...; itemque si ...; -r h. si *eqs. et saepius.* SEN. nat. 2, 29 -r h. (hoc *cod. unus*). epist. 109, 3 CVRT. 3, 8, 28 PLIN. nat. 2, 147. 13, 108 mirum est, quod -r h. traditur. *al.* QVINT. inst. 4, 5, 8. *al.* **b** *sing.* -r hoc (*falsa var. l. supra l. 41; cf.* -r id *p. 995, 44*): SCRIB. LARG. 187 lingua exasperatur, corpus invalidum fit; -r hoc torpet rigoribus. PETRON. 86, 6 *difficile est emere* asturconem, et -r hoc etiam timebam, ne *eqs.* (QVINT. inst. 8, 5, 28 decl. 258, 5 CLAVD. DON. Aen. 1, 350 p. 74, 9). PLIN. nat. 14, 98. GELL. 3, 10, 10 (*in serie longiore, v. e. g. 3* quoque, *5* deinde, *6* praeterea *eqs.*).

C *potius ad rationem* ***superandi,*** *antecedendi, praestandi, excellendi sim.* (*exempla minus dubia, v. e. g. quae p. 992, 19. 994, 45. 997, 37 monuimus; in contextu occurrunt aliae voces locutionesque gradum quendam indicantes l. 58. 63. 67. p. 997, 20. 21. al.; accedit ad compar. et superl. l. 68 sqq. al.; vis locutionis minuitur l. 63 sq.*): **1** *superatur universitas vel multitudo, quae*: **a** *indicatur per pron. vel adi.* (*de notione v.* SYNON. Cic. p. 413, 35 ante alia. super alia. -r cetera. -r alia. p. 434, 32 maxime. praecipue. ... super alia. -r alia): α -r ceteros (-as, -a): PLAVT. Mil. 1383 -r c. duo di quem *virum* curant, ... Mars et Venus. TER. Andr. 58 horum ille nihil egregie -r cetera studebat, et tamen omnia haec mediocriter (*61* nequid nimis. *cf.* EVGRAPH.: omnia aequaliter, nihil amplius ante omnia). 121 sq. lamentari -r ceteras visast *adulescentula,* et ... erat forma -r ceteras ... liberali (*120*: ut nihil supra. *cf.* DON. 121, 2 plus quam ceterae). CIC. S. Rosc. 16 -r c. ... eam partem ... defendit. Verr. II 1, 63 *homines* summe ... officiosi, ... maxime sedati ..., prope -r c. ad ... otium ... accommodati (*cf.* Scaur. 35 paene). 3, 130 loquebantur ... decumani palam, et -r c. is, qui *eqs.* (*in serie ut*: leg. agr. 2, 5 cum omnibus ..., tum vero mihi -r c. de orat. 2, 217 et ... et ... et ... et -r c. orat. 90 Lysias satis *facetus* ..., Demades -r c. fertur, Demosthenes minus habetur. *al.* LIV. 25, 24, 13 PLIN. nat. 2, 247). 4, 76 quicquid erat oneris ..., Segestanis -r c. imponebat, aliquanto amplius quam ferre possent (*simul pertinet ad compar., quocum strictius iungitur*: SVET. Galba 9, 1 multo ... -r ceteras altiorem ... crucem. CHALC. transl. p. 44^D AMM. 22, 12, 5. *iuxta superl.*: SVET. Dom. 12, 2 -r c. Iudaicus fiscus acerbissime actus est. HYG. astr. 2, 38, 2). 5, 49 *hominem* unum -r c. in ... religionibus foederum sanctum. Manil. 7 ac. 1, 46 Att. 11, 9, 1. *et saepius.* GALL. Fest. p. 162 *in necessarios* officia conferuntur -r c. *al.* β *iuncturae variae*: PLAVT. Amph. 640 quem ego amo -r om-

[Breimeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nes (CATVLL. 37, 17 hanc ... omnes amatis ..., tu -r o. HOR. epod. 3, 9 mirata est. 11, 3. carm. 2, 6, 13 ille terrarum mihi -r o. angulus ridet. VET. LAT. Esth. 2, 17 [cod. 109] habebat gratiam ... -r o. virgines [*gr. παρά, cod. 151 al.* prae, *Vulg.* super]. RVFIN. Greg. Naz. orat. 8, 12, 6 ne exiguos nos facias ... -r o. [*Migne gr. 35, 952^{B} παρά*]. *al.*). 772 illud -r alia mira miror maxime, si *eqs.* (Asin. 856 -r alios meum virum frugi *esse* ..., amantem uxoris maxume [*cf. 858* ante omnis]. TER. Ad. 258 unam hanc rem me habere -r alios praecipuam ..., fratrem *eqs.* VARRO ling. 7, 73 SCRIB. LARG. 206 p. 95, 25. *al.*). VITR. 8, 1, 3 *lacunae* sedentes -r reliquum agrum excipiunt ... *et* diutius conservant umorem (9, 8, 2 is ingenio ... -r reliquos excellens). AMM. 28, 1, 14 -r multa ... immitia ... mors Marini ... eminuit. CASSIOD. Ios. antiq. 1, 249 quae fuerit bona -r virgines universas (*gr. παρά*).

b *intellegitur e contextu*: VITR. 7, 13, 1 quod *ostrum* ... excellentissimam habet -r hos, *quoscumque memoravimus,* colores aspectus suavitatem. VET. LAT. psalm. 44, 3 (Tert. adv. Marc. 3, 14 p. 399, 2) tempestivus decore -r filios hominum (*3, 7 p. 387, 8. al.* citra, *adv. Iud. 9, 17. al.* super, *adv. Iud. 14, 5* ultra, *Vulg. al.* prae, *gr. παρά*).

2 *superatur modus quidam consuetus, definitus*: RHET. Her. 3, 19, 31 *loci* -r modum ampli (*opp.* nimis angusti. *cetera v. vol. VIII 1272, 40 sqq.; addas e. g.* CELS. 4, 27, 1^{D} add. l. 40). LVCR. 4, 1241 *semine* nimium crasso ... et liquido -r iustum tenuique (AVSON. 159, 18 p. 29 -r i. funera nulla fleas). SALL. hist. frg. 3, 46 (*contextu parum certo*) -r solita vitiosis magistratibus (FRONTO p. 113, 2 valetudine ... -r solitum gravi. *cf. p. 998, 20*). SERV. Aen. 6, 535 haec sacra ... -r unius diei spatium non tenebant (*vix ad A1*). COD. Theod. 2, 33, 4 -r moderatam ... definitionem (*Interpr.*: amplius). CONST. Sirmond. 8 l. 2 -r consuetudinem ... lenitatis *imperatoriae. al.*

3 *versione minus apta superantur singuli*: VET. LAT. psalm. 64, 4 (cod. 136) verba iniquorum potuerunt -r me (*gr. ὑπερεδυνάμωσαν ἡμᾶς, cod. 300 al. et Vulg.* praevaluerunt super nos). Luc. 18, 14 (cod. 5) *publicanus* iustificatus magis -r illum Pharisaeum (*gr. in eodem cod. μᾶλλον παρ' ἐκεῖνον. alias vers. v. supra p. 379, 49*).

D *potius ad rationem* **opponendi,** *discrepandi sim. significatur fere aliquid fieri, quod aliter exspectatum, consuetum, constitutum sit (quod omnino non exspectatum sit e. g. l. 47 sqq. 66); adiecimus etiam exempla inter C et D ambigua, v. e. g. p. 998, 5 sq. 25. 28; opp. maxime* ex *l. 66,* secundum *l. 69. 72 atque e. g.* AMBR. in psalm. 1, 47, 2, *pro syn. est* adversus *infra l. 69,* contra CIC. fam. 3, 2, 1 APVL. apol. 78, 5. *locutio praepos. augetur per adv.* ut TER. Haut. 664, tam *p. 998, 17 et* CIC. Att. 1, 16, 1 fam. 3, 10, 1. 11, 14, 3 CAEL. Cic. fam. 8, 2, 1, *cf. etiam* ita *l. 67; ponitur iuxta adi. praedicativa e. g.* TER. Phorm. 239 -r spem atque incredibile hoc mi optigit. CIC. de orat. 2, 322 si *res* crudelis, si nefanda, si -r opinionem *eqs.* CAES. civ. 3, 61, 1. *paulo recentiores videntur iuncturae similes cum praepos.* contra, *v. vol. IV 744, 52 sqq.*

1 *contra spem, opinionem, voluntatem, exspectationem sim.* (SYNON. Cic. p. 444, 18 subito. ... ex improviso. ex inopinato. ex insperato. -r exspectationem. *vi augendi accedunt adv.*: CIC. Verr. II 2, 182 homini -r opinionem improviso incidi. 5, 91 repente [Catil. 3, 11 fam. 4, 4, 3 LIV. 39, 26, 8]. Planc. 49 subito [Phil. 5, 43]): PLAVT. Rud. 400 multa -r spem scio multis bona evenisse (TER. Andr. 436 evenit [DON.: pro 'contra']. Phorm. 239 optigit. 1048 discedo. *al.* CIC. Phil. 5, 43 -r spem omnium [*item cum gen.*: CAES. civ. 3, 70, 1. LIV. 39, 32, 13 suam et ceterorum. *al.*]. *et saepe. polyptoton*: CIC. Flacc. 57 -r spem, ... spe. VET. LAT. Rom. 4, 18 [Pelag.] -r spem in spem credidit [*gr. παρά, Vulg.* contra]. *cf.* GLOSS. *παρὰ προσδοκίαν.* subito vel improvise). 587 quam *crapulam* potavi -r animi quam libuit sententiam ([*structura contaminata, v. vol. VII 2, 1325, 15 sqq.; ceterum cf. infra p. 998, 51.*]. IREN. 2, 5, 4 secundum concessionem -r s. eius *dei*). TER. Andr. 879 -r ... sui voluntatem patris ([*v. sub 3a*]. CIC. Catil. 2, 16 cum ei nihil ... -r ipsius v. cogitationemque acciderit, nisi quod *eqs.* AVG. civ. 5, 1 p. 190, 22 dei et hominum. conf. 8, 3, 7. CASSIOD. hist. 1, 9, 3 propriam [*Sozom. 1, 8, 3 παρά*]. *al.*). Hec. 763 quam ego te esse -r nostram opinionem comperi ([DON.: pro 'contra']. *al. v. vol. IX 2, 717, 72 sqq.; ibid. corrigas* CIC. Att. 4, 8^{a}, 2). Haut. 201 aliquanto iniquior erat *pater* -r eius *filii* libidinem (*cf. l. 57; an ad C?*). CIC. Pis. 46 illud ... accidit -r optatum meum, sed valde ex voluntate: mihi enim numquam venerat in mentem ... insaniam optare vobis *eqs.* de orat. 2, 285 hoc ita -r exspectationem accidit, ut *eqs.* (*cf. l. 73 sqq.*). QVINT. decl. 286, 5 nihil -r animum patris aestimare (*1* adversus voluntatem, *2* secundum ... voluntatem. *cf.* -r mentem: CONC.^{S} I 5 p. 377, 19 *et* 21 [*Rustic. I 4 p. 69, 32* extra voluntatem, *34* contra v., *gr. I 1, 7 p. 80, 3 sq. παρά*]). TERT. praescr. 7 l. 29 ⌞secundum traditionem hominum⌟ -r providentiam spiritus sancti (⌞ ⌟ *Col. 2, 8 ubi pergitur*: ... et non secundum Christum). *al. t. t. rhet.* -r exspectationem *pro gr. παρὰ προσδοκίαν v. vol. V 2, 1887, 4 sqq. (excipias* CIC. *supra l. 68 laudatum); cf.* MACR. Sat. 4, 6, 6 locus idoneus ad pathos movendum, qui dicitur -r spem (*affert Verg. Aen. 1, 250 sqq. al.*).

2 *contra aequum, naturam, mores, consuetudinem sim.*: PLAVT. Bacch. 418 -r aequom ne quid delinquat (TER. Hec. 226 meo labori haud parcens -r a. atque aetatem meam [*Eugraph. 223*: contra quam iustum esset. *dub., num ad C traxerit* DON. 226 *conferens Verg. Aen. 6, 114* vires ultra]. Ad. 64 nimium ipse est durus -r a.que et bonum [*nisi ad C*]. SIDON. epist. 4, 3, 1). Epid. 106 virtutem (*v. sub 3a*). TER. Andr. 879 -r civium morem ([*v. sub 3a*]. EDICT. cens. de rhet. Suet. rhet. 25, 1 *v. l. 15.* AMM. 14, 2, 1 feris ... obiecti sunt -r m. AVG. civ. 1, 1 p. 5, 10. COD. Theod. 9, 32, 1 -r fas -rque morem. *al.*). Ad. 885 haec tria ... addidi -r naturam: '...' ([SCHOL. Bemb.: pr⟨a⟩eterquam mores mei exigebant. SCHOL. Ter. p. 161, 10 -r consuetudinem]. CIC. Phil. 1, 10 *v. sub 3a.* nat. deor. 2, 14 fulminibus, ... -r n. ... portentis. div. 2, 60. TERT. anim. 33, 5. 43, 1 [*antea*: extranaturale, *ut ad IB1b trahere possis*]. *al.*). EDICT. cens. de rhet. Suet. rhet. 25, 1 haec nova, quae -r consuetudinem ac morem maiorum fiunt (RHET. Her. 2, 5, 8 -r c. ... aut alieno tempore. 4, 1, 1. 4, 10, 14. CIC. Manil. 61 quid tam -r c., quam *eqs.* Phil. 14, 13. div. 2, 60 [*disting.* -r naturam]. *al.* CAES. civ. 3, 61, 1. *al.* BELL. Alex. 6, 2 [*nisi ad C*]. BELL. Hisp. 23, 3 NEP. Hann. 12, 4 PAVL. FEST. p. 96 CELS. 2, 7, 17 SEN. nat. 7, 1, 4. 7, 13, 3. *al.*). VERG. georg. 1, 412 *corvi* nescio qua -r solitum dulcedine laeti (HOR. carm. 1, 6, 20 non -r s. leves [PORPH.: ex consuetudine leves]. SEN. nat. 2, 13, 3 nihil -r s. evenit. 7, 11, 3 AMM. 17, 6, 1. *al.*). *al.*

3 *contra praecepta sim. et quaslibet res (addidimus animantes sub c); pendent*: **a** *subst.* (*p. p. p. pro subst.*): PLAVT. Epid. 106 -r aetatem et virtutem stultus es ([*vix ad C*]. TER. Hec. 226 *v. sub 2.* Haut. 59 *v. p. 1037, 11* [*explicant*: DON. Ter. Andr. 436, 1 contra. SCHOL. Ter. p. 114, 29 extra modum et mensuras senectutis. *haud ad C*]. *dub.* CIL *supra p. 420, 1 sqq.; cf. l. 40*). Most. 965 -r speciem stultus es (*nisi ad C*). TER. Andr. 879 ut -r civium morem atque legem et sui voluntatem patris tamen hanc habere studeat ([DON.: contra]. CIL X 1971, 6 [*saec. I med.*] ⟨prae⟩ter l. ne quis ⟨mi⟩hi titulum deiciat [*si recte legitur*]. PELAG. in Rom. 12, 3 NOVELL. Anth. 3 pr. l. 20. *al.*). Eun. 1094 nihil -r promissum est. CIC. Phil. 1, 10 multa ... impendere videntur -r naturam etiam -rque fatum (*fusius de loco* GELL. 13, 1, 1 sqq. *fortasse sec. IB1b explicans, cf. enim ibid. 2* intra f., *4* extra f. *ceterum*: IREN. 2, 5, 4 -r necessitatem ... et f. *al.*). VET. LAT. Rom. 16, 17 (cod. 75. *al.* = VVLG.) *dissentiunt* -r doctrinam, quam vos didicistis (*gr. παρά. cf.* HIL. syn. 30 -r salubrem scripturarum et rectam fidem [*Socrat. hist. 2, 10 p. 204^{B} παρά*]. AVG. c. Petil. 2, 88, 195 p. 120, 7 -r euangelium. *sim. al.*). Hebr. 11, 11 (cod. 78 = VVLG.) *Sarra concepit* etiam -r tempus aetatis ([*gr. παρά, cod. 75* super]. RVFIN. Adamant. 1, 20 [*gr. παρὰ προσδοκίαν*]. CAEL. AVR. chron. 4, 7, 99 [*opp.* concurrenti t.]. CASSIOD. Ios. antiq. 4, 226 [propter *var. l.; gr. ἀώρως. opp.* secundum t.]. *al.*). CHAR. gramm. p. 182, 18 (*ex Romano*) *vocabulum* hoc inter excepta esse -r regulam (PRISC. gramm. II 454, 9 EVTYCH. gramm. V 474, 12. CASSIOD. hist. 5, 34, 36 ecclesiasticam [*Socrat. 2, 40 p. 344^{B} παρά*]. *al.*). *sim. al. versione mira* (*breviloquentia quadam?*): CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 68, 10 dei ... verbum ⌞-r viri absentiam⌟ per voluntatem ... dei factum est *caro* (⌞ ⌟ -r *id, quod exspectandum erat absente viro? cf. alias vers. ibid. p. 122, 10* per, *II 3, 1 vers. ant. p. 204, 6* absque viri praesentia, *gr. I 1, 2 p. 39, 22 παρὰ τὴν ... ἀπουσίαν*). **b** *pron. neutr. (facile subauditur l. 57. 58; saepe in scriptis e gr. versis): contaminatione structurarum accedit* quam (*v. etiam p. 997, 57*): VLP. dig. 43, 22, 1, 9 *in utenda aqua* innovat aliquid -r ⌞id⌟ (*delendum censet Mommsen*), quam praecedenti anno usus est. PRISCILL. tract. 1, 5 -r id, quam quod euangelizatum est nobis, nec angelum ..., si aliud dixerit, audiendum (*sec.* Gal. 1, 8 *infra; cf. Löfstedt, Eranos 10, 1910, 19*). *exempla cetera*: VET. LAT. Gal. 1, 8 (cod. 77. *al.*) licet ... angelus ... euangelizaverit -r quod euangelizavimus (Aug. epist. 53, 1 -r id quod, *gr. παρ' ὅ, vers. ceteras v. p. 1037, 24; sim.* Gal. 1, 9 [cod. 77] -r quod accepistis [cod. 78 = VVLG. -r id, quod; *gr. παρ' ὅ, aliam vers. v. p. 1037, 27*]). CONC. Antioch. a. 379 Zeitschr. neutest. Wiss. 35, 1936 p. 23, 10 si quis -r haec sentit (*ibid.* p. 23, 12. 14 CONC.^{S} IV 2 p. 67, 29). CANON. Turner I 1 p. 114 rec. II (*sim.* p. 115 rec. III. *al.*) si quis ... -r haec facit ([*p. 114 rec. I* extra haec, *p. 115 rec. IV* contraria his; *gr. Mansi 2, 669^{A} παρά*]. CASSIOD. Ios. antiq. 4, 238 [propter *var. l.; gr. παρά*]). CONC.^{S} II 3, 2 vers. ant. p. 130, 28 qui -r ista sapit ...; qui aliter sapit ([*gr. II 1, 2 p. 123, 14 παρά*]. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 86, 33 -r illa, quae Cyrilli sunt. *al.*). *al.* **c** *pron. masc.* (*sec. gr. pro scriptis ponuntur auctores eorum*): AVELL. 74, 1 a te vulnerata sunt euangelia ... et apostolus; quoniam -r (propter *var. l.*) eos visus es fallaciter commentari, ne *eqs.* (*gr. παρ' αὐτούς*). CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 28 haec ... verba ... Apion -r alios innovasse cognoscitur (*gr. παρὰ τοὺς ἄλλους*).

E *usu recentiore ad rationem defectus vel* **absentiae,** *ut sit fere i. q. sine* (*quod saepius pro syn. occurrit; v. testimonia gramm. p. 1000, 26 et cf.* AVG. quaest. hept. 3, 20, 2 l. 396 sqq. particula ..., quae additur, *πλήν,* ut dicatur *πλημμέλεια,* '-r' significat, ut *ἀμέλεια,* quod vocatur neglegentia,

[Breimeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

videatur sonare 'sine cura', *πλημμέλεια* '-r curam', quod paene tantundem est. SCHOL. Ter. p. 137, 21 ['ne -r causam', *v. p. 990, 50*] ne sine culpa fugias, ne sine causa aliquid agas. GLOSS. *ἄτερ. ἄνευ. δίχα* [*cf. etiam p. 989, 36 sq.*]): **1** *exempla plus minus ambigua, quae originem, affinitatem notionis illustrant*: VET. LAT. Matth. 5, 32 (cod. 1. *al.*) quicumque dimiserit uxorem suam -r causam fornicationis (*gr. παρεκτός, Vulg.* excepta. *similiter respiciunt usum sub A2 illustratum* [*cf. maxime p. 994, 15, ceterum e. g. p. 993, 75 et* PLIN. nat. 20, 49]: VEG. mil. 3, 23 -r [propter *var. l.*] novitatem, si ab insolitis videatur, inefficax bello est *genus camelorum.* CASS. FEL. 51 p. 131, 13 sin ... natus fuerit dolor similiter ut colicis -r vomitum. *al.*). PS. ASCON. Verr. p. 237, 8 qui ... suis commodis consulunt -r honestatem (*prope accedit ad notionem sub D illustratam [cf. e. g. p. 997, 66] ut*: HEGES. 3, 17 p. 218, 20 qui -r praeceptum venisti [*p. 218, 14* sine viatico]. AVG. bon. viduit. 12, 15 p. 322, 9 ex meo corde -r scripturae sanctae auctoritatem [*antea*: contra]. *al.*). HEGES. 2, 9, 1 p. 157, 1 quicumque -r Romanorum amicitiam est (*item spectat ad notionem sub IB1b descriptam*: AVG. epist. 157, 11 p. 458, 6 sq. *nemo est,* qui -r Adam carnaliter generetur ..., qui -r Christum spiritaliter regeneretur. CASSIOD. var. 2, 40, 16 [*postea*: sine]. *al.; cf. e. g. p. 991, 62*).

2 *exempla potiora* (*coniungitur raro cum animantibus, sc. infra l. 50. 53. 56. 59, cf. l. 40*): **a** *usu vario*: TERT. anim. 47, 4 *somnia accidunt* et -r opinionem et -r interpretationem et -r enarrationem facultatis (*v. Waszink, 1947, ad l.*). pudic. 16 p. 255, 10 nos -r sollicitudinem degere (HIL. AREL. vita Honorat. 5 l. 9 [*syn.* sine]). TER. MAVR. 1302 nulla vox humana constat absque septem litteris *vocalibus* ...; quicquid audis -r istas, pars soni, non vox erit. PALLAD. 2, 9, 2 -r auxilium cultoris (*cf. Colum. 2, 11, 5* supervacuus ... cultus). 7, 2, 2 -r hominum labores unius bovis opera. SERV. Aen. 11, 581 inter 'matrem' et 'matrem familias' hoc interest, quod 'mater' est -r illam significationem, quae est ad aliquid (AVG. gen. ad litt. 1, 1 p. 4, 4 -r allegoricam s.). SCHOL. Hor. carm. 1, 3, 18 ('siccis oculis') -r lacrimas. AVG. civ. 1, 16 p. 28, 11 -r culpam (COD. Theod. gest. in sen. 7). enchir. 26, 100 *ut* non fiat -r eius *domini* voluntatem, quod etiam contra eius fit voluntatem. serm. 47, 30 l. 964 alii cum pecunia, alii -r pecuniam (*cf. l. 963* sine). COD. Theod. 15, 1, 27 per usurpationem ... -r conscientiam nostram (NOVELL. Valent. 28, 1 c. atque consensum. CANON. Turner II p. 192 rec. III [*sim. al.*] -r c. episcopi [*opp.* cum consilio; *p. 157 rec. II* sine, *gr. Mansi 2, 1101^{B} παρά*]. *al.*). EPIST. pontif. 328 Arel. 1 p. 5, 24 quisquis ... -r missam *episcopi* ... formatam ... ad nos venerit (*cf.* 555 Arel. 18 p. 27, 17 -r metropolitanorum ... litteras). CONC.^{S} I 2 p. IX l. 13 *in Christo* homo tantummodo sine deo seorsum flevit et deus -r hominem Lazarum suscitavit. CAEL. AVR. chron. 5, 2, 36 -r cucurbitam scarificatio. CASS. FEL. 36 p. 78, 12 ulceratio -r febrem ([*p. 78, 9* cum f.]. 42 p. 103, 20 [sine *var. l.*]. 72 p. 174, 19). DRAC. Orest. 405 -r vulnera ... exitium. BOETH. in herm. comm. pr. 2, 11 p. 163, 23 homo ... est animatus, mortuus vero -r animam. *et saepius.*

b *ponitur pro vocibus graecis quibusdam separationem, absentiam sim. significantibus*: **α** *pro praepos.* (*exempla potiora*): *χωρίς*: CANON. Turner I p. 128 rec. II qui praevaricati sunt -r necessitatem *eqs.* (*sim.* p. 129 rec. III; *p. 210 rec. V al.* sine). BOETH. Porph. isag. p. 12, 24 -r subiecti corruptionem. CASSIOD. Ios. antiq. 5, 230 -r eos. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 35, 22 sine aliquo iudicio et absque discussione ac -r inquisitionem (*gr. I 1, 5 p. 120, 31 χ. semel tantum*). *al.* *ἄνευ*: CANON. Turner I 1 p. 13 rec. I. II (III) -r commendaticias litteras (*I 2, 1 p. 32^{p}* sine). p. 26 recc. cit. -r episcopum (*I 2, 1 p. 32^{w}* sine voluntate episcopi). BOETH. herm. 19b12 -r verbum ... nulla adfirmatio. CASSIOD. hist. 2, 19, 6. *al.* *δίχα*: CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 13, 14 -r instrumentum. II 2, 2 p. 60, 16 -r oeconomos (praeterea *var. l.; cf. p. 40, 6. al.* sine, *p. 102, 25* extra). DIONYS. EXIG. Conc.^{S} I 5 p. 242, 22 -r aliquem dolum (*I 3 vers. Tur. p. 33, 18. al.* sine). CASSIOD. hist. 9, 44, 3 -r tres pontifices. *al.* **β** *pro praefixo privativo compositorum*: CONC.^{S} II 2, 2 p. 60, 19 *ut* dispensatio -r testimonium non sit (*ibid. p. 40, 8. al.* sine; *gr. II 1, 2 p. 163, 6 ἀμάρτυρον*). EVCLID. elem. vers. M l. 2 linea *est* ... -r latitudinem longitudo (*rec. Md* sine, *cf. vol. VII 2, 1435, 52 sq.; gr. 1 p. 2, 2 ἁπλατές*). DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 12, 8 p. 364^{B} -r effectum operationis (*gr. ἄπρακτός τε καὶ ἀνενέργητος*). RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 39, 20 in scripto et -r scriptum (*gr. I 1, 5 p. 125, 3 καὶ ἐγγράφως καὶ ἀγράφως. sim.* I 4 p. 105, 36 *deficiente gr.*). *al.*

***appendix syntactica et stilistica*: 1** *notabiliora collocationis: anteponitur vocibus pendentibus passim; antecedunt attributa* (*non nisi in versu*): LVCR. 1, 1110 desertum -r spatium et primordia caeca. 3, 215 vitalem -r sensum calidumque vaporem. CVLEX 307 Sigeaque -r (propter *pars edd.*) litora. HOR. epod. 16, 40 (*v. p. 990, 62*). sat. 1, 3, 139 OV. epist. 6, 5 STAT. Theb. 9, 643; *interseruntur attributa saepe, e. g. p. 990, 65 et* OV. epist. 21, 141 -r sine pectore vocem; *ceterum hic illic intercedunt particulae, e. g.* CIC. Phil. 1, 10 -rque fatum. fin. 3, 36 -r enim tres disciplinas, *sed vix alia verba p. 1004, 40.* *postponitur vocibus pendentibus* (*non nisi in poesi; vix addas p. 1003, 49*): LVCR. 4, 139 solem succedere -r. 4, 390 quos agimus -r navem. CVLEX 390 rivum -r (propter *var. l.*) aquae (*sequitur attrib. ut*: HOR. epod. 3, 9 Argonautas -r omnis. STAT. Theb. 6, 507. *cf.* ALC. AVIT. carm. 4, 170 hunc -r, dignum quem *eqs.*). HOR. carm. 3, 27, 31 nihil astra -r vidit et undas (*sequitur alterum subst. pendens ut*: STAT. Theb. 12, 236 *p. 991, 7. vix addas* OV. met. 11, 404). TIB. 3, 19, 3 iam te -r (te iam -r *var. l.*). PAVL. NOL. epist. 8, 3 vers. 82 me -r. *iteratur e. g.* CIC. Flacc. frg. Cus. 11 -r libidinem, -r audaciam, -r amentiam. Pis. 35 Phil. 1, 10 OV. met. 5, 159 SEN. contr. 1, 4, 12, *semel positum spectat ad subst. plura* PLAVT. Pseud. 957 -r cyathum et cantharum. Trin. 69. *et saepe, cf. e. g. l. 5. p. 995, 25. 999, 69 sq.*

2 *pro acc. sollemni accedunt formae aliae* (*aliter sub 3a*): **a** *indecl.* (*negleximus numeralia et nom. propr.; vix est, quod moneamus locos plurimos etiam ad adv. trahi posse; contra huc fortasse spectat p. 1003, 22*): LEX Vrson. (CIL I^{2} 594) 127, 1 ne quis in orchestram ... -r mag(istratus) prove mag(istratu) *sedeto.* HOR. sat. 2, 5, 69 nil sibi *esse* legatum -r plorare (*item cum inf.*: OV. epist. 7, 164 quod crimen dicis -r amasse meum? [19, 16 VEN. FORT. carm. 4, 26, 32]). OV. epist. 17, 162 nil ... potui dicere -r 'erit' (*item fortasse cum oratione recta* MART. 1, 76, 9. *cf. struct. sollemnem e. g.* CIC. Att. 10, 5, 1 -r hoc: '...'). AVG. epist. 11, 2 p. 26, 21 -r invicem (*v. vol. VII 2, 184, 76*). MART. CAP. 3, 238 vocalibus ... -r 'o' antelatum. GREG. TVR. Franc. 5, 18 p. 220, 5 -r volatilia et parumper ciceris. **b** *abl.* (*aliter e. g. p. 1002, 53; exemplo* SALL. *p. 1002, 47 perperam intellecto testantur abl.*: ARVS. gramm. 429 -r illi⟨s⟩ [*vix defendas* illi, *ut recte de adv. cogitari videatur, quod testantur alii p. 1002, 48*]. CLEDON. gramm. V 76, 14. 78, 15 sqq. [*abl. accommodatum esse putat notioni q. e. sine, quam v. sub IIE; sim.* POMP. gramm. V 278, 15 sqq. PRISC. gramm. III 343, 11. *al.*]; *hucine p. 1003, 42 ?*): VET. LAT. Tob. 3, 17 (25) (cod. 143) -r omnibus (*v. supra p. 379, 25 sqq.*). TRACT. in Luc. 5, 18 -r vocem et oculis (-los *Mai*). CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 34, 6 -r ex deo verbo (*c. acc.* I 2 p. 51, 1, *gr. I 1, 1 p. 41, 3 παρά*). GREG. TVR. Franc. 8, 19 p. 386, 4 ne ... mulierum consortium potiantur ... -r his feminis (*vix ad usum adv.*). VITAE patr. Iurens. 66 *nihil sumere* de alitibus -r ovis (ova *var. l.; cf. antea*: exceptis lactibus; *vix ad usum adv.*). *al.* *exempla fortasse potius defectu 'm' finalis explicanda* (*quam iure edd. supplent e. g.* RHET. Her. 1, 6, 10 LIV. 43, 15, 1. 45, 30, 1): INSCR. Ost. Thylander A 222, 8 -r Panaratum et Prosdocia. CANON. Turner I p. 129 rec. III -r necessitate aut ablatione (oblatione, oblationem *var. ll.*) facultatum aut pericula aut tale aliquid (*acc.* p. 128 rec. II, *in rec. ceteris* absque *vel* sine; *gr. Mansi 2, 673^{A} χωρίς*). LEX Visig. Eur. 306 -r consensu (Visig. 5, 1, 3 *acc.*). *al.*

3 *structurae minus plenae* (*exempla selecta, sc. tantum ad IIA et B pertinentia*): **a** *desideratur vox e -r pendens, quae intellegitur*: **α** *ex enunt. condic.*: CIC. Tusc. 5, 85 -r Theophrastum et si qui illum secuti ... horrent dolorem. LEX Vrson. (CIL I^{2} 594) 127, 1 -r mag(istratus) ... ⟨e⟩t si quis *eqs.* LIV. 8, 39, 15 -r captivos ac si qua *eqs.* 22, 52, 5. *al.* **β** *ex enunt. relat.* (*cf. formam plenam antecedente pron. demonstr. e. g. p. 996, 13 sq.*): CIC. Att. 5, 3, 2 *litteras* nullas ... acceperam -r quae ... in Trebulano redditae sunt. CAES. Gall. 1, 5, 3 frumentum omne, -r (praeterquam *var. l.*) quod *eqs.* LIV. 3, 23, 3 -r arma et quod *eqs.* *et saepe.* **γ** *ex gen. attributi* (*cf. p. 1001, 23 et formam plenam c. pron. demonstr. e. g. p. 992, 40*): CIC. Att. 6, 2, 4 *forum* omnium dioecesium -r Ciliciae. ad Q. fr. 1, 1, 16 quaedam familiaritates -r hominum perpaucorum, si qui *eqs.* 3, 1, 4 *v. p. 993, 62.* VARRO rust. 1, 38, 1 stercus ... volucrium -r palustrium (*Colum. 2, 14, 1* exceptis ... palustribus). LIV. 6, 35, 10 comitia -r aedilium. COLVM. 3, 2, 15 omnis incommodi patientes *vites* -r caloris (praeterquam *cod. unus; vix ad usum adv.*). SCRIB. LARG. 90 (*v. app. crit.*). PLIN. nat. 14, 119. *al.* **?δ** *ex obi. antecedente*: VET. LAT. num. 29, 11 (cod. 100, *sim.* cod. 104) *offerant* haedum ... unum pro peccato ... -r de (-r pro 104) peccati depraecatione et holocaustum (*gr. πλὴν τὸ περὶ κτλ., Vulg.* absque his quae *eqs.*).

b *desideratur membrum oppositum*: **α** *obi. vel subi.*: Ⓘ *iuxta verba absolute usurpata*: CIC. Att. 6, 1, 23 Lentulum ... -r Tusculanum proscripsisse audio (*sunt qui suppleant* omnia *vel nomen alterius villae*). CAES. civ. 3, 105, 5 (*verba interpol. ?*) quo -r sacerdotes adire fas non est (*nisi cogites de dat., ut ad β pertineat*). SEN. epist. 81, 18 creditori ... -r sortem extra ordinem numerant. PLIN. nat. 15, 124 *oleum myrti* retinet ... faecem *vini saccandi* nec -r purum liquorem transire patitur. SVET. Dom. 21 ut non temere super cenam -r ... potiunculam sumeret. *al.* Ⓘ *opponuntur voces, e quibus subintellegenda est vox quaedam generalis* (*quae ponitur e. g.* BELL. Afr. 47, 3 -r ipsum militem et arma nec vas nec mancipium neque ullam rem. *adhibetur fort. cum acumine ab* AMM. *et* EPIPHAN., *ceterum potius neglegentia quadam*): AMM. 24, 3, 5 mihi nec facultates nec propinquitas generis suppetit ... -r pectus omni liberum metu. PRISC. gramm. II 117, 6 et patronymica et possessiva ... et diminutiva -r (propter *var. l.*) verbalia et adverbialia ... denominativa sunt. EPI-

[Breimeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

PHAN. in euang. 38 p. 87, 5 iusti -r benedictiones nesciunt maledictiones. 54 p. 140, 5 ut nihil de hoc mundo requirerent -r (propter *var. l.*) regnum caelorum (*sc. 'nihil saeculare nec aliud -r r. c.'; de contaminatione cum particula* sed *cogitat Erikson, Sprachliche Bemerkungen, 1939, 100 adn. 1 comparans l. 1*). GREG. TVR. Franc. 5, 10 vinum ... vel omne, quod inebriare potest, non bibebat -r aquam. *al.*

β *struct. variae* (*imprimis locut. adverbiales; quae intelleguntur ex adi. collegimus p. 993, 66*): CIC. Att. 13, 45, 3 *domi esse* magnum pondus argenti; auctionem -r praedia ... fieri oportere (*subaudias* ceterarum rerum *sim.; alii ordinem mutant ita*: argenti -r praedia; auctionem *eqs.*). VITR. 10, 14, 3 tabulis ... palmeis, si non, ex cetera materia, quae maxime habere potest virtutem, -r pinum aut alnum; haec enim sunt fragilia (*cf. Athen. mechan. p. 17, 15 πλήν*). HIL. syn. 33 p. 505[B] non differt -r originis causam ab innascibilitate nativitas. HIST. AVG. Aur. 7, 2 nec -r duas noctes per tot annos ab eo mansit diversis vicibus. VVLG. Tob. 4, 13 adtende tibi ... ab omni fornicatione et -r uxorem tuam numquam patiaris crimen scire (*sc. coitum cum alia muliere perpetratum*). Ps. APVL. herb. 116 l. 20 *mulier medicamentum* bibat -r partum (*vix ad p. 991, 49*). MART. CAP. 4, 398 ut ... proprium est hominis esse risibile, ita proprium est risibile non esse -r hominem. *al.*

4 *illustratur quo pertineat locutio praepos. (exempla potiora selecta): accedit maxime ad subi. vel obi. (v. passim supra sub IIA et B), rarius ad alias structuras, sc. ad gen. attributi supra p. 993, 26. 45. 61 et e. g.* CAES. Gall. 5, 24, 7 LIV. 38, 60, 3 (*cf. 3aγ*), *dat. e. g. p. 993, 47. 994, 1. 995, 1, abl. instr. sim. p. 992, 43. 993, 15. 995, 17. al., acc. temporis p. 993, 13, adv. supra p. 993, 12. 25 et e. g.* COD. Theod. 14, 15, 3, 1, *locut. praepos., e. g.* in *p. 992, 41. 61. 993, 47 al.,* ex *e. g.* VITR. 7, 3, 1. 10, 14, 3; *toti sententiae opponi videtur p. 995, 53. pendet ex adi.: maxime notione sub IIC et D illustrata, v. p. 996, 73. 997, 22. 23 sq. 998, 20 sq. al. et vol. VIII 1272, 40 sqq.; ceterum e. g. supra p. 993, 29. 67 sqq. pendet e subst.: in indicationibus mensurae e. g. p. 994, 17. 22, iuxta gen. attributi v. l. 23; ceterum* (*sc. ut saepius occupet fere locum adi.*): CIC. Verr. II 5, 91 Heracleo, repente -r spem ... victor. nat. deor. 2, 14 -r naturam hominum ... portentis. LIV. 25, 27, 5 -r spem mora (*v. app. crit.*). 28, 26, 14 -r spem robur ... imperatoris. 44, 2, 6 aliis per Pythoum placebat via ..., aliis -r ... paludem. 44, 6, 5. DICT. 1, 6 Antenor, ... -r (post *var. l.*) ceteros boni ... sectator. AVELL. 129, 6 servum talenti ... traditi -r augmenta custodem (*sec. Matth. 25, 18 sqq.*). CASSIOD. hist. 5, 50, 6 uvarum signum -r tempus (*cf. Sozom. 5, 1, 5 τοῖν συμβόλοιν τὸ ... ἄωρον*). *al.*

5 *locutio praepos. ponitur fere pro adi. l. 32. p. 997, 42, pro subst. p. 997, 73 sqq. vol. VIII 1272, 49. Onom. vol. II 177, 58 sqq.*

CAPVT SECVNDVM: ***adverbium*** (*quod testantur* DIOM. gramm. I 405, 31 Ps. ASPER gramm. V 553, 39 *aliique, v. infra p. 1002, 48. 74. minus probabiliter huc trahere possis exempla quaedam indeclinabilium p. 1000, 12 vel breviloquentiae p. 1000, 50*): **I** *asyndeton bimembre* -r propter (*sunt qui pro compos. accipiant, ut veteres l. 48 sqq.*). *fusius de locutione agit* GELL. 19, 10 *notionem non explicans*; hoc verbum ... multorum hominum *esse testatur quidam ibid. 6; interlocutori, qui id velut* (*9*) praenimis plebeium *potius* opificum sermonibus *tribuit, opponitur* (*10*): et M. Cato et M. Varro et pleraque aetas superior ut necessario et Latino usi sunt *eo verbo. per imaginem loci petendi, quem non prorsus attingunt vel a quo declinant petentes, significatur ratio parum congruens*: **A** *vivendi, ut sit fere i. q. non competenter, non convenienter sim.*: ENN. scaen. 241 neque domi nunc nos nec militiae sumus: imus huc, hinc illuc; ... incerte errat animus, -r propter ⌞vitam⌟ vivitur (⌞ ⌟ vita *Salmasius; ad acc. iuxta verbum impers. v. Hofmann-Szantyr, 39; vix cogites de acc. pendente e praepos.*).
B *indicandae mensurae, ut sit i. q. circa, ferme sim.*: GELL. 19, 10, 4 cum ... architectus dixisset necessaria videri esse sestertia ferme trecenta, unus ex amicis Frontonis 'et -r propter', inquit, 'alia quinquaginta' (*sim. iteratur* 19, 10, 5).

II *iungitur cum coniunctionibus*: **A** -r quam, *sc. vi comparandi vel eximendi inde a* NAEVIO, PLAVTO, TER., *v. sub* praeterquam.

B *iuncturae aliae, sc. vi eximendi, ut significetur fere i. q. excepto* (*cf. vol. V 2, 1249, 29 sqq.*): **1** -r si (nisi *l. 70; sola vi excludendi; cf. etiam p. 1002, 18; aliter p. 1000, 43*): VARRO rust. 1, 41, 5 potius ... surculos ... quam grana ... expedit obruere, -r si aliter nequeas. ORIBAS. syn. 4, 33, 1 La p. 36 *v. sub 2b.* 5, 49, 3 La p. 85 (*sim.* Ab) *id caloris* signum est, -r si non ... cerebrus erit frigidior (*sec. gr. πλὴν εἰ μή abundat negatio ut*: 5, 49, 6 La p. 86 -r nisi [*sed* Ab -r si]. 5, 50, 1 *et* 2 Ab p. 87 [*aliter La*]). BENED. reg. 62, 6 -r officium altaris et si forte *eqs.*

2 -r quod (*nisi hic illic subaudias pron. demonstr., cf. formam plenam e. g. p. 996, 15; iungitur cum indic. exceptis p. 1002, 3. 20 et* LEGE Sal. Merov. 10, 2 cod. A1): **a** *respectu admittendi* (*enunt. per* -r q. *inductum praeponitur passim, interpos. p. 1002, 5, postpos. p. 1002, 12; huc fort. iam* BASS. gramm. *p. 1038, 30*): APVL. apol. 16, 9 -r q. non sum iurgiosus, etiam libenter te ..., albus an ater esses, ignoravi (met. 2, 18, 5 -r q. epulis alienis voluptates meas anteferrem, metum e. istum tibi demam. 4, 27, 5. Ps. RVFIN. Ios. bell. Iud. 2, 314 p. 680 [*gr. πρὸς τῷ*]. AVG. cons. euang. 3, 25, 83 p. 389, 17 viderunt ... eum, -r q. in terra viderant, e. cum ferretur in caelum. pecc. mer. 1, 9, 10 p. 11, 15. 18. *cf. p. 1008, 9*). TERT. adv. Iud. 9, 11 -r q. omnibus notum est ..., certe est *eqs.* (*sim.* adv. Marc. 3, 13 p. 397, 18). CYPR. Fort. 11 p. 339, 24 *Maccabaeus* -r q. carnificinam regis ... calcabat, ad praescientiam quoque ... spiritu divinitatis animatus prophetavit (LACT. opif. 19, 6 [praeterquam quod *var. l.*]). LACT. inst. 3, 8, 13. AVG. civ. 20, 24 p. 468, 16 -r q. potest ... aliter intellegi, magis ostendit (AVELL. 95, 41). 22, 11 p. 587, 18 ita est, ut ..., -r q. *eqs.* (*item postponitur*: APIC. 1, 1, 1. PATRIC. conf. 52 [propter *var. l.*]). *al.* **b** *respectu excludendi* (*huc trahitur ab edd. iam* LEX Vrson., *v. sub* praeterdum): DRAC. laud. dei 3, 442 nullo surgente reatu *Saguntinorum,* -r q. fuerant Romanae gentis amici. ORIBAS. eup. 2, 1 A 27 Aa p. 437 *semen* et radix simili sunt virtute, -r q. sicciores sunt (La 28 -r quia, *gr. 2, 1 A 63 πλὴν ὅτι*). *iunctura abundanti* -r quod si (*poniturne* -r quod *pro* -r *vel* praeterquam, *an* quodsi *pro* si?): ORIBAS. syn. 4, 33, 1 Aa p. 36 visum evetant (*i.* hebe-) ..., -r q. si contingat oculos esse humidiores (La -r si, *gr. πλὴν εἰ*).

3 *cum coniunctionibus variis* (*non nisi vi excludendi*): Ps. PHILO antiq. 29, 3 *quivis* argentum afferat in thesaurum domini ..., -r (praeterea *var. l.*) ne aliquis, habens de idolis rem, velit sanctificare thesauris domini. AVG. virg. 28, 28 p. 265, 10 *qui virginitatem amiserunt, agnum sequi* possunt ... ubique, -r ⌞cum⌟ (eum *et* eum qui *var. ll.*) in decore virginitatis incedit (*sim. inde* CAES. AREL. epist. ad virg. 2, 8, 19). ORIBAS. eup. 2, 1 A 16 Aa p. 432 *ampelos* nigra ... similiter est ad haec omnia, -r quia inbecillior est ([*La 17* sed, *gr. 2, 1 A 33 πλὴν ἀσθενεστέρα*]. syn. 6, 16, 1 Aa p. 14, 24 [*La deest, gr. paulo aliter*]. *adde supra l. 17*). syn. 7, 20, 6 La p. 153 *sanguinis effusio* difficilius excluditur ..., -r quando *eqs.* (*male resp. gr. πλὴν ἔστιν ὅτε, aliter Aa*). *huc potissimum referas* -r ac *adhibitum exemplo iuncturae* contra ac *sim. detersa quidem vi comparativa, ut sit i. q. praeter(quam) quod* (*vix latet* praeterhac): VET. LAT. exod. 21, 19 (coll. Mos. 2, 1, 2) *qui alium vulneraverit,* sine crimine erit ille ..., ⌞-r ac cessationis⌟ eius mercedem dabit ei et medico inpensas curationis (⌞ ⌟ *cf. vol. II 1084, 84, ubi deleas* quam *casu iniquo additum,* -r ac cessationes *vel* -r accessionis *sim. trad.,* praeterquam quod cessationis *Huschke; gr. πλὴν ... ἀποτείσει, cod. 100* verumtamen ... dabit, *Ps. Aug. spec. 58 p. 543, 11* tantum quod ... dabit, *Vulg.* ita tamen, ut ... restituat).

III *exempla cetera*: **A** *respectu excludendi (admittendi l. 53. 61. p. 1003, 1. 13), ut sit fere i. q. πλήν, praeterquam (sc. eximitur aliquid non per praepos., sed per adv., quod apponitur quibuslibet sententiae partibus, quarum casus structura contextus determinantur; v.* AVG. *l. 74 et cf. adv.* excepto *vol. V 2, 1249, 39 sqq.); accedit ad*: **1** *dat. vel abl.* (*usum praepos. cum abl., quem gramm. postulant l. 49, ne l. 58. 60. 62 quidem facile agnoscas*): SALL. Catil. 36, 2 senatus ... ceterae multitudini diem statuit, ante quam sine fraude liceret ab armis discedere, -r rerum capitalium condemnatis (*recte adv. testatur hoc loco* PROB. inst. gramm. IV 149, 8 [*inde* AVDAX gramm. VII 354, 2]; *praepos. cum abl. iunctam intellegunt alii, v. p. 1000, 23, inter quos* POMP. gramm. V 278, 22 *dubium an recte eadem verba* -r condemnatis *laudet etiam e* PACVVIO, *sc.* trag. 435). TERT. nat. 1, 11, 4 in templo ... omnibus -r sacerdotibus clauso. adv. Marc. 4, 24 p. 499, 29 profectionem filiorum Israhelis ... etiam illis spoliis ... vestium -r oneribus consparsionum offarcinatam (*exod. 12, 34 sq.*). resurr. 22, 2 nec ulli -r patri notum *diem* (praeterquam *Rhenanus*). VET. LAT. exod. 22, 20 (Firm. err. 28, 10, *sim.* VVLG.) sacrificans diis eradicabitur -r domino soli (*Cypr. epist. 65, 1* nisi, *gr. 22, 19 πλήν*). Iudith 8, 6 (cod. 109. *sim. al.*) ieiunabat omnibus diebus ... -r pridie sabbato et sabbato ... et in diebus festis (cod. 148 -r ... sabbatum ... et diebus festis, VVLG. -r sabbata ... et festa, *gr. χωρίς*). IVST. 13, 6, 3 ut nihil hostis ... -r incendii spectaculo frueretur. HIER. praef. Vulg. Salom. p. 4, 2 quasi ... cuiquam -r vobis (vos *var. l.*) obnoxius sim. COD. Theod. 11, 28, 9. CIL VI 14930a, 5 libertis ... -r Eutucho libert(o) malae merito de se. *al.* **2** *nom.* (*huc spectare possunt p. 750, 68. 993, 10 et secundum var. ll. e. g.* LIV. 4, 59, 7): OV. fast. 6, 406 qua Velabra *sunt* ..., nil -r salices cassaque canna fuit ([*vix* nil *cum solis vocibus* -r salices *iungendum, ut* -r *sit praepos.*]. CONC.[S] IV 2 p. 93, 26 nihil ... -r unus [*Athan. adv. Arian. 3, 4 πλὴν ἑνός*]). CALP. ecl. 4, 28 mea carmina nemo ⌞-r ab⌟ (praeterquam *Pithou*) his scopulis ventosa remurmurat echo (TERT. adv. Prax. 13 p. 249, 1 nemo ... alius -r unus deus ... praedicabatur). GELL. 1, 23, 13 uti ... pueri ... in curiam ne introeant -r ⌞ille unus Papirius⌟ (*inde, sed cum acc., ut* -r *sit praepos.,* MACR. Sat. 1, 6, 25). VET. LAT. num. 32, 12 (Aug. loc. hept. 4, 112) non ... secuti sunt ... -r Chaleb filius Iephone (*gr. πλὴν ... υἱός, cod. 100* excepto ... filio, VVLG. -r ... filium. *explicat* AVG. *ibid.*: videtur dicere debuisse '-r ... filium ...', sed nominative intulit, quia praecessit 'secuti sunt'; est autem ista locutio etiam latina, sed rara. *cf.*

[Breimeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

VET. LAT. deut. 1, 36 [cod. 100, *sim.* Aug. loc. hept. 5, 3] si viderit quisquam ... -r Chaleb filius Sepphone [*gr. et* VVLG. *ut supra*]). IVST. 13, 5, 2 exules, -r caedis damnati, restituebantur. PEREGR. Aeth. 27, 6. *?ratione comparandi*: VITA Athan. 14 l. 45 fili substantia alia est -r patris ⌞substantia⌟ (*nisi* ⌞ ⌟ -tia⟨m⟩, *ut ad p. 994, 28 pertineat; contra huc fortasse spectat p. 994, 38*). **3** *varia* (*sc. maxime locut. praepos.; inf. et orat. rectam v. p. 1000, 17. 19*): SVET. Nero 56 religionum ... contemptor, -r unius Deae Syriae (*nisi subaudias* religionem *sec. p. 1000, 50; item c. gen.*: TERT. scorp. 8 p. 161, 28 Danielum, nullius -r dei supplicem. adv. Val. 18, 2 deum ... omnium -r haereticorum). VET. LAT. num. 11, 6 (Aug. loc. hept. 4, 27) nihil -r in manna ([*gr. πλὴν εἰς, cod. 100 et Vulg.* nisi]. RVFIN. Greg. Naz. orat. 5, 13, 2 in omnibus ... -r in animi libertate [*Migne gr. 35, 1245*^{B} *πλὴν φρονήματος*]. Ps. AVG. c. Fulg. p. 207, 4 dic, ubi ... -r [praeterquam *edd. vett.*] in angulo Africae. ORIBAS. syn. 4, 36, 1 Aa p. 2, 25 in sorbitionibus ... -r in lenticla [*sim.* La, *gr. πλὴν εἰς*]. *al.*). Matth. 5, 32 (Tert. monog. 9, 4, *cf.* adv. Marc. 4, 34 p. 535, 2) qui dimiserit uxorem suam -r ex causa adulterii ([praeterquam *Rhenanus; gr. et alias vers. v. p. 999, 6*]. EPIST. pontif. 286 Migne 20, 476^{A} ex alia tribu et -r ex semine Aaron ... nulli [praeterquam *et* nullus *var. l.*]). SCHOL. Hor. carm. 3, 11, 23 ab omnibus ... -r ab Hypermestra. CHIRON 796 ocularium ... ad omne genus vitii oculorum -r ad claucoma. VVLG. gen. 21, 26 *id* non audivi -r hodie (*item c. adv. p. 1002, 58 et* MONTAN. epist. 1, 2 numquam -r nunc. *locos possis etiam ad p. 1000, 13 trahere; aliter p. 1000, 20. 22; subintellegendum videtur adv. demonstr.*: OP. imperf. in Matth. 31 p. 792 deus ubique est -r ubi esse noluerit). *al.*

B *respectu comprehendendi et addendi, ut sit fere i. q. praeterea* (*cf.* -r haec *supra p. 996, 24*): **1** *iunctura* PLIN. *maiori propria* -rque, *qua inducuntur: variae partes sententiae*: PLIN. nat. 3, 17 Agrippam ... in tanta viri diligentia -rque in hoc opere cura ... errasse quis credat? (*vergitne in vim q. e. praesertim?*). 5, 16 Iuba ... similia prodidit de Atlante, -rque gigni herbam ibi *quandam*. 11, 10 habent ... oculos -rque ⟨e⟩ sensibus tactum *eqs.* 11, 159 eodem ... more, -rque in oblicum. 20, 161 *cuminum datur* ad vulvarum vitia in vino, -rque impositis ... foliis. *al. subi.*: PLIN. nat. 4, 21 montes in Arcadia *sunt* Pholoë ..., item Cyllene ... -rque ignobiles *octo*. 5, 7 subire tacitam religionem animos ... -rque horrorem. 9, 2. 16, 227. *al. enunt.* (*exemplа certiora; addi possit e. g.* PLIN. nat. 34, 105): PLIN. nat. 9, 138 *adhibentur* eadem sine bucino, -rque ius temperatur aqua. 33, 37 cives ... argenteis *torquibus donavere,* -rque armillas civibus dedere. 35, 56.

2 *usu vario, vel sine particula copulativa vel cum ea (sc. l. 46. 48. 53), adduntur*: **a** *partes sententiae*: CIL VIII 2711, 10 (*a. 208*) *statuam* posuit et ded(icavit) -r HS *tot* ... honoraria summa et eo amplius HS *tot* ... r(ei) p(ublicae) inlatis et datis sportulis *eqs.* (*cf. abl. absol. l. 33; an ad p. 1000, 23 ?*). INSCR. Année Épigr. 1978 n. 310 (*Saturniaei, saec. II–III*) vix(it) ann(is) XXVIII, mens(ibus) XI, dieb(us) XX ⌞-r⌟ (*abundanter additum videtur*). PEREGR. Aeth. 24, 1 descendent omnes monazontes ... et non solum hii, sed et laici -r, viri aut mulieres. CYPR. GALL. num. 717 *fas non est dicta domini* mutare ... quidquamve adiungere -r. CE 1439, 5 cum parva iocum ⌞nil -r⌟ quaereret aetas (⌞ ⌟ nil *var. l.*, -r nil *edd. sine necessitate praepos. ad* iocum *referentes, cf. p. 999, 75*). **b** *enuntiata* (*excepto* PAVL. NOL., *ubi accedit alia particula copulativa, vergit in usum coniunctionis; ceterum cf. l. 36; huc spectat falsa var. l. pro* praeterea DAMIG. lapid. 12, 5): PAVL. NOL. carm. 19, 405 intus ... latitabant ... vasa *pretiosa* ...; sed -r et aulae ipsius in spatio ... munera erant ... sita. ALC. AVIT. carm. 4, 244 in triginta *cubitis arcae* illi constabit culminis altum; per medium -r (perter *var. l.*, pariter *Peiper*) ... cenacula ... tabulata levabunt. LEX Sal. Merov. 130, 2 *reus tot* denarios ... culpabilis iudicetur; -r graphione (*sc. officiali iudicis*) solidos x solvat. CE 412, 3 qui *iuvenis* pisces ... capiebat ...; aucupium calamo -r (pariter *Mommsen,* praedae *Heinsius*) studiosus agebat. *?subaudiendo praedicato sententiae e contextu* (*nisi ad l. 75 trahas*): ORIBAS. eup. 2, 1 G 3 Aa p. 474 *genera quaedam terrae iuvant* ad dysintericas ulcerationes, ⌞-r, si⌟ absque putredine sunt (⌞ ⌟ *sc.* -r iuvant, si *? cf. La* iubat praeterea si, *sed gr. 2, 1 Γ 15 πρίν* [*legitne πλήν interpres?*]. *sec. IIB1 explicari nequit*).

C *respectu locali, sc. pertinet ad motum praetereuntium* (*non nisi in versu; huc traximus ea tantum, quae verbo praecedente per tmesin explicari non possunt; ceterum cf. p. 990, 58 et sub compos. e. g. p. 1009, 57. 1025, 63*): VERG. Aen. 10, 399 Pallas biiugis fugientem Rhoetea -r traicit (SERV.: praeterfugientem). STAT. Theb. 10, 824 sedit ... feritas *tigridis* ...; eunt -r secura armenta (SCHOL.: iuxta tigridem orbam).

CAPVT TERTIVM: ***coniunctio,*** *qua excluduntur enuntiata* (*cf. gr. πλήν. pro coniunctione accipi possunt etiam quae l. 55 sqq. exhibentur notione q. e. praeterea*). *induci videntur potius enunt. primaria (v. enim imperat. p. 1004, 17, acc. c. inf. pro enunt. p. 1004, 24), ut* -r *vergat in vim particulae adversativae, e. g. sed, vero; hic illic possis etiam cogitare de enunt. secund., ut notio sit praeterquam quod* (*inter coniunctiones 'ratiocinativas' affert* DIOM. gramm. I 416, 11 sed, ... enim, ... -r [*nisi latet* praeterea; *cf. ibid. 416, 3 inter 'causales'*: praeterea, enim ..., sed. *v. etiam l. 73*]).

quae -iit, iterum revocabitur unda. VITR. 9, 2, 3 *luna* sub rotam solis ... uno die, antequam -it (prodierit *var. l.*), latens obscuratur. SEN. benef. 4, 23, 2 si tantum -ret *sol neque calefaceret sim.* ([*syn.* transcurreret]. PANEG. 6, 9, 3 ut sol ipse, qui nobis videtur occidere, ibi, *sc. in Britannia,* appareat -ire [*sec. Tac. Agr. 12, 4* transire]). MELA 2, 65 *castellum* Truentinum; id et fluvio, qui -it, nomen est (*cf. p. 1011, 47*). *al.*

2 *part. praes.* -ens: **a** *generatim*: **α** *iuxta subst. vel pron.* (*saepe subaudiendum e verbo; de animantibus passim, de rebus l. 13 sq. 16 sqq. 22 sqq.*): Ⓘ *exempla varia*: TER. Andr. 253 *pater* -ens modo mihi apud forum '...' inquit. LVCIL. 898 hu[n]c, alio cum iter haberet, -ens venit. POMPON. Atell. 75 -ens vidit Dossenum ... scalpentem natis. CIC. S. Rosc. 133 qui -euntes ... audiebant *verba praeconis.* Att. 2, 11, 1 si quid ex -eunte viatore exceptum est (COLVM. 1, 5, 7). *al.* CATVLL. 11, 23 -eunte ... tactus aratro *flos.* ALF. dig. 9, 2, 52, 1 quidam -ens eam *lucernam* sustulerat (FEST. p. 344). HOR. carm. 2, 11, 20 restinguet ardentis Falerni pocula -eunte lympha (SCHOL. de currente fonte aqua petita). TIB. 1, 1, 28 rivos -euntis aquae (FRONTIN. aq. 36, 2 APVL. mund. 17 p. 326). 2, 5, 120 Messalla ... det spectacula turbae et plaudat, curru -eunte, pater. OV. am. 1, 12, 14 rotae ... -euntis onus. 3, 1, 54 a populo -eunte (NVX 2). trist. 2, 90 vitamque meam moresque probabas, *Caesar,* ... -euntis equo *publico.* LIV. 2, 58, 8 *Ap. Claudium* -euntem exsecrari. *al.* MANIL. 2, 861 natura loci ... *signa* -euntia cogit esse sui moris. VITR. 9, 2, 2 *lunam primam,* cum -ens vadat ad orientis caeli partes, relaxari ab impetu solis (9, 2, 3 *l. secunda* -ens ab sole visitationem facit tenuem ..., cum triduum recessit ab sole *eqs.* [*ad structuram v. Wistrand, Apophoreta Lundström, 1936, 29, et cf. infra p. 1022, 43*]). *al.* Ⓘⓘ *forma* -ens feci *significatur simul eam actionem cursim, exiguo labore sim. factam esse* (*saepius in imagine*): CVRIO avus or. frg. Cic. inv. 1, 80 nemo potest uno aspectu neque -ens in amorem incidere (*fere proverbialiter, cf. l. 36*). RHET. Her. 4, 54, 68 Lemnum -ens cepit *dux* (*cf.* CVRT. 4, 14, 1 Syriam Aegyptumque prae⟨ter⟩euntibus *militibus* raptas *esse.* CLAVD. 26, 398 fusus ... Philippus ... -eunte manu). CIC. Verr. II 4, 53 qui *Verres* -ens, lectica paulisper deposita, ... uno imperio ostiatim totum oppidum compilaverit. de orat. 1, 162 ut illam copiam ornamentorum suorum, quam ... quasi per transennam -euntes strictim aspeximus, in lucem proferat *Crassus.* Brut. 200 intellegens dicendi existumator non adsidens et adtente audiens, sed uno aspectu et -ens de oratore saepe iudicat. *ibid. bis.* OV. am. 1, 2, 44 *Amor, triumphum ages;* tunc quoque -ens vulnera multa dabis.

β *solum ponitur, sc. pro subst. (cum attributo l. 42): masc.* (*cf. p. 1011, 73. 1012, 2*): CIC. off. 1, 139 a -euntibus dicitur '...'. VARRO ling. 6, 49 *ut monumenta* -euntis admoneant. rust. 1, 14, 1 *saepimentum vivum* -euntis lascivi non metuet facem ardentem. HOR. carm. 4, 3, 22 monstror digito -euntium (*inde* HIER. epist. 22, 27, 3 -euntium turba). VITR. 4, 5, 2 uti -euntes possint respicere *templa.* RVT. LVP. 1, 13 FEST. p. 363. SEN. contr. exc. 5, 1 them. quidam ex -euntibus. *al.* *neutr.* (*de animalibus*): PLIN. nat. 10, 202 *pardi arboribus* insidunt ... occultatique ... in -euntia desiliunt.

b *speciatim in titulis sepulcralibus de iis, qui monumentum -unt* (*cf. p. 1011, 18 sqq.; ad rem v. Hartke, 'sit tibi terra levis' formulae quae fuerint fata, Diss. Bonn, 1901, 42 sq. 46 sqq.*): CIL VIII 9350 (*aet. Aug.*) -e(n)s, tuum est dicere 'ossa tibi bene adquiescant'. CE 125, 1 (*aet. Claud.*) tu qui -ens spectas monimentum meum (*item fere* 1539, 1. 1541, 1). 466, 1 respice -ens, oro, titulumque dolebis. CIL II 540 te rogo -ens dicas 's(it) t(ibi) t(erra) l(evis)' (*eadem saepius, etiam litteris singularibus* t r p d, *v. indicem CIL II p. 1178; ceterum cf. vol. VII 2, 1203, 10 sq. et e. g.* CE 1453 d(ic) r(ogo) p(raeteriens) *eqs.*). V 7464 T. Lollius ... positus propter viam ut dicant -ientes 'Lolli ave'. *et saepe.*

II *vi praeverbii deflexa*: **A** *respiciuntur loca, viae, hominum multitudo, per quae itur* (*exempla potiora; negleximus locos, quibus praevalet notio superandi, relinquendi, ut e. g. p. 1011, 33. 1012, 74; ceterum cf. p. 1011, 47 et praepos.* praeter *p. 991, 69*): **1** *cum obi. acc.*: APVL. met. 3, 29, 2 cum ... vicum quempiam frequentem ... -remus, inter ipsas turbelas ... nomen ... Caesaris invocare temptavi. AMM. 14, 2, 15 -to Calycadni fluminis ponte *copias instruunt.* OROS. hist. 7, 3, 5 -ens ab Aegypto fines Palaestinae apud Hierosolymam in templo dei ... adorare contempsit *Gaius* (*v. p. 1042, 18*). SEDVL. carm. pasch. 4, 222 (*sim.* op. pasch. 4, 18) -ens ... viae dominus loca Samaritanae (*sec. Ioh. 4, 4* transire). op. pasch. 3, 21 *Christum* Tyri ... -euntem regionis itinera (*carm. pasch. 3, 242* Tyrias partes ... petentem. *cf. Matth. 15, 21* secessit in partes). 4, 1 cum ... *Iordanem* transgrediens Iudaeae semitam -ret *Iesus* (*carm. pasch. 4, 2* Iudaeae sectatus iter. *cf. Matth. 19, 1* venit in). MAX. TAVR. 48, 2 camelum ... acus caverna -ire non patitur (*cf. p. 1014, 4*). VEN. FORT. vita Germ. 46 pagum Vindocinensem. **2** *cum praepos.* per: VET. LAT. Luc. 4, 30 (cod. 3) *Iesus* -ens per medio (*sc.* medios, medium*?*) illorum ibat (*gr. διελθὼν διὰ μέσων αὐτῶν ἐπορεύετο, Vulg.* transiens). 17, 11 (cod. 5) per medium Samariae (*gr. διήρχετο διά, Vulg.* transiebat). IVVENC. 2, 562 messis per culta (*cf. Vet. Lat. Matth. 12, 1* [*cod. 12*] transiebat). GAVDENT. serm. 21, 7 per vicos et castella. VVLG. Ier. 18, 16. 19, 8. MAX. TAVR. 32, 1 perversitas ... corporis per ... acus cavernam -ire non patitur camelum (*sec. Matth. 19, 24* transire; *cf. p. 1013, 71 sq.*).

B *respiciuntur limites sim., trans quos vel extra quos itur* (*cum obi. acc.; cf. p. 1011, 70, ceterum p. 992, 10. 1027, 30*): VET. LAT. psalm. 103, 9 (cod. 400) *aquis* terminum posuisti, quem non -bunt ([*gr. παρελεύσονται, Vulg. al.* transgredientur]. GREG. TVR. Franc. 5, 33 p. 237, 25 ut *flumina* terminus [*i.* -os], quos numquam excesserant, -rent). CLEM. ad Cor. 20, 6 mare ... non -it circumdata sibi claustra (*gr. παρεκβαίνει*). FILASTR. 133, 4 *ut sidera* cursum debitum -ire nullo modo possint.

CAPVT SECVNDVM: *cum respectu* ***temporis*****:** **I** *intransitive* (*subiecto non posito l. 40; indicatur unde p. 1015, 15*): **A** *formae variae*: **1** *-it tempus ipsum* (*in enunt. relat. de tempore proxime transacto* PLAVT. Merc. *infra.* VAL. MAX. 1, 8, 1. *al., cf. p. 1016, 31*): PLAVT. Merc. 227 nocte hac, quae -iit proxuma (FRONTO p. 3, 14 [*syn.* exactus est]. IVVENC. 4, 377). Persa 402 si *vicinus argentum* non dederit atque hic dies -ierit (*item in negotiis*: TER. Phorm. 525. S. C. de Asclep. [CIL I² 588 p. 913 sq.] 9 [*vers. gr. παρελήλυθεν*]. POMPON. dig. 38, 2, 2 pr. *al.; ceterum*: CATO agr. 112, 2 ubi d. XXX -ierint, transfundito *vinum* [*postea*: post d. XX]. VARRO rust. 2, 2, 16. NEP. Ages. 3, 1 indutiarum. TIB. 1, 4, 34 OV. fast. 2, 34. *al.*). TER. Eun. 283 biduom. 542 -iit tempus *cenae constitutum* (CIC. Verr. II 3, 44 ne, si t. sationis -isset, granum ... nullum haberemus [*nisi intellegas 'si Metellus t. -isset' et ad IIA1 referas*]. Att. 7, 9, 4 legis. *al.* CELS. 2, 12, 2ᴮ. 3, 5, 2 accessionis [*3, 5, 1* transiit]. SEN. epist. 99, 4 CVRT. 8, 1, 41 IAVOL. dig. 8, 6, 14 pr. *et saepius*). Phorm. 423 tua -ierat iam ducendi aetas (VEG. mil. 1, 4 pugnandi). CATO agr. 112, 3 triduum. CIC. Verr. II 1, 103 cum iste punctum temporis nullum vacuum peccato -ire passus sit. Att. 13, 12, 3 biennium. ALF. dig. 40, 7, 14, 1 septem anni (LABEO dig. 40, 7, 39, 3 SEN. dial. 6, 1, 7. 10, 7, 8. *et saepius*). VERG. georg. 2, 322 cum ... iam -it aestas. *al.*

2 *-it quodcumque procedente tempore transit*: **a** *usu communi de actionibus, eventibus*: **α** *generatim*: CIC. inv. 1, 39 in hoc (*i. tempore*) et quae -ierint considerantur ... et item quae instent ..., et quae consequantur (*sim. in enunt. relat. cum pron. neutr.*: fin. 1, 57. *al.* SEN. benef. 3, 4, 2 praesentia bona ..., futura ..., quod -iit. *al.* QVINT. inst. 11, 1, 10 [*opp.* quod superesset]. *al.*). Att. 11, 25, 3 in pensione secunda caeci fuimus; aliud mallem, sed -iit (*subi. non posito respicitur occasio agendi, quae fugit; sim. struct. plena cum pron. neutr.*: fam. 12, 3, 1 utinam ... fuissem *princeps pulcherrimi facti*; ... quod quoniam -iit, utinam *eqs.* 12, 22ᵃ, 2 si ... obtemperasses, ... laudem adeptus esses; sed illud ... -iit. *cf.* STAT. *infra*). LIV. 34, 27, 7 donec ea, quae instet, ⌞tempestas⌟ -at (⌞ ⌟ *sc. perturbatio rerum*). VAL. MAX. 5, 8, 5 donec belli civilis rabies -ret. SEN. nat. 4, 3, 2 Posidonius tibi auctoritatem promittit, tam in illo, quod ⌞-iit⌟, quam in hoc, quod secuturum est (⌞ ⌟ *nisi recte* -ii *coni. Gross, Senecas Nat. quaest., 1989, 191 sqq.; sed cf. p. 1016, 52*). epist. 1, 2 magna pars eius *mortis* iam -iit (-it *var. l.*); quicquid aetatis retro est, mors tenet. STAT. Theb. 11, 162 tunc tempus erat ... ire ultro ...; aspera quando -iit virtus *eqs.* (*i. fere occasio virtutis exercendae; cf. l. 40*). QVINT. decl. 271, 2 crimen. VET. LAT. Is. 26, 20 (Tert. resurr. 27, 4) ira *dei* (*gr. παρέλθῃ, Vulg.* pertranseat). VVLG. Nah. 1, 8 *dominus* in diluvio -eunte consummationem faciet loci eius (*cf.* HIER. *ad l.* quod pertranseat, non quod permaneat in aeternum). AVG. conf. 11, 27, 35 *syllabae* sonuerunt, avolaverunt, -ierunt, iam non sunt. nupt. et concup. 1, 26, 29 quomodo manent peccata, si -ta sunt, nisi quia -ierunt actu, manent reatu? *al.* *part. praes.* -ens *pro part. perf.* -tus (*cf. e. g.* moriens *vol. VIII 1495, 79 sqq., Bonnet, Le Latin de Grég. de Tours, 1890, 636 sq.*): PETR. CHRYS. serm. 97, 1 festinus antehac sermo ... ad totum parabolae ⌞-euntis⌟ non valuit pervenire secretum (⌞ ⌟ *quae altero die recitata est, v. 96, 7* hodie reliqua differamus. *clarius elucet imago motus localis*). **β** *speciatim -unt* operae, *quae antea praebendae erant* (*cf. p. 1016, 46; vergit ad p. 1023, 48*): PAPIN. dig. 38, 1, 40 quae *o.* post venditionem -ierint (*opp.* ante v. -tarum). VLP. dig. 38, 1, 13, 2 iudicium de operis tunc locum habet, cum o. -ierint; -ire autem non possunt, antequam incipiant cedere.

b *usu dilatato de quibuslibet rebus vel animantibus cum tempore effluentibus, i. pereuntibus* (*usu fere christ.; cf.* AVG. civ. 20, 24 p. 467, 31 '-it' 'transit' ... aliquanto mitius dicta sunt quam 'peribunt'): **α** *usu vario* (*gr. respondet παρέρχεσθαι, nisi alia adnotavimus*): VET. LAT. psalm. 89, 6 (cod. 300) mane sicut herba transeat, mane floreat et -at, vespere decidat *eqs.* (*Vulg.* transeat). Matth. 24, 34 (cod. 4. *al., cf.* VVLG.; *item fere* Luc. 21, 32 *ibid.*) non -bit haec generatio, donec omnia fiant ([transiet, transibit *codd. alii, ut omnes loco gemino Marc. 13, 30*]. IVVENC. 4, 159. VVLG. eccles. 1, 4 g. -it et g. advenit, terra vero in aeternum stat [*Vet. Lat.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Tycon. reg. 1 p. 4, 31 vadit]). 24, 35 (cod. 3; *item fere* Marc. 13, 31 Luc. 21, 33 *ibid.*) caelum et terra transibunt, verba autem mea non -bunt ([*variis modis variant ceteri inter* -ire *et* transire, *gr. respondet ubique παρέρχεσθαι*]. RVFIN. Orig. in psalm. 36 hom. 2, 5 p. 1333[D]. *al.*). I Cor. 7, 31 (cod. 78. *al.* = VVLG.) -it ... figura huius mundi (*gr. παράγει, Hil. trin. 10, 42* transibit; *explicat e. g.* AMBROSIAST. *ad l.* ideo -it, quia quotidie senescit. *inde l. 12. al.*). TERT. adv. Marc. 4, 33 p. 532, 25 *Christus confirmavit* hoc ..., quod de Iohanne dixerat, non -isse. CLEM. ad Cor. 25, 5 nihil -iet, quae constituta sunt a deo. IREN. 2, 7, 1 ea quae -unt (*syn.* temporalia, corruptibilia). HIL. in psalm. 118 lamed 3 p. 457, 19 desinendorum et -turorum (-torum *var. l.*) officiorum ... rationem (*in sideribus sim.*). AMBR. fug. saec. 8, 46 non ... cum -eunte figura mundi opera nostra -ant, ne etiam ipsi -amus *eqs.* VVLG. eccles. 7, 1 velut umbra -it *homo.* PRVD. ham. 388 hoc pulchrum ..., quod velut ... ventus -it. PHILIPP. in Iob rec. long. 36 p. 735[A] ('transibunt per gladium') per hanc mortalitatem de hoc saeculo -bunt. BOETH. categ. 9b25 *si pallor vel nigredo* non facile -it et in vita permanet (*gr. ἀποκαθίστανται*). *al.* β *part. praes.* -ens *fere pro adi.* (*subst.* SACR.) *vergens in vim q. e. caducus, fragilis sim.* (*exempla potiora*): VET. LAT. Soph. 2, 2 (Conc.[S] I 3 vers. Tur. p. 197, 4) congregamini ..., antequam efficiamini sicut flos -ens (*gr. παραπορευόμενον, aliter Vulg.*). IREN. 2, 7, 6 ea quae sunt corruptibilia et terrena et composita et -euntia. PRISCILL. tract. 10, 131 honores -euntium dignitatum. AVG. doctr. christ. 3, 42 quisquis ... rebus -euntibus restrictius utitur. SACR. Leon. 173 da nobis ... non terrena sapere ... et inter -euntia constitutos iam nunc inhaerere mansuris. *al.*

B *part. perf.* ***praeteritus,** -a, -um *vi activa de eo, quod (qui) -iit* (*v. Leumann, Gramm. 1977, 613; exempla notionis passivae v. sub IIA1a; cf.* GLOSS. -us: *παρεληλυθώς.* -um: *παρωχηκός. pro syn. ponitur maxime* transactus CIC. Tusc. 4, 55 QVINT. decl. 263, 7. *al.; opponuntur e. g.* instans RHET. Her. 2, 5, 8 LIV. 2, 36, 6. *al.,* praesens CIC. Sest. 10 VARRO ling. 8, 20. *al.,* futurus CIC. de orat. 2, 206. *al.* NIGID. Gell. 17, 7, 8. *al.,* reliquus CIC. Verr. II 1, 15. 3, 219. *al.* CAES. civ. 3, 60, 1. *al.*): **1** *in quolibet sermone*: **a** *adi.*: α *generatim*: Ⓘ *usu attributivo vario*: Ⓐ *de tempore elapso*: RHET. Her. 2, 5, 8 *argumentum* dividitur in tempora tria, -um, instans, consequens; in -o tempore oportet considerare, ubi fuerit *eqs.* (CIC. Verr. II 1, 108. Flacc. 3 memoriam t. -orum, salutem praesentium, spem reliquorum. part. 69 in provisione posteri t. aut in -i disceptatione. *al.* LVCR. 2, 1167. BELL. Hisp. 42, 3 hoc bello et -o t. VARRO ling. 9, 27 in -o t. Ov. fast. 5, 681 LIV. 23, 45, 4 SEN. benef. 5, 17, 5. *et saepe. cf.* GLOSS. -um t.: *παρωχηκώς καιρός*). CIC. Cato 4 -a ... aetas quamvis longa cum effluxisset (LVCR. 1, 468. AMM. 31, 5, 11 superiores vel recens -ae ... aetates). nat. deor. 2, 64 annis ... -is ... expletur *aetas* (VERG. Aen. 8, 560 o mihi -os referat si Iuppiter annos. Ov. Pont. 1, 2, 145 VITR. 2, 8, 8 SEN. contr. 2, 6, 4. *al.*). LVCR. 3, 855 temporis ... -um spatium. PROP. 3, 11, 7 ista ego -a iactavi verba iuventa (*cf.* HIER. epist. 38, 3, 2 -am iuventutem). Ov. fast. 1, 460 aequa ... -ae, quae superabit, erit *hiems* (*sc. eius pars*). 5, 682 die (MART. 10, 23, 3). *al.* Ⓑ *de variis rebus, quae tempore priore evenerunt, factae sunt, contigerunt sim.* (*exempla selecta inde a* CIC.; *dubium, an huc p. 1016, 21*): RHET. Her. 4, 49, 62 exemplum est alicuius facti aut dicti -i ... propositio. CIC. Verr. II 1, 15 mea ... ratio, cum in -is rebus est cognita, tum in reliquis ... provisa est (rep. 3, 3. *al.* VELL. 2, 58, 4 VAL. MAX. 4, 1 ext. 4. *al.*). Marcell. 27 *mors* cum venit, omnis voluptas -a pro nihilo est (fin. 1, 41. Tusc. 5, 96 [*opp.* praesentem, venientem]. *al.* SEN. epist. 27, 2 [*opp.* venturae]). fin. 2, 95 -i doloris memoria ([*opp.* futuri, impendentis]. fam. 5, 12, 4. SEN. epist. 78, 14 [*bis*]. PERS. 5, 162. *al.*). 2, 105 memoria ... -orum malorum (LIV. 2, 36, 6 m. -is instantibusque. APVL. Plat. 2, 18 p. 246 -is transactisque. AVG. conf. 10, 3, 4. *et saepius*). Att. 3, 15, 2 sensu praesentis miseriae et recordatione -ae vitae *augetur dolor* (VAL. MAX. 3, 2, 7 CVRT. 6, 7, 34. *al.; pro gr. προγεγονώς*: IREN. 2, 33, 1). ad Brut. 23, 8 -i periculi ... oblitus (LIV. 5, 47, 6. 40, 9, 4 VLP. dig. 18, 6, 4 pr.). PROP. 1, 13, 27 -os ... fastus. Ov. rem. 12 nec nova -um Musa retexit opus (*i. artem antea scriptam*). LIV. 27, 11, 14 -a stipendia *equitum* (*sim.* FRONTIN. strat. 4, 1, 22 -a aera). SEN. Med. 480 (*Medea ad Iasonem*) per victa monstra, per manus *meas* ..., perque -os metus ... miserere (*vix passive*). PLIN. nat. 29, 1 multitudo *remediorum* ⌞instantium ac -orum⌟ plura ... dicere *cogit* (⌞ ⌟ *quae nunc sunt quaeque fuerunt; vix trahas ad p. 1016, 52 sec. vol. VII 1, 2005, 7 ceterosque viros doctos*; i. ac praeceptorum *var. l.*). NERAT. dig. 47, 9, 8 si de -o ... damno mihi cavisses (VLP. dig. 7, 1, 13, 2. *al.*). GELL. 1, 10, 4 vive ... moribus -is, loquere verbis praesentibus. COD. Iust. 3, 44, 5 (*a. 224*) constitutionibus (NOVELL. Theod. 14, 1. *al.*). CYPR. epist. 27, 3 p. 543, 13 in baptismo -a peccata dimitti (HIER. epist. 22, 30, 2 AVG. serm. 58, 8. *al.*). HIER. vita Malchi 10 *dromedarios* -os cibos in ore volvere (*i. cibos antea ingestos*). *et saepe.* Ⓒ *de animantibus, qui antea vel vixerunt vel officio quodam functi sunt sim.* (*cf. bβ*): PROP. 2, 13, 52 amisso ... flebis amico; fas est -os semper amare viros (*cf. Shackleton Bailey, 1956;* praereptos *coni. Barber, Class. Rev. 7, 1957, 122*). VET. LAT. I Macc. 15, 5 (rec. X) reges -i (*gr. οἱ πρὸ ἐμοῦ βασιλεῖς, rec. L et V* ante me reges). IREN. 3, 21, 2 l. 48 -orum prophetarum ... sermones (*gr. προγεγονότων*). CIL IX 1576, 7 (*saec. IV*) *correctori* -orum iudicum exempla ... supergresso. HIL. coll. antiar. p. 81, 5 catholicorum. AMM. 25, 4, 15 potestates (*i. magistratus sim.*). ALC. AVIT. c. Eutych. 2 p. 22, 12 de praedicatoris -i memoria. *al.*

Ⓘⓘ -um esse (*quaedam fere pro perf. act.* -isse *posita videntur, cf. formas iuxta positas p. 1014, 56 et e. g.* AVG. c. Faust. 26, 4; *copulam omittit* PLIN.): CIC. S. Rosc. 22 ea, quae -a sunt (*vix ad p. 1019, 20, opp.* ea, quae videntur instare. *item usu generali in enunt. relat.*: VET. LAT. Phil. 3, 13 [Priscill. tract. 1, 5] relinquentes ea, quae -a sunt [*gr. τὰ ... ὀπίσω, Vulg.* quae ... retro sunt]. DON. Ter. Andr. 281, 6 AVG. c. Faust. 26, 4. *al.*). PLIN. epist. 10, 45 diplomata ..., quorum dies ⌞-a, ⟨an⟩⌟ ... observari ... velis (*nisi legendum* -it [*vel* -iit] a⟨n⟩, *sed cf.* TRAIAN. Plin. epist. 10, 46 diplomata, quorum -us est d. *ceterum*: VLP. dig. 29, 2, 71, 1 sin ... dies -us fuerit). AVG. civ. 12, 16 p. 537, 14 immortalitas angelorum non transit in tempore, nec -a est quasi iam non sit *eqs.* 13, 9 p. 565, 29 quae *mors* transacta atque -a est. conf. 11, 27, 34 silentium est et vox illa -a est et non est iam vox. *al.*

Ⓘⓘⓘ *abl. (? gen. l. 29) absol.*: LVCR. 3, 827 -is ... male admissis peccata remordent *animam* (*nisi abl. instr. ad p. 1015, 47 sqq.*). CIC. rep. 2, 52 *tot* annis ... -is pulsoque Tarquinio *eqs.* (CAEL. Cic. fam. 8, 5, 3 hoc ... -o a. VET. LAT. II Macc. 1, 20 [rec. L; *V* cum -issent, *B et M* cum transissent, *gr. διελθόντων*]). Tusc. 4, 55 cum iam rebus transactis et -is orationes scribimus. Cato 70 -a verni temporis suavitate. CAES. Gall. 7, 77, 1 -a die, qua auxilia ... exspectaverant (VARRO rust. 2, 4, 19. ORAT. imp. Claud. [Chart. lat. ant. X 418] 3, 6 pra⟨eteriti⟩s inquisition⟨is⟩ di⟨e⟩bus. IVLIAN. dig. 39, 1, 13, 1. *al.*). BELL. Hisp. 11, 3 hoc -o tempore (12, 5 noctis. *al.* [*de gen. absol. admodum dubio* 14, 1 eius -i temporis *v. Pascucci ad l.*]. CELS. dig. 50, 17, 186. *al.*). *al.*

β *speciatim pertinet ad*: Ⓘ *tempus proxime transactum* (*cf. p. 1014, 16; cum adv. p. 1015, 41*): CIC. Phil. 5, 1 querelam -orum dierum sustulit oratio consulum *hodierna* (Ov. fast. 3, 792 hac ... -aque die. TRYPH. dig. 4, 4, 37, 1 in sexaginta d. -is. CHALC. transl. p. 20[C] -o die [*Platonis ut*: 25[E]]. *al.; cf.* GLOSS. -o die: *τῇ παρελθούσῃ ἡμέρᾳ*). PROP. 2, 14, 9 quanta ego -a collegi gaudia nocte (IVV. 10, 235. VET. LAT. IV Esdr. 5, 31 [*cf. var. l.* 6, 12 *pro* praecedente]). Ov. fast. 4, 677 Idus. SEN. Phaedr. 776 hora ... semper -a deterior subit. FRONTO p. 164, 27 -i ... et praesentis anni ([*antea*: anno insequenti]. TERT. Scap. 3, 2. VET. LAT. II Cor. 9, 2 [Pelag. *al.* = VVLG.; *cod. 75. al.* priore, *gr. ἀπὸ πέρυσι*]. CE 1467, 1. *al.*). CONC. Carth. a. 390 p. 13 l. 27 cum -o concilio de continentia ... tractaretur. Ⓘⓘ *obligationes, quae iam solvi debuerant* (*cf. p. 1014, 62. exempla etiam passive sec. p. 1019, 20 explicari possunt. abiit in sermonem gr.*: PAP. Panopol. Skeat 2, 199 [*a. 300*] *ὑπὲρ πραιτερίτου δωνατίου*): LIV. 21, 5, 5 stipendio ... -o cum fide exsolvendo. CELS. dig. 38, 1, 30, 1 in libertam ... -arum ante nuptias operarum actio datur (IVLIAN. dig. 38, 1, 24 *operae* peti ... non possunt nisi -ae. POMPON. dig. 38, 1, 8 pr. -a o., quae iam dari non possit. *al.*). EDICT. imp. Anton. Pii dig. 22, 1, 17, 1 parum iuste -as usuras petis, quas omisisse te *apparet* (SCAEV. dig. 44, 4, 17 pr.). POMPON. dig. 13, 7, 8, 3 omnibus pensionibus -is. VLP. dig. 7, 6, 5, 4 actionem -orum ... fructuum (MARCIAN. dig. 38, 5, 2). *al.*

Ⓘⓘⓘ *ea, quae in ordine dicendorum vel scribendorum antecedunt* (*cf. p. 1017, 12, vix huc p. 1015, 65; aliter, sc. de operibus antea scriptis, p. 1015, 61. 69. al.*): TER. MAVR. 1075 *vox, syllaba sim.* subdita -ae (*1076* subiecta priori). HIER. in Ezech. lib. 5 praef. l. 5 -o ... volumine, id est quarto. 42, 13 l. 305 quae -us sermo narravit ([*sc. Ezech. 42, 1–12*]. in Ier. 2, 95, 3 et -us et praesens. AVG. in euang. Ioh. 61, 1. 97, 2. *al.*). in Ier. 2, 82, 1 capitulo (4, 37, 3 et praesentis et -i). ARNOB. IVN. in psalm. 111 l. 5 finem -i psalmi praesentis principio collocavit. *al.*

b *pro subst.*: α *neutr.* (*c. pron. poss. p. 1017, 10 et e. g.* PANEG. 2, 31, 1): Ⓘ *vario usu*: Ⓐ *plur.*: ① *in universum de iis, quae antea facta sunt, evenerunt* (*sc. usu generali, sed cum neglegentia quadam ponitur de singulis quibusdam, quae melius definiri exspectes, p. 1017, 3. 5; exempla selecta inde a* LIV.): CIC. Verr. II 3, 219 neglegite -a ..., sed, ne reliquas spes turbetis *eqs.* Manil. 47 -a meminisse, reliqua sperare (rep. 4, 1. *al.* VET. LAT. Is. 43, 18 [Filastr. 148, 2; *gr. τὰ πρῶτα, Vulg.* priorum]. *al.*). Pis. 80 sed -a omitto (Phil. 2, 111 omittamus [5, 31. 6, 9 Att. 14, 14, 3]). Brut. 266 (*inde* AMM. 25, 4, 25) -orum recordatio ..., exspectatio reliquorum (QVINT. decl. 307, 9. *al.*). Cato 78 memoria -orum (Ps. APVL. Ascl. 32. VET. LAT. sap. 11, 13 [*gr. τῶν παρελθόντων*]. *al.*). Att. 3, 15, 5 sed pergo -a (*sc. commemorare sim.; ad ellipsin cf.* 15, 11, 2 negabam oportere -a). CAES. Gall. 1, 20, 6 -a ... condonare. BRVT. Cic. ad Brut. 24, 11. LIV. 36, 29, 9 -orum, quae magis reprehendi quam corrigi possint, oblitum se (39, 47, 9 multa et dissimulare et oblivisci et pati -a senatum posse. SEN. dial. 10, 16, 1 HIER. epist. 64, 7, 3. *al.*). SEN. dial. 3, 19, 7 ut Plato ait, ... revocari

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

... -a non possunt (*cf. leg. 934ª τὸ γεγονός*). epist. 99, 5 quasi non quod futurum est ... cito in -a transiturum sit. CVRT. 5, 6, 2 multas urbes *opulentas* ... expugnaverat ..., sed urbis huius divitiae vicere -a. PETRON. 109, 4 -a aboleri osculis placet. PLIN. nat. 2, 27 nullum ... habere in -a ius. QVINT. inst. 3, 6, 65 supervacuus foret in studiis longior labor, si nihil liceret melius invenire -is. SVET. Nero 47, 2 veniam -orum (APVL. apol. 94, 2 EDICT. imp. Diocl. coll. Mos. 6, 4, 7. *al.*). VET. LAT. sap. 8, 8 *sapientia* scit -a (*gr. τὰ ἀρχαῖα*). Sirach 21, 1 (Aug. civ. 21, 27) fili, peccasti; ... de -is deprecare, ut tibi dimittantur (*gr. τῶν προτέρων, Vulg.* de pristinis). AVG. in psalm. 147, 11 l. 35 retro -a sua recordantur (serm. 359, 8 flent cottidie -a sua). OROS. hist. 4 praef. 11 -orum cladibus (*vix ad β*). *et saepe.*

② *de eis, quae in dictis vel scriptis antecedunt* (*separare nolui, quae potius imagine loci explicanda erant, maxime* QVINT. *et* CANON.; *cf. l. 47 et p. 1016, 52*): PETRON. 110, 1 *poeta recitans* plura volebat proferre ... et ineptiora -is. QVINT. inst. 4 prooem. 6 sic procedit ipsum opus, ut maiora -is ... sint, quae ingredior. FEST. p. 363 *Verrius inutilia quaedam protulit* et -a iam et deinceps quae referentur. TERT. adv. Hermog. 37, 2 de ... ambiguitate ... in -is aliquid retractavimus (adv. Marc. 5, 7 p. 595, 7 HIER. hom. Orig. in Ezech. 10, 2 p. 418, 25. *an potius ad l. 52 ?*). CANON. Turner I p. 648 l. 204 lecta sunt ... et sequentia et -a quaestionum (*Theodoret. hist. eccl. 2, 8, 24 τὰ πρὸ αὐτῶν τῶν ζητημάτων, Hil. coll. antiar. p. 117, 9* quae anteposita erant, *Cassiod. hist. 4, 24, 28* praecedentes ... quaestiones). ORIG. in Matth. 12, 40 p. 159, 2 ut ad praesentem expŏsitionem -a revocemus (*aliter gr.*).

Ⓑ *sing.* (*significatur fere ipsum tempus elapsum, aliter imprimis* Ov.): CIC. part. 114 consequentia quaedam signa -i et ... facti vestigia. off. 1, 11 *belua* paulum admodum sentiens -um aut futurum (*cf.* SEN. epist. 124, 17 -i rara memoria est *animalibus* [*nisi subaudias* temporis]). Ov. ars 1, 448 si *amicae* dederis aliquid, poteris ratione relinqui; -um (*sc. donum tuum*) tulerit, perdideritque nihil *te deserens.* LIV. 3, 19, 12 suspicari de -o quam re ipsa experiri est melius (QVINT. inst. 3, 6, 40 tamquam de -o ... quaereretur. decl. 271, 1 agitur. TERT. apol. 2, 17 reum. VLP. dig. 39, 2, 15, 34 si ... de -o caveatur. *et saepius*). 27, 2, 3 luctus ... ex -o, ... timor in futurum (SEN. epist. 83, 2 consilium futuri ex -o venit. QVINT. inst. 7, 2, 5 pendet. TRAIAN. Plin. epist. 10, 115 ut ex -o nihil novaremus. SCAEV. dig. 21, 2, 69, 1 obtingere. *al.*). SEN. contr. 10, 5, 16 decretum in futurum factum est, non in -um (*item* in *c. acc.*: SEN. dial. 10, 10, 3 retorquet. PLIN. nat. 8, 68. QVINT. inst. 2, 4, 37 an in -um ferri debeat *lex.* 9, 2, 20 valet. *al.* LEX Irnit. 10 C 35 [*ex epist. imp. Dom.*] veniam [TAC. ann. 11, 30, 2 *al.*]. TAC. ann. 13, 14, 1. *et saepe*). SEN. epist. 66, 35 *sensus* nec futuri providus est nec -i memor (LVCAN. 2, 233. *al.*). *al.*

Ⓘ *locutiones adverbiales indicantes aliquid priore tempore factum esse* (*certiora selecta; aliter e. g. l. 31 sqq.*): TERT. adv. Iud. 13, 15 *spiritus sanctus* in -um in templo commorabatur (COD. Iust. 6, 42, 1 [*a. 212*] si qua in -um praestita non sunt. CYPR. epist. 11, 5 p. 499, 20 peccasse. *et saepius.* DECRET. centon. Sentin. [CIL XI 5749] 16 in -um ..., nunc etiam in futurum. SCHOL. Cic. Bob. p. 112, 1 [*opp.* tunc]. *al.; in libris* [*cf. supra l. 12*]: HIPPOCR. aer. 22 p. 43, 18 quem ad modum in -um dixi [*gr. πρότερον ut* 23 p. 45, 15]). EDICT. imp. Diocl. praef. 5 L. de -o rapinas gentium barbararum ... conpressimus. COD. Theod. 9, 19, 2 pr. cum in -o is mos ... servaretur *eqs.* (SCHOL. Iuv. 1, 94, 1 CLEDON. gramm. V 60, 30. CASSIAN. conl. 9, 15, 1 in -o ..., in praesenti ..., in futuro. *al.; plur.* in -is: CASSIAN. conl. 14, 4, 1 [*opp.* nostris ... temporibus]. 14, 4, 2 [*opp.* nuper]. *addas fortasse l. 18 sq. supra et var. l. pro* in -um CYPR. epist. 15, 1 p. 513, 15. 16, 3 p. 520, 3).

β *masc.* (*sc. de eis, qui antea vixerunt; cf. p. 1015, 73 sqq.; vix huc l. 11*): COLVM. 1, 3, 7 malo ... -orum quam praesentium meminisse, ne vicinum meum nominem (*nisi neutr.*). FRONTO p. 206, 10 *scio* faveri -is, invideri praesentibus (*antea*: viventium ... mortuorum). INSCR. Année Épigr. 1967 n. 549 (*saec. III*) discant futuri, audiant -i. PS. PACIAN. sim. carn. p. 134, 16 in -os ..., in venturos. SIDON. epist. 3, 8, 2 aut suspicere -os aut despicere praesentes.

γ *fem.* (*de rebus, quas quis accepit*): AVG. in psalm. 93, 13 modo ... accipimus; postea statuimur ante magistrum, ut reddamus omnes ⌊-as nostras⌋, id est, ut rationem reddamus de his omnibus, quae nobis modo erogantur (⌊ ⌋ -a nostra *var. l., sed cf. ibid. 26, enarr. 2, 6* ['unam petii'] feminino genere appellavit quoddam beneficium, tamquam diceret 'unam petitionem'; ... solemus loquentes dicere ... 'duas habes', non dicimus 'duo'. *sim. Hier. in psalm. 26*).

2 *technice in sermone gramm.* (*cf. usum rhet. p. 1015, 34; praeter p. 1018, 15. 26. 28 iungitur cum* tempus *vel ponitur solum, sc. n. pro subst., nisi subaudias* tempus); *pertinet ad*: **a** *verba et participia*: **α** *doctrinae, definitiones, divisiones sim.* (*exempla selecta; ad rem v. Jeep, Zur Geschichte der Lehre von den Redetheilen, 1893, 239 sqq.*): NIGID. Gell. 17, 7, 8 si dividas ... duo verba haec (*sc.* subruptum erit) ..., tum videbitur lex in postfuturum loqui, si vero copulate ... dictum intellegas, ... hoc verbo non minus -um tempus ostenditur quam futurum (*sim.* POMPON. dig. 50, 16, 123). VARRO ling. 8, 20 quod ea *tempora* erant tria, -um, praesens, futurum, declinatio facienda fuit triplex (*sim. passim, v. infra*). 8, 58 *participium* tertium, quod debet fingi -i (*sc. act.*), ... reperiri non potest *eqs.* (*item de temporibus participii*: 8, 59 SACERD. gramm. VI 443, 22. *al.*). GELL. 6, 9, 13 in quadam specie -i temporis, quod *παρακείμενον* appellant *Graeci.* SACERD. gramm. VI 432, 10 tempora sunt tria: praesens, -um, quod in tria dividitur, in imperfectum, perfectum, plusquamperfectum, et futurum (*sim.* VICTORIN. gramm. VI 199, 24 sq. DON. gramm. IV 384, 14 sq. ergo in modis verborum quinque tempora numerabimus: praesens, -um imperfectum, -um perfectum *eqs.* DOSITH. gramm. 36, 4 [*gr. παρωχημένος*]. *al.; cf. Dionys. Thrax gramm. gr. I 53, 1 παρελήλυθώς*). CHAR. gramm. p. 214, 9 sqq. tempora sunt tria ...; -um, cum transactum quid significat ...; -i tamen differentiae sunt quattuor, ... imperfectae, ut ... 'limabam', -ae, ut 'limavi' ..., oblitteratae, ut 'limaveram' ..., recordativae, ut 'limaverim'. SERV. gramm. IV 414, 25 in ... passivis verbis -a tempora, id est perfectum et plusquamperfectum, habere ulteriora -a (*sc. e. g. 'factus fui' vel 'fueram', v.* EXC. Bob. gramm. I 562, 38 sqq.). PRISC. gramm. II 446, 8 Graeci ... per *ξ* efferunt -um infinitum, ut *λέγω ἔλεξα* ...; nos quoque ... idem ... facimus in -is perfectis ..., ut rego rexi. *al.* **β** *cetera exempla* (*pauca selecta inde a* QVINT.): VARRO ling. 9, 104 quod ... 'luit' dicamus in -o et praesenti tempore. *ibid.* in -is u dicimus longum, 'plūit'. QVINT. inst. 1, 4, 29 *mutatur* 'fero' in -o. 1, 6, 26 'fero', cuius -um perfectum et ulterius non invenitur. *ibid.* quo modo ... 'quire' et 'urgere' ... in -a patiendi modo ... transibunt? GELL. 9, 6, 3 participia -i temporis (*al. et iuncturam* p. -um *v. vol. X 1, 502, 61 sqq.*). CHAR. gramm. p. 216, 17 infinita instantis temporis 'amare', -i 'amasse' (p. 217, 2. *al.; cf.* -um infinitum: PRISC. gramm. III 471, 28. -um infinitivum: DIOM. gramm. I 389, 29). p. 224, 14 tempora instantis et -i imperfecti (MACR. exc. gramm. V 618, 40 omnia -i t. *al.*). *vix recte trad. masc.* -us *pro subst.*: SERV. Aen. 8, 144 *v. vol. X 1, 18, 33* (praeterit⟨i us⟩us *Schoell; coni. alii alia; an intellegas* casus *coll. vol. III 583, 70 sqq.?*).

b *adverbia* (*locut. adv.*): CAPER gramm. VII 96, 15 'modo' -i est temporis. GELL. 10, 24, 10 ut 'die quarto' quidem de -o dicamus, 'die quarte' autem de futuro. PROB. inst. gramm. IV 154, 7 tempora adverbiis accidunt tria: ... -um 'heri'. VICTORIN. gramm. frg. p. 35, 12 cum 'iam dudum' ad tempus -um spectet. CHAR. gramm. p. 273, 17 (*e Romano*) 'protinus' trium temporum significationem capit, instantis ..., -i ..., futuri. CLAVD. DON. Aen. 1, 200 p. 47, 13 sq. *sim. al.*

II *transitive*: **A** *pro obi. est tempus* (*eius qualitas l. 62*): **1** *quod praetermittitur ab iis, qui eo non utuntur, fruuntur*: **a** *p. p. p.* -tus *vi passiva adhibitum: exempla certa*: RHET. Her. 2, 4, 7 an alia *occasio fuerit* melior, quae aut -ta sit aut non exspectata. Ov. epist. 19, 73 nocte ... hesterna lenior aura fuit; cur ea -ta est? (*sc.* nox; *an* aura, *ut ad p. 1021, 57 pertineat?*). *exempla ambigua* (*quae etiam ad IB trahi possunt*): CIC. ad Q. fr. 1, 3, 6 scio fuisse ... honestius moriendi tempus ...; sed non hoc solum, multa alia praetermisi, quae si queri velim -ta, nihil agam. PLANC. Cic. fam. 10, 4, 1 -ti temporis, *quo ad te non scribebam,* excusationem adfero, quod *eqs.* (COLVM. 1, 8, 14 cum emendatur *res neglecta, ... non* in tantum postmodum exuberat, ut ... quaestum ⌊t. -torum⌋ resarciat [⌊ ⌋ *om. loco gemino 11, 1, 28*]. PLIN. nat. 19, 103 *caepas quasdam sero satas* properare cum -ti t. pensitatione). **b** *formae ceterae* (*hucine p. 1014, 25 ?*): CELS. 3, 4, 18 *priusquam cibus detur,* utrum tot horae exspectandae sint, quot febrem habuerunt, an satis sit primam partem earum -iri (*et bis ibid.*). VET. LAT. II Macc. 15, 36 (rec. L, *sim.* M) ne ... diem istam infrequentatam -rent (*V* absque celebritate -ire, *X* transirent, *B* dimittere innotatum, *gr. ἐᾶσαι ἀπαρασήμαντον*). HIER. epist. 127, 1, 2 ut hucusque reticerem et biennium -rem silentio *nec de Marcella scriberem.*

2 *quod exceditur*: VARRO Men. 458 autumnitas in anni tetrachordo *μέσην* -ierat (*imagine artis musicae, v. vol. VIII 854, 48*). VET. LAT. IV Esdr. 5, 55 iam senescentis creaturae et fortitudinem iuventutis -ientis (*gen. absol., sed v. app. crit.*).

3 *quod transigitur*: CENS. 17, 15 quoniam CXX annos incolumis -isset populus Romanus, ad mille et ducentos perventurum *esse eum.* AMBR. in psalm. 118 serm. 17, 16 ut *anima* cursum vitae huius et transitum cum decore -at.

B *pro obi. sunt homines, quos fugit tempus fruendi, rei gerendae sim.* (*cf. p. 1023, 48 sqq.*): Ov. ars 1, 75 nec te -at Veneri ploratus Adonis (*i. dies festus, quo celebratur A.*) cultaque Iudaeo septima sacra Syro, *quin puellas cognoscere coneris.* VET. LAT. sap. 2, 7 vino ... nos impleamus et non -at nos flos temporis (*gr. παροδευσάτω*). Sirach 11, 20 (*var. l. Vulg.*) *dives* nescit quod tempus -at ⌊illum⌋ (*om. codd. plerique; gr. παρελεύσεται* [*αὐτόν add. recc. Orig. et Luc.*]). MAX. TAVR. 50, 1 l. 43 non -at nos dies absque ieiunio (*syn.* transeat). REGVLA mag. 31, 8 ne ... eos *fratres* ... hora *psallendi*

[Blundell]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-at (BENED. reg. 50, 4. VITA Caes. Arel. 1, 46 sine ... meditatione [*syn.* transibat]).

CAPVT TERTIVM: *cum* ***quolibet*** *respectu, sc. transfertur ad actiones*:

I *neglegendi, fugiendi, omittendi sim.* (*cf. vigente vi locali p. 1012, 3 sqq.*): **A** *structura communi -unt qui (aliquid) neglegunt* (*fere animantes, sed res saepius sub 1d, ceterum e. g. l. 24 p. 1020, 51*): **1** *generatim*: **a** *non faciendo, non peragendo; pro obi. est*: **α** *structura verbalis (inducens fere verba dicendi vel scribendi): inf.* (*iterandus est e contextu l. 12 sq.*): PLAVT. Merc. 403 verum, quod -ii dicere, neque illa ... sequi poterit *eqs.* (HIST. AVG. trig. tyr. 14, 3). PETRON. 49, 7 aliquis oblivisceretur porcum exinterare? non ... illi ignoscerem, si piscem -isset (*sc.* exinterare). APVL. met. 3, 23, 5 quod sciscitari paene -vi. RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 66, 1 commemorare (*Migne gr. 35, 476^{C} σιωπῶ λέγειν*). hist. 3, 5, 7 explicare (*gr. παρελθών*). CASS. FEL. 48 p. 125, 2 si hanc passionem curare (curari *var. l.*) -ierunt. *al.* quin: CAES. Cic. Att. 9, 6^{a} -ire ... non potui, quin ... scriberem ad te *eqs.* SALL. Catil. 53, 6 quos (*i. Caesarem et Catonem*) quoniam res obtulerat, silentio -ire non fuit consilium, q. utriusque naturam ... aperirem (*per confusionem structurarum pertinet simul ad b*). **β** *acc.* (*huc vergunt p. 1016, 42 sqq.*): TER. Hec. 878 an temere quicquam Parmeno -at, quod facto usus sit? (*sim.* RHET. Her. 4, 41, 53 [*opp.* factum *est*]). CIC. Quinct. 68 quod officium ... commemorari procuratoris potest, quod ab Alfeno -tum esse videatur? (PLANC. Cic. fam. 10, 4, 1. *cf.* CIC. fin. 4, 56 quod alia peccata ... pauciores quasi numeros officii -rent). Verr. II 2, 120 quod ... genus pecuniae cogendae -iit? (*ibid. iterum.* Planc. 36 cum ... nullum g. acerbitatis praetermitteret, hoc tamen unum -eundum putarit. Phil. 3, 4 crudelitatis). fam. 10, 28, 3 nihil ... sceleris, nihil crudelitatis. OV. fast. 2, 555 -ti tumulis redduntur honores. PAVL. FEST. p. 73 delinquere est praetermittere, quod non oportet -iri. VELL. 1, 17, 7 -to ... eo, in quo eminere non possumus. CELS. 2, 12, 2^{A} alvus ... ducenda est; quod ... video plerumque ... -iri. 3, 18, 7 auxilium. COLVM. 11, 2, 90 quae -ta erunt *diebus* superioribus, opera consequi oportebit (*sim.* 11, 2, 93 [*opp.* peragi]). PETRON. 130, 7 balneo ... -to ... unctione usus *sum* (*vix ad p. 1016, 20, tamquam balneum velut tempus aut eventus quidam transire possit*). VLP. dig. 28, 8, 7, 3 quae *in funere* sine piaculo non possunt -iri. TERT. paenit. 12, 7 *peccator* -bit illam *exomologesin*? *al.*

b *non commemorando, tacendo sim.* (*aliter sub II; ceterum cf. p. 1022, 70. 1023, 4*; non -o dicere [quin dicam] *sim. v. l. 8 sqq.*). *de notione*: SYNON. Cic. p. 436, 15 omitto. -o. reticeo. sileo. *eqs.* GLOSS. ^{L} I Ansil. PR 1093 taceo. 1096 non dico. *al.; cf.* PORPH. Hor. epod. 5, 49 ('tacuit') silentio -ire potuit. *variat in contextu maxime cum* relinquere RHET. Her. 4, 27, 37 CIC. Verr. II 3, 106 Sest. 13. *al.,* praetermittere Cic. Verr. II 1, 32 Brut. 251 part. 74. *al.,* silere CIC. Verr. II 1, 33 PLIN. epist. 1, 14, 9. *al.,* omittere CIC. prov. 6 Balb. 43 nat. deor. 1, 119 TAC. ann. 3, 18, 3. *al.,* tacere CIC. Phil. 13, 28 SEN. dial. 11, 16, 3. *al.,* transire PLIN. epist. 8, 21, 4 PANEG. 10, 6, 2 *et sim. al., fere opponuntur e. g.* dicere RHET. Her. 2, 28, 45. 3, 6, 12 CIC. inv. 1, 30 Att. 1, 5, 5. *al.,* attingere CIC. inv. 1, 30 S. Rosc. 123 QVINT. inst. 3, 6, 28. *al.* *iuncturae abundantes potiores*: silentio -o CIC. Sull. 62 leg. 1, 63 ad Brut. 23, 1. *al.* SALL. Catil. 53, 6. VAL. MAX. 4, 1, 14 (*loco corrupto*). PHAEDR. 3, 13, 16. *et saepe,* tacitus -o CIC. inv. 1, 12 Marcell. 1 PANEG. 10, 6, 2. *al.,* hoc tacitum -o QVINT. inst. 10, 1, 92 CLAVD. carm. min. 26, 8. *al.; notandum*: PALLAD. hist. mon. I 49 p. 332^{D} veluti -eundo transire ... *et* -ire (*gr. p. 155, 3 ὑπεριδόντας ... καταρρῖψαι*).

α *cum obi. acc. solo* (*pron. praepar. v. sub γ*): Ⓘ *indicatur omissio ipsius loquentis vel scribentis* (*saepe in figura rhet. praeteritionis, quam testantur*: RHET. Her. 4, 27, 37 [*definitur* occultatio, *v. vol. IX 2, 374, 64*]. CIC. orat. 135 [*inter* orationis lumina] cum aliquid -euntes, cur id faciamus, ostendimus. *al.; v. etiam p. 1020, 52. 1021, 29*): Ⓐ -ii: ENN. frg. var. 40 quid scarum -ii, cerebrum Iovis paene supremi? (*v. vol. X 1, 47, 50*). CIC. Verr. II 2, 87 etiam, quod paene -ii, capella quaedam est *eqs.* (Cluent. 138. de orat. 3, 52 quas *partes* modo percucurri vel potius p. -ii. Att. 6, 3, 5. *al.* AVSON. Symm. epist. 1, 32, 5. *cf. p. 1021, 5. 6, sed vix* ENN. *supra*). 3, 80 illud, quod -ii, non omnino relinquendum videtur. Att. 12, 7, 2 et, ⌞quod -ii⌟, Dolabella *veniet* (⌞ ⌟ *item per parenthesin*: ad Q. fr. 3, 1, 13 [paene *add. Wesenberg praeter necessitatem*]. APVL. apol. 53, 1). Att. 1, 5, 5 quae dicenda fuerunt de te, non -ii. VARRO ling. 9, 7. *al.* Ⓑ -o: CIC. S. Rosc. 94 permulta sunt, quae dici possunt ...; quae ... -o *eqs.* Cluent. 41 multa -o consulto (Manil. 26 prov. 22 Att. 5, 1, 4. *al.* MIN. FEL. 10, 1 SYMM. or. 2, 26. *al.*). Verr. II 3, 106 audistis haec ..., quae ... omnia -o et relinquo; nihil de luxuria ... loquor *eqs.* Mur. 33 mitto proelia, -o oppugnationes. Flacc. 63 neque ... te, Massilia, -o (*item negatum in apostrophe*: Ov. am. 3, 6, 45 fast. 5, 729. *cf. p. 1020, 7*). Phil. 13, 10 *cum Antonios* compello, -o animo ex grege latrocinii neminem. fin. 5, 14 multos, in his ... Hieronymum. *al.* VERG. georg. 4, 148 haec ipse ... -o atque aliis post me memoranda relinquo (LYDIA 49. *al.*). HOR. sat. 1, 10, 88 te dicere possum, Pollio, *aliosque* ..., quos ... prudens -o. *sim. saepe.* Ⓒ -am: CIC. Verr. I 11 cuius ut adulescentiae maculas ... -am, quaestura ... quid aliud habet in se, nisi *eqs.?* (Tusc. 4, 76. *al.* VAL. MAX. 9, 15, 1. SEN. dial. 11, 16, 3 omnia alia exempla. nat. 6, 16, 2 epist. 74, 14. COLVM. 3, 18, 3 incommoda ista. PLIN. nat. 2, 220 nihil. *et saepe*). CAES. civ. 2, 32, 11 *nostram* fortunam cur -am? Ov. fast. 6, 319 -am referamne ... dedecus? MANIL. 1, 769 nec te, Mavortia virgo, -am. *al.* Ⓓ -bo: CIC. Verr. II 1, 32 omnia -bo, quae mihi turpia dictu videbuntur. 4, 131 illa, quae leviora videbuntur, ... -bo. Phil. 14, 31 duo ... non -bo, quae maxime occurrunt (*item negatur*: LIV. 45, 23, 11 id quod gravissimum est. SEN. benef. 3, 26, 1 exempla. epist. 8, 10 PLIN. nat. 10, 126. *al.*). SEN. dial. 3, 4, 2 cetera. 7, 3, 2 aliorum ... opiniones. *al.* Ⓔ *gerund.* (*saepe negatum*): CIC. Verr. II 1, 155 non ... -eundum est ne id quidem (Flacc. 7. nat. deor. 2, 131 multa -eunda sunt. NEP. Paus. 4, 3 Lys. 4, 1 PLIN. nat. 9, 89. *et saepe*). 4, 97 mihi non modo breviter de uno quoque dicendum, sed etiam -eunda videntur esse permulta (Cluent. 134 non ... mihi exemplum ... P. Africani -eundum videtur. Sull. 62 CAES. Gall. 7, 77, 2. *al.*). Flacc. 34 litterae, quas ... -eundas puto (CYPR. epist. 73, 4. *al.*). Brut. 273 nec ... Caelium -eundum arbitror (REG. eccl. Carth. l. 548. *al.*). CAES. Gall. 7, 25, 1 quod ... -eundum non existimavimus. Ov. fast. 6, 418 (*sine copula ut* VELL. 2, 9, 1. *al.*). *al.* Ⓕ -ire non possum *sim.* (*cf. l. 30*): CIC. Cluent. 139 istam rem ... -ire non potui (SEN. contr. 2, 1, 36 HIST. AVG. Prob. 24, 2). Marcell. 1 tantam ... mansuetudinem ... tacitus -ire nullo modo possum (leg. 1, 63 SEN. contr. 9, 4, 19 suas. 4, 4. VAL. MAX. 3, 2, 22 ne Acilium quidem -ire possumus. SEN. dial. 10, 20, 3. *al.*). Phil. 13, 27 Decidium -ire qui possum? ad Brut. 23, 1 excellentiam non queo silentio -ire. Ⓖ *exempla cetera*: RHET. Her. 3, 6, 12 *nos* vereri, ne ... plura -amus. 4, 56, 69 in his libris nihil -tum est rhetoricae praeceptionis. CIC. inv. 2, 9 sin ... temere aliquid ... -isse ... videbimur. S. Rosc. 123 quae -iri nullo modo poterant, ea leviter ... attigi. Verr. II 1, 33 damna, dedecora ... -antur. Cluent. 6 si quid erit -tum, ... requiratis. Sest. 13 haec ita -amus, ut tamen ... respectantes relinquamus. Brut. 242 ne quem ... -isse videamur. ac. 2, 45 ut nihil in -tis relinquamus. *al.*

Ⓘ *indicatur omissio alterius atque eius, qui loquitur vel scribit* (*exempla attulimus post* Ov. *selecta*): TER. Ad. 14 qui *locus Diphili* -tus neglegentia est *a Plauto* (*cf. 10* locum reliquit integrum). RHET. Her. 1, 9, 14 *in narratione* id, quod neque obest neque adiuvat, satius est -ire (*sim.* CIC. inv. 1, 28 -bitur). *al.* CIC. inv. 2, 34 hoc loco -to et, cur -atur, demonstrato. leg. agr. 2, 38 *legis lator* timuit, ne quid -ret; ascripsit 'aliudve quid'. de orat. 2, 110 ut referundis -tis verbis id scriptum ... suppleatur (*antea*: verba quae desunt suggesta sunt). part. 74 quo *genere viri* breviter ... laudato, aut, si erit infame, praetermisso, si humile, vel -to vel ad augendam ... gloriam tacto. off. 2, 86 quas res a summo philosopho -tas arbitror, quod essent faciles. *et saepe.* VARRO ling. 7, 2 *in interpretatione carm. Sal.* videbis ... -ta[m] obscura[m] multa. rust. 2, 9, 16. Ov. met. 12, 538 Tlepolemus ... dolorem -ti Alcidae *in narratione Nestoris* tacito non pertulit ore. SEN. contr. 7, 7, 10 *declamator quidam,* quidquid poterat tuto relinquere, -iebat (-ierat *var. l.*). SEN. dial. 10, 12, 8 *mimi vitia* plura ... -unt quam fingunt. SVET. Aug. 88 *orthographiam neglegens* non litteras modo sed syllabas aut permutat aut -it (CONSENT. gramm. p. 27, 10 ecthlipsis est, cum concursus vocum ... -it syllabas *eqs.*). FRONTO p. 91, 10 (*affertur Cato orat. 169*) haec forma *παραλείψεως* nova *est* ...; iubet enim *Cato* legi tabulas et, quod lectum sit, iubet -iri. CYPR. unit. eccl. 12 p. 220, 6 interpretes falsi extrema ponunt et superiora -unt, partis memores et partem subdole comprimentes (*cf. in eadem re e. g.* FILASTR. 45, 6 *Marcion capitula quaedam sacrae scripturae* -it ..., *alia* accipit). AMM. 29, 1, 15 qui gesta -it sciens (*postea*: qui numquam facta fingit). HIER. adv. Pelag. 1, 37 l. 1 in deuteronomio, qui liber -torum enumeratio est. MART. CAP. 5, 509 'alucinari' ... similiaque *verba obsoleta* -ientes (-euntes *al. var. ll.*) utemur his, quae consuetudo recipiet. *et saepe.* *gen. plur. p. p. p.* -torum *pro subst. neutr. vel masc. in appellandis libris paralipomenon* (*cf. vol. X 1, 305, 18 sqq.; aliter l. 58*): HIL. in psalm. 118 nun 11 p. 481, 14 in secundo -torum libro (HIER. epist. 18A, 1, 2 LIB. geneal. chron. I p. 193, 568). 131, 11 p. 670, 14 historia Regnorum et -torum.

β *singulariter cum acc. dupl. sec.* celare *sim.*: AMBR. epist. 10, 77, 1 quia nihil sanctitatem tuam soleo (solet *var. l.*) eorum -ire, quae hic te gerantur absente, scias *eqs.*

γ *pro obi. accedunt structurae variae*: Ⓘ quod *vel* quia: RHET. Her. 4, 27, 37 illud -o, quod te tribuni rei militaris infrequentem tradiderunt (*item*: CIC. Phil. 13, 13 Att. 1, 19, 3. QVINT. decl. 261,5 [praeterea *trad.*]. FIRMIL. Cypr. epist. 75, 15. *et saepius. cf.* CIC. Catil. 1, 3 illa nimis antiqua -o, q. GREG. M. moral. 2, 27 hoc ..., q.; *sine pron. praepar.*: CIC. Cluent. 188 -o, q. *eqs.* BELL. Hisp. 10, 2 suo loco -tum est q. [praeterritus *trad.*]. SYMM. or. 2, 19 AMM. 16, 10, 12. *al.; cf. p. 1021, 8*). AMBR. hex. 3, 5, 20 non -imus, quia *eqs.* (AVG. c. adv. leg. 1, 23, 49 illud ..., q.

[Blundell]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

[*item, sed fort. interpol.*: VITA Hil. Arel. 32 l. 11). Ⓘⓘ *acc. c. inf.*: CIC. S. Rosc. 75 -o illud, quod mihi maximo argumento ... poterat esse, in rusticis moribus ... maleficia gigni non solere (*item cum pron. praepar.*: Verr. II 5, 21 Flacc. 7 PLIN. nat. 21, 182. *intellegitur ex enunt. relat.*: PLIN. epist. 1, 7, 6 paene -ii, quod minime -eundum fuit, accepisse me careotas. HIST. AVG. Aurelian. 35, 1). Att. 5, 4, 4 paene -ii chartam tibi deesse. NEP. Att. 13, 6 nec -bo ..., cum ... lautus esset eques ..., [scimus] non *prodigum eum fuisse* (*Guillemin* ⟨quod⟩ quom ... scimus *legens ad p. 1020, 72 refert*). Ov. fast. 3, 697 (*Idibus Martiis*) -turus eram gladios in principe fixos (*si subaudias* esse). PLIN. nat. 37, 204. Ⓘⓘⓘ *enunt. interrog.*: CIC. Verr. II 5, 38 mitto ... et -o, quid tum sit actum. Manil. 34 haec qua celeritate gesta sint ..., a me in dicendo -eunda non sunt (*ad structuram prolepticam v. Hofmann-Szantyr p. 472*). *al.* Ov. ars 3, 612. QVINT. inst. 4, 2, 125 ne illud quidem -bo, quantam *eqs.* AVG. in euang. Ioh. 64, 4. *al.* Ⓘⓥ *oratio recta*: CIC. leg. 2, 60 haec praeterea sunt in legibus: ...; 'ne sumptuosa respersio ..., ne acerrae' -antur (a. praeferantur' *Manutius*). Ⓥ *praepos.* de: CIC. Verr. II 5, 16 de Apollonio ... -iri potest? SALL. Iug. 4, 2 cuius de virtute quia multi dixere -eundum puto (*nisi ad δ*). TERT. adv. Marc. 5, 11 p. 614, 11 -o hic et de alia epistula, quam *eqs.* HEGES. 5, 16, 1 p. 326, 11 HIER. in Gal. 1, 17 p. 328[C].

δ *obi. e contextu supplendo vel absolute* (*cf. l. 18*): CIC. inv. 1, 12 *Hermagoris* peccatum reprehendendum videtur ..., ne ..., si taciti -ierimus, sine causa non secuti putemur. Phil. 13, 30 quid ... viros commemorem? ... magis vereor, ne longum me in enumerando, quam ne ingratum in -eundo putetis. fam. 5, 12, 8 -ant, si quid reprehendendum est. *al.* SEN. contr. 7, 5, 8 ne modum excedam, -bo. PLIN. nat. 29, 61. TAC. ann. 3, 18, 3 Messalinum ... Asprenas ... percunctatus est, an prudens -isset (*antea*: omiserat ... Claudii mentionem). FRONTO p. 89, 5 sq. ita orationem tuam figurasti, quam figuram Graeci *παράλειψιν* vocant, ut -eundo tamen diceres et dicendo tamen -res. *al.*

ε *evadendo, evitando* (*cf. p. 1012, 34*): TER. Hec. 419 o fortunate, nescis quid mali -ieris, qui numquam es ingressus mare. PVBLIL. sent. P 29 poenam ⟨m⟩orat⟨ur⟩ improbus, non -it. CASS. FEL. 35 p. 75, 21 sic ... innoxie chirurgia adhibetur et metus praefocationis -tus est (-itur *var. l.*). ISID. Goth. 42 chron. II p. 284, 28 ut ne unus quidem superesset, qui ... excidium -ret.

ζ *parcendo, non laedendo sim.* (*saepius de rebus infestantibus, quas vix ad B trahas; cf. p. 1012, 4*): NOVIVS Atell. 54 si percontassem, malum hoc me -isset. SEN. Phaedr. 822 raris forma viris ... impunita fuit; te melior deus tutum -at. dial. 11, 11, 3 neminem -bunt *fata* (*cf.* nat. 6, 1, 13 [*respiciuntur terrae motus*] circumit fatum, et, si quid diu -it, repetit; quaedam rarius sollicitat *eqs.*). 12, 13, 3 quem non violaverit *libido* ..., omnis alia cupiditas intactum -bit. QVINT. decl. 381, 1 *filiam* non immerito -tam *esse accusatione*. PLIN. paneg. 94, 3 *tempore Domitiani* inconcussus stetit *Traianus*: -tus est a pessimo principe, qui ⌞-iri⌟ ab optimo non potuit (perterr- *var. l. utrobique*; ⌞⌟ *spectat ad 2a*). TERT. anim. 58, 5 Dionysii tormenta -unt *animam philosophi*. VET. LAT. sap. 1, 8 *iniquus* non potest latere nec -iet illum corripiens iudicium (*gr. παροδεύσῃ*). CYPR. epist. 60, 3 (*opp.* lacessere). AMM. 27, 12, 4 ne quid intemeratum perfidia -ret. *al.* *-untur scelera sim., quae non puniuntur* (*cf. p. 1024, 32*): PVBLIL. sent. I 9 invitat culpam, qui peccatum -it (VET. LAT. Sirach 23, 2 [Rufin. Orig. in psalm. 38 hom. 2, 7] ut ignorationibus meis ... non parcatur et peccata mea non -antur [*gr. πάρῃ, Vulg.* pareant]). PS. QVINT. decl. 12, 12 populus ... inpunitum nefas sine lapidibus *non* -bit. VET. LAT. Mich. 7, 18 (Tert. adv. Marc. 4, 10) *deus* -ens iniustitias (*gr. ὑπερβαίνων, Cypr. testim. 3, 20* transgrediens, *Vulg.* transis). *al.*

η *variis modis non curandi, non utendi, non observandi sim.*:
α *cum obi. acc. rerum* (*suppl. e contextu l. 67. 71 [e struct. partit. p. 1022, 16], explicatur per enunt. secund.* ORIG. in Matth. 14, 4 p. 281, 21 nec illud -as, quoniam non dixit *eqs.*): Ⓘ *-untur varia*: CIC. inv. 2, 18 aliquod commodum maioris adipiscendi commodi *causa* ... -itur. S. Rosc. 131 aliquid imprudentia -iri (*postea*: Sullam ... aliqua animadvertere non potuisse). Brut. 88 ut nulla fere pars orationis silentio -retur (*i. sine plausu*). *al.* CINC. Gell. 16, 4, 4 auspicium ..., quod sine piaculo -ire non liceat. HOR. ars 342 (*per imaginem suffragii ferendi*) celsi -unt austera poemata Ramnes (*non legendo ut*: MART. 1, 25, 4 opus, quod ... *non* sileant nostri -antque senes. 13, 3, 8 -as, si quid *eqs.*). Ov. am. 3, 1, 22 tua -to facta pudore refers (trist. 2, 410). epist. 21, 179 tuas ... aras (*sc. Dianae, syn.* spreta est; *cf. p. 1022, 24*). MANIL. 2, 369. PETRON. 60, 9 imaginem ... Trimalchionis, cum iam omnes basiarent, erubuimus -ire. PLIN. nat. 18, 251 (*loq. natura*) *cicindelas tibi* ostendo ac, ne possis -ire, miraculo sollicito. *al.* Ⓘⓘ *-untur iussa, mandata, leges sim., quae non observantur* (*cf. p. 1022, 39, ceterum iam* CIC. *p. 1019, 22*): VET. LAT. exod. 32, 7 (Barnab. 4, 8. *al.*) ⌞-iit legem⌟ populus tuus ([⌞⌟ *gr. ἠνόμησεν, Vulg.* peccavit]. IREN. 4, 8, 3 [*opp.* l. adimplentes]. HIER. in Os. 6, 6 l. 153. *al.; part. praes. pro subst.*: VET. LAT. psalm. 70, 4 [Aug. *ad l.*] de manu legem -euntis *erue me* [*gr. παρανομοῦντος, cod. 300 = Vulg.* contra lege⟨m⟩ agentis]. 85, 14 [cod. 300. *al.*] -euntes l. insurrexerunt super me [*gr. παράνομοι, Vulg.* iniqui]. lev. 6, 2 (Rufin. Orig. in lev. 4, 2) anima quaecumque peccaverit et -ens -ierit praecepta domini ([*gr. παριδὼν παρίδῃ, cod. 100* dispiciens dispexerit; *aliter Vulg.*]. Tob. 4, 6 [Cypr. eleem. 20. *al.; gr. παραβῆναι, Vulg.* praetermittas]. CYPR. epist. 74, 3 solvit et -it. *al.*). num. 22, 18 (cod. 100) non potero -ire verbum ... dei ([*gr. παραβῆναι, Aug. quaest. hept. 4, 48* praevaricare, *Vulg.* immutare]. I reg. 15, 24 [Lucif. reg. apost. 2] peccavi, quoniam -ivi v. domini [*gr. παρέβην, Vulg.* praevaricatus sum]. *al.*). II par. 24, 20 (Orig. in Matth. 17, 9. *sim. al.*) quare -itis mandata domini? ([*gr. παραπορεύεσθε, Cypr. epist. 59, 17* dereliquistis, *Vulg.* transgredimini]. Luc. 15, 29 [cod. 3. *al.* = VVLG.; *gr. παρῆλθον, cod. 2* egressus sum]. LVCIF. Athan. 1, 13 l. 72 AMBR. fug. saec. 8, 46. *et saepius*). TERT. adv. Marc. 4, 27 p. 514, 25 *doctores legis* potiora legis -euntes incusabat *Christus*. PS. PHILO antiq. 6, 12 si quis -ierit ex his omnibus verbis (*sc. quoddam verbum ex his o.*). AVG. in Gal. 42, 17 *Christum* carnales observationes ... -ire atque contemnere. COD. Theod. 6, 28, 4 quae definitio si fuerit -ta (*cf. Cod. Iust. 12, 21, 1* fuerit ... contempta). 16, 10, 13 pr. quae olim constituta sunt, ... non audeant -ire (*opp.* custodire). MAX. TAVR. 66, 1 qui constitutum numerum *dierum, quibus ieiunare oportet,* una die manducando -it, ... totius quadragesimae transgressor arguitur. *al.*

β *cum obi. acc. animantium*: Ov. met. 8, 278 solas sine ture relictas -tae cessasse ferunt Latoidos aras (-tas *var. l., cf. p. 1021, 68. item -untur dei, quorum cultus neglegitur*: fast. 5, 312 me *Floram* ... Romani -iere patres [praeripuere *var. l.*]. HYG. fab. 172 Dianam. TERT. bapt. 2, 3 eum *deum. al.*). 11, 646 -it hos *filios et* ... unum Morphea, qui peragat ... edita, Somnus eligit. fast. 1, 43 Numa nec Ianum nec avitas -it umbras *in mensibus appellandis*. SEN. benef. 2, 26, 2. 4, 10, 5 indignum -bo, ... viro bono dabo. 5, 21, 3 ingratos (*cf. 5, 21, 2* transibo). STAT. Theb. 11, 719 imperii potiare bonis altusque iacentes -as (SCHOL. despicias). MART. 7, 86, 5 sum -tus (*opp.* vocabar). SVET. Aug. 41, 2 pueros (*in congiariis dandis*). VET. LAT. num. 5, 12 (cod. 100) maritum si -ierit mulier et despexerit ... et dormierit aliquis cum ea (*gr. παραβῇ, Aug. loc. hept. 4, 8* praevaricata fuerit, *Vulg.* erraverit). CYPR. epist. 69, 6 p. 756, 2 (*ad Matth. 10, 5 sq.*) *Christus discipulos* ad Iudaeos prius mittens gentiles adhuc -iri iubet (-ire *var. l.; cf. postea*: omitti). *al.*

γ *sine obi.* (*nisi ἀπὸ κοινοῦ positum intellegas l. 51; accedunt praepos. l. 43. 45 [cf. p. 1012, 45], inf. fin. l. 44*): Ⓘ *-unt inoboedientes, praevaricantes* (*cf. p. 1021, 72*): VET. LAT. num. 5, 20 (cod. 100; *ad adulteram, v. l. 33*) si ... -isti sub marito agens vel tu inquinata es (*gr. παραβέβηκας, Vulg.* declinasti a viro. *sim.* 5, 29 [*ibid.; gr. et Vulg. sim. ac supra*]). deut. 28, 14 (Aug. quaest. hept. 5, 48) non -bis ab omnibus verbis *meis* ... dextra aut sinistra ire post deos alienos (*gr. οὐ παραβήσῃ ἀπό, cod. 100* non transibis ab, *Vulg.* non declinaveris ab). Luc. 5, 5 (cod. 5) in tuo ... verbo non -bo (*gr. ibid. ἐπὶ δὲ τῷ ῥήματί σου οὐ μὴ παραχούσομαι, aliter cett.*). BARNAB. 9, 4 (*gr. παρέβησαν*). ORIG. in Matth. ser. 132 p. 268, 24 haereses -euntes et declinantes esse (*ad* Matth. 27, 39 -euntes ... blasphemabant eum, *ut al. ibid.*). Ⓘⓘ *-unt non curantes, non attendentes*: PS. AVG. serm. ed. Caillau 1, 7, 17 (*rubus ardens, exod. 3, 2, comparatur cum igni gehennae*) vae vobis, peccatores, qui haec -euntes auditis.

2 *speciatim -untur quorum ratio non habetur*: **a** *in honoribus publicis conferendis, in ordine civium constituendo sim.* (*huc pertinere videtur tit. fab. Atellanae* Pappus -tus *et* POMPON. *et* NOVIO *ascriptus; in pap. gr. forma προαιτέριτος* [*vel πρε-, προ-*] *de militibus, qui commeatum non acceperunt, v. e. g. Daris, Less. Lat. nel Greco d' Egitto, 1971, s. v.*): PLAVT. Trin. 1036 ambitio iam more sanctast; ... petere honorem pro flagitio more fit; ... strenuiores (*Leo,* strenuos *trad.,* strenuosos *Loewe*) -ire more fit. CIC. Vatin. 38 *candidatum praetorium* C. Alfium -tum *esse*. Planc. 8 *populus* solet nonnumquam dignos -ire. 14 *cum* -tus erit is, qui non debuerit -iri (*opp.* qui factus erit). 51 *quosdam* scimus aedilitate -tos consules esse factos. Tusc. 5, 54 bonus vir ... suffragiis -itur (*postea*: repulsam fert). *al.* CAEL. Cic. fam. 8, 9, 5 (*postea*: non fecit). CAES. civ. 1, 6, 5 *in provinciis assignandis quidam* privato consilio -untur neque eorum sortes deiciuntur. LIV. 5, 14, 2 quos -eundi verecundiam crederent fore. 6, 40, 18 utrumque ... -ire (*opp.* creari). 33, 27, 9 Boeotarchen ... Brachyllem quendam ... fecerunt, -tis Zeuxippo ... aliisque. *al.* SEN. contr. 1, 3, 4 (*in Vestalibus eligendis*). VAL. MAX. 9, 3, 6 dedicatio aedis ... centurioni data est, -tis consulibus. SEN. clem. 1, 9, 8 (*in sacerdote creando*). *al.* *in lectione senatus* (*in recognitione equitum* SVET.; *-untur quorum nomina in recitatione omittuntur; ad rem v. O'Brien Moore, RE Suppl. VI 687 sq.*): CIC. dom. 84 patrem tuum ... censor ... -iit (-it *var. l.*) in recitando senatu (SCHOL. Cic. Bob. p. 132, 22 in s. r. *cf.* ASCON. Pis. p. 16, 7 in s. legendo. SVET. Cal. 16, 2 *equitibus aliis* palam adempto equo ..., *aliorum* nominibus modo in recitatione -tis). LIV. 9, 30, 1 prava lectione senatus, qua potiores aliquot lectis

[Blundell]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-ti essent. 40, 51, 1 tres eiecti de senatu; retinuit quosdam Lepidus a collega -tos. *al.* FEST. p. 246 (*bis; syn.* loco moti). VIR. ill. 66, 10.

b *in iure hereditario* (*-untur strictius sui heredes aliique quos testamento, ut ratum sit, nominari oportet, laxius quilibet a testatore neglecti; v. e. g. Wesener, RE Suppl. IX 1176 sqq.*): **α** *praemonenda quaedam: rem explicant*: GAIVS inst. 2, 123 sq. qui filium in potestate habet, curare debet, ut eum vel heredem instituat vel nominatim exheredet; alioquin si eum silentio -ierit, inutiliter testabitur ...; (124) ceteras vero liberorum personas si -ierit testator, valet testamentum, ⟨sed⟩ -tae istae personae scriptis heredibus in partem adcrescunt. INST. Iust. 3, 1, 12 liberis -tis, id est neque heredibus institutis neque, ut oportet, exheredatis. GLOSS. iurispr. *ἄδετ II* 35 *πραετέριτος· ἀπόκληρος.* 48 *πραετορί⟨τ⟩ου· ἀμνημονεύτου.* *abiit in sermonem gr. p. p. p. πραιτέριτος e. g.* NOVELL. Iust. 115, 3 pr. p. 538, 28 *et* GLOSS. *supra; cf. πραιτεριτεύω Theophil. inst. Iust. 2, 13 pr. p. 170, 2. 14. al.* *opponuntur e. g.* heredem facere CIC. Phil. 2, 41 IAVOL. dig. 38, 2, 34, (heredem) scribere QVINT. decl. 325, 10 PLIN. paneg. 43, 2 IVLIAN. dig. 37, 4, 13, 2. *al.*, (heredem) instituere IVLIAN. dig. 37, 4, 13, 1. 38, 2, 23 pr. *et saepe, etiam* exheredare POMPON. dig. 37, 7, 4 AFRIC. dig. 28, 2, 14 pr. *al.* *accedunt abl.* silentio GAIVS inst. 2, 123. 3, 67 TRYPH. dig. 29, 1, 41, 3. *al.* (*cf.* taciturnitate: COD. Iust. 6, 28, 4, 5. 7, 15, 3, 1), testamento VAL. MAX. 7, 7, 4. 7, 8, 4 IVLIAN. dig. 37, 4, 13, 2 GAIVS inst. 3, 67. *al.* **β** *conspectus locorum* (*selectorum inde a* IAVOL.): CIC. Phil. 2, 41 *Rubrius* fratris filium -it, Q. Fufi *filium ...*, quem palam heredem semper factitarat, ne nominat quidem, te ... fecit heredem. VAL. MAX. 7, 7, 2 *quidam* testamentum ... patris, quo -tus erat, ... rescidit (*item -untur liberi iam nati*: 7, 7, 4. IVLIAN. dig. 37, 4, 13, 1 *nepotem* heredem instituit -ito altero filio. *al.* POMPON. dig. 28, 6, 16, 1. *et saepe*). 7, 8, 4 testamento fratris. 7, 8, 7 *quidam inimicum suum* -tis advocatis ... suis solum heredem reliquit. QVINT. decl. 325, 10 obstiterit oportet pudor non ille -eundi (reperiundi *trad.*) aliquem propinquorum, -iit enim. PLIN. paneg. 43, 2 scriberis ab amicis, ab ignotis -iris. IAVOL. dig. 38, 2, 34 si libertus ... *patronum* alterum -iit, alterum ... fecit heredem (IVLIAN. dig. 38, 6, 2. POMPON. dig. 38, 2, 2 pr. si patronus a liberto -tus bonorum possessionem petere potuerit. GAIVS inst. 3, 40 olim ... licebat liberto p. suum impune testamento -ire. *al.*). POMPON. dig. 37, 7, 4 si pater ... *filiae* exheredatae vel etiam emancipatae et -tae legatum dederit (GAIVS inst. 2, 124 PAVL. dig. 5, 2, 19. *al.*). AFRIC. dig. 28, 2, 14 pr. si postumus ... -tus sit (GAIVS inst. 2, 131 filio p. VLP. dig. 28, 3, 12 pr. *al.*). APVL. apol. 97, 6 *ne putaretur* oblitus -isse *uxorem.* CIL XIV 1437, 8 fecit sibi et ... libertis ... praeter quos testamento meo -iero. *al.* *p. p. p. masc. pro subst.* (*sed* filius *sim. subaudiri potest e contextu praeter l. 43*): VLP. dig. 37, 4, 10, 6 *alii petitores* non exspectant, ut -ti possessionem accipiant. 37, 5, 14 pr. cum -tus iure suo non utatur. PAVL. dig. 37, 4, 4, 3. NOVELL. Valent. 21, 2, 6 sibi ... -ti competere ... actionem. *al.*

B *structura inversa -unt quae negleguntur, sc. res quae (aliquem) fugiunt* (*animantes p. 1024, 20 sqq.; mala, quae aliquem non infestant, ad A1d traximus; usurpatur iuxta structuram communem l. 72 sq.; ad subi. accedunt praedicativa p. 1024, 30. 31. 35. 44. 49*): **1** *eo quod non peraguntur, non subeuntur, vel non capiuntur*: **a** *cum obi. eius, quem quid fugit* (*vigente vi temporis v. p. 1018, 68*): PLAVT. Rud. 113 quem *servum* ero praesente -at oratio (*i. qui taceat, si recte explicavit Marx, 1928, ad l.; corruptum putant alii*). STAT. Ach. 1, 802 invisus ... deis, si quem haec nova gloria *belli* segnem -it. 2, 131 ad ensiferos ... tumultus aptabar nec me ulla feri Mavortis imago -iit. VET. LAT. Sirach 14, 14 non defrauderis a die bono et particula boni doni non te -at (*gr. παρελθάτω*). *pro subi. est inf.*: MANIL. 2, 203 nec te -at ... signa quae sint perspicere et propria deducere lege. **b** *sine obi.* (*cf. vigente vi temporali p. 1014, 40. 62*): IVVENC. 3, 137 manibus nam cura lavandis -iit (*subaudias* discipulos, *nisi praeferas var. l.* quos *pro* nam; *respicitur Matth. 15, 2*). REGVLA mag. 56, 20 opus dei non -at, sed agatur.

2 *eo quod ignorantur, non percipiuntur* (*fere mente, animo, sed potius sensibus e. g. p. 1024, 24. 29; occurrit passim in sententiis negativis, raro in affirmativis, v. l. 70. p. 1024, 12. 29. al.; de notione v.* QVINT. inst. 10, 1, 12 'scio': 'non ignoro' et 'non me fugit' et 'non me -it' *eqs.* [*plura praebent* CHAR. gramm. p. 411, 31 SYNON. Cic. p. 443, 7]): **a** *structura plena, sc. aliquid (aliquis p. 1024, 20) -it aliquem* (*pro obi. sunt fere pron., maxime* me *vel* te, *raro subst., v. p. 1024, 14. 23 et e. g.* NOVELL. Anth. 2, 1; *ordo sollemnis, qui est* me -it, *invertitur l. 75. p. 1024, 4. al.*): **α** *pro subi. est structura verbalis* (*accedit hic illic pron. praepar.*): Ⓘ *acc. c. inf.* (*vel inf. verbi impers.*): CIC. div. in Caec. 53 hoc te -it non id solum spectari solere. Verr. II 3, 11 neminem vestrum -it *eqs.* Cluent. 17 illud me non -it ... de turpitudine parentis dici vix oportere. Caecin. 98. 101 non me -it ..., tametsi ... permulta -o, tamen me longius esse prolapsum. fam. 13, 65, 1. PLANC. Cic. fam. 10, 8, 2 non me -bat *eqs.* LIV. 38, 17, 2 VAL. MAX. 3, 2 pr. COLVM. 1 praef. 28. 1, 6, 12. SCRIB. LARG. 38 non -it me. *al.*

Ⓘⓘ *enunt. interrog.*: CIC. leg. agr. 2, 57 hoc quantum iudicium, quam intolerandum ... sit, quem -it? fam. 1, 8, 2 te non -it, quam sit difficile *eqs.* POMP. Cic. Att. 8, 12[d], 2 BRVT. Cic. fam. 11, 9, 1 SALL. or. Macri 3 Ps. SALL. rep. 1, 4, 4 VAL. MAX. 1, 8, 7. SEN. nat. 3 praef. 1 non -it me. *al.*

Ⓘⓘⓘ quia: VET. LAT. II Petr. 3, 8 (Hier. epist. 140, 8, 4) unum hoc ne vos -at ..., quia una dies ... quasi mille anni (*gr. μὴ λανθανέτω, Vulg.* lateat). CHIRON 162 (*v. app. crit.*). Ⓘⓥ quod (*cf.* EVSTATH. *sub 3*): RVFIN. apol. adv. Hier. 1, 15 ut non te -at, quod creatoris ... fidem diximus.

β *pro subi. est subst. vel pron.* (*intellegendum e contextu l. 13. 20. al.; pron. praepar. v. supra*): Ⓘ *res*: CIC. Att. 2, 19, 1 nihil te ... -ret; ego fortasse *τυφλώττω.* MANIL. 3, 218 nec me vulgatae rationis -it ordo. SEN. contr. 9 praef. 1 circumspiciebam ..., num quid me -ret. PLIN. nat. praef. 18 multa esse, quae et nos -ierint. FRONTIN. grom. p. 34, 9 ne -a⟨t⟩ nos, illud etiam tractare debemus, si *eqs.* TERT. adv. Marc. 2, 25 p. 370, 12 deum ... aliquid subiecti -ire non posse (*syn.* latet). VET. LAT. III reg. 10, 3 (Ambr. off. 2, 10, 51) *nullum* verbum *Salomonis* -vit eam *reginam* (*sed gr. vice versa οὐκ ἦν λόγος παρεωραμένος παρὰ τοῦ βασιλέως*). Sirach 8, 11 non te -at narratio seniorum (*gr. μὴ ἀστόχει. cf. 8, 9* ne despicias narrationem). RVFIN. Orig. in Rom. 3, 7 l. 23 ut ... unius syllabae differentia ... non nos otiose -at. *al.* Ⓘⓘ *homines*: MANIL. 5, 383 nec te -ant, ... qui ... pascere aves ... gaudent. APVL. met. 6, 13, 3 nec me -it ... facti auctor. HERM. vulg. sim. 8, 2, 5 (*cf.* Pal.) ne quis te fallat considera; sed et si quis te -ierit *eqs.* (*gr. bis παρέλθῃ*). HEGES. 1, 8 p. 12, 18 dei oculum ... machinator sceleris -ire *non* poteram (*gr. 1, 84 λήσειν, Ps. Rufin. p. 600* laterent).

b *structura manca*: **α** *desideratur obi.* (*in falsa var. l.* -it *pro* me fugit CIC. Verr. II 3, 182 [*cod. V*]; *potius ad A pertinere videtur locus ambiguus* CLAVD. 20, 118): Ⓘ *cum subst.*: QVINT. decl. 388, 16 cur ... nemo clamantem audiit? ... in tanto tumultu ... -isse vocem non mirum est. AMM. 19, 12, 20 *portenta* inaudita -unt et incognita. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 3, 1 p. 351[C] ut nec ista res incontemplata -at, quod *eqs.* (*gr. μηδὲ τοῦτο παριδεῖν ἀθεώρητον*). *-unt scelera, quae non animadvertuntur i. non puniuntur* (*cf. l. 24*): VET. LAT. Sirach 23,2 (cod. 171) ut ... non -an⟨t⟩ peccata eorum (*cf. p. 1021, 51*). BOETH. cons. 4, 1, 3 quod, cum ... *deus* exsistat, vel esse omnino mala possint vel impunita -ant. Ⓘⓘ *cum acc. c. inf.*: AMBR. fid. 3, 14, 120 nec -it ... dixisse dominum *eqs.* hex. 2, 4, 17. spir. 2, 6, 48 (me -it *var. l.*). HEGES. 4, 14 non -iit ... legatione Gadarensium invitatum Vespasianum (*cf. gr. 4, 415 διεπύθοντο*).

β *desideratur subi.* (*aliter l. 13*): Ps. MAR. VICTORIN. gramm. VI 45, 9 idem *pes* et pygnomus a quibusdam, ne vos -at, vocatur. RVFIN. sent. Sext. 401 ne te -at et malo ingenio verba dei committas (*gr. μήποτε λάθῃς σαυτὸν ... μεταδιδούς*).

3 *eo quod tacentur, non commemorantur* (*sine obi. praeter* EVSTATH.): CIC. nat. deor. 3, 19 *non das* respondendi locum; itaque maximae res tacitae (tacite *var. l.*) -unt *eqs.* STAT. Theb. 1, 16 iam nunc gemitus et prospera Cadmi ⌞-iisse⌟ sinam: limes mihi carminis esto Oedipodae confusa domus (⌞ ⌟ *nisi subaudias* me, *ut ad A pertineat; Schol. ad H, 15* reticeo). SEN. contr. exc. 10, 2 virtutes nostrae silentio -issent (*cf. Sen. contr. 10, 2, 9* transissent). EVSTATH. Basil. hex. 3, 4, 13 nec illud nos -at indiscussum, quod ... adiecit historicus *eqs.* (*gr. παραδράμῃ*).

II *cursim attingendi, sc. -unt qui paucis verbis commemorant* (*variatur usus sub IA1b illustratus sec. imaginem p. 1013, 27 sqq.; in comparatione* CIC.; *fere pro syn. accedunt* transire AVG. *l. 64,* tangere BOETH. *l. 65,* praecidere ORIG. *l. 71, distinguitur* tacere *l. 63*): **A** *absolute* (*nisi obi. ἀπὸ κοινοῦ positum est l. 59 sqq.*): CIC. div. in Caec. 50 breviter, quoniam ... casu in eorum *adversariorum* mentionem incidi, quasi -ens satis faciam universis (*item part. praes.*: RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 214, 6 qualiter ... Christi -ens faciat mentionem). SCHOL. Hor. carm. 1, 12, 35 Romanos duces ... -eundo commemorat (*item abl. gerund.*: IVLIAN. in Iob 3, 14 vanitatem studiorum ... -eundo contigit). **B** *cum obi. acc.* (*pro obi. est enunt. interrog. l. 65, inf. l. 70*): PANEG. 10, 4, 4 quod ego cursim -o, video enim te ... oblivionem illius victoriae malle quam gloriam. HIST. AVG. quatt. tyr. 1, 1 minusculos tyrannos scio plerosque tacuisse aut breviter -isse ([*postea*: cursim perstrinxerat]. AVG. in psalm. 134, 3 [*postea*: cito transiero]. BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 10 p. 24, 2 quid ... dissertum sit, b. ipse tangit et -it. *al.*). RVFIN. hist. mon. 29, 1, 1 ea compendio -imus. AVG. in euang. Ioh. 27, 4 illud non neglegenter -eundum est, quod ait *eqs.* (in psalm. 104, 11 l. 7). in psalm. 77, 28 l. 9 quod non transitorie -eundum est (Ps. AVG. serm. ed. Mai 32, 2). 146, 1 l. 43 non sic -amus laudare dominum: dictum est et transiit; ... vita tua semper laudet *eum.* ORIG. in Matth. ser. 73 p. 173, 28 iniusti ... cursim dicunt '...' quasi praecidentes et -euntes crimina sua. *al.*

III *superandi, praecellendi* (*cf. p. 1011, 55; reflex. p. 1025, 17. 32; indicatur quanto p. 1025, 18. 27 et sub B, qua in re per abl. e. g. p. 1025, 7. 15,* in *c. abl. p. 1025, 27; syn.* vincere *p. 1025, 10. 16. 20, alia verba e. g. p. 1025, 23.*

[Blundell]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

31, opp. aequare *l. 19*): **A** *generatim*: **1** *potius cum respectu modi excedendi, ordinis relinquendi sim.* (*cf. p. 1014, 6*): VARRO ling. 5, 9 *in originibus verborum explicandis* quodsi summum (*i. quartum*) gradum non attigero, tamen secundum -bo; ... volui -ire eos, qui poetarum modo verba ut sint ficta expediunt. Ov. fast. 5, 304 iustum -it ira modum ([metum *var. l.*]. PARTHEN. epist. p. 4 m. epistolae -vi). Pont. 2, 2, 73 (71) -it ipse suos animo Germanicus annos (STAT. silv. 4, 4, 45 iuvenis facundia -it annos). VITR. 1, 1, 17 *quidam* -unt officia architectorum et efficiuntur mathematici. SEN. epist. 45, 7 *adulatio* non imitatur tantum illam *amicitiam,* sed vincit et -it. AMBR. in psalm. 118 serm. 15, 23 'supersperavi', quod de eo dicitur, qui semper addit ad sperandum ... extendens se semper ad superiora et ea, quae -iit, obliviscens (-it, -eunt *var. ll.; cf.* Phil. 3, 13 *p. 1016, 11*). **2** *potius cum respectu vincendi, praecedendi* (*fere praestantia quadam, sed pravitate* Ps. CIC., HEGES.; *sublucet hic illic imago certaminis, de quo v. p. 1011, 61*): VARRO rust. 1, 1, 10 hos *auctores* nobilitate Mago ... -iit. Ps. CIC. in Sall. 1, 2 ut *in peccando* neque ab alio vinci possit neque ipse se omnino reliqua aetate -ire. Ov. Pont. 4, 7, 51 tantum virtus alios tua -it omnes, ante citos quantum Pegasus ibit equos. VELL. 1, 17, 7 aut -iri aut aequari eos posse, *quos aemulamur.* IVV. 14, 214 *tu, avare, a filio* vinceris, ut Aiax -iit Telamonem, ut Pelea vicit Achilles (*cf.* SCHOL.: superaverunt). ARNOB. nat. 2, 19 p. 88, 5 *hominum animas* totum ... mundum et dignitate et substantia -ire. IVVENC. 3, 549 primorum meritum postremi transgredientur; ultima -ti capient vix praemia primi (*respicitur Matth. 19, 30*). AVSON. 93, 8 p. 347 ne quis Hylam caestu ..., ne cursu te, Lyce, -at (*gr. ordine inverso Anth. Palat. 11, 163, 5 παρέλθῃ, ... παρατροχάσῃ*). HEGES. 2, 8, 3 ut *Albinus procurator* sit praetergressus nequitiam superiorum, ita a successore ... in flagitiis longo ... intervallo -tus ac derelictus *est. al.*

B *speciatim in arte arithmetica -unt numeri numeros*: BOETH. arithm. 1, 27 p. 54, 5 *ut numeri* per eandem cuncti sequentiam sese minoris pluralitate -ant (*sc. 1 et 2, 2 et 4 eqs.; syn.* superet, supervadat, transcendant. *item reflexive*: 1, 31 p. 65, 20 qui *numeri* ... ternaria se quantitate -unt [*antea*: sese ... transgrediuntur]). 2, 37 p. 134, 7 VI ... quaternarium duobus, VIIII vero senarium tribus -unt. mus. 2, 9 p. 239, 4.

part. praes. praeteriēns *pro adi. v. maxime p. 1015, 17, pro subst. p. 1013, 39. 50. 1022, 1. al.*

part. perf. praeteritus *fere pro adi. vel subst. v. maxime p. 1015, 25, ceterum p. 1020, 33. 60. 1023, 40.*

adv. **praetereunter.** *i. q. modo praetereuntis, sc. rem cursim tractantis* (*cf. p. 1024, 51 nec non* transeunter): AVG. cons. euang. 3, 25, 74 p. 376, 5 quod non -r advertendum est (*item negatum iuxta gerund.*: in euang. Ioh. 41, 1 l. 4 non -r neque negligenter fuerat disserendum. 71, 3 l. 28. 118, 2 l. 2. virg. 21, 21 p. 255, 7 non mediocriter neque -r agendum est). epist. 9, 4 hoc ... si non vis ... -r accipere, versa id cogitatione, quantum potes.

deriv.: praeteritio, praeteritor, praeteritorie.

cf. Onom. (Praeteritus). *Blundell.*

praeterequito, -āre. *a* praeter *et* equitare. *i. q. equitando praeterire* (*cf.* equo praetervehi *vel* praevehi *p. 1042, 9. 1097, 43*): LIV. 3, 61, 9 *equites* libero spatio circumvecti ... *hostes fugatos* a castris avertunt -antesque absterrent (*sc. equitantes ante castra vel ante fugientes*).

praetereunter *v.* praetereo.

praeterfallio, -īvī *vel* -ii, -īre. *a* praeter *et* fallire (fallere, *v. vol. VI 1, 180, 70 sqq.*). *i. q. praetereundo fallere, deerrare*: LEX Sal. Merov. 17, 1 si quis alterum voluerit occidere et colpus -ierit (*cod. A2. al.*; -iverit *A3*; falierit *A1, unde vol. VI 1, 186, 23*; praetersallierit *ed. Heroldina, vix e cod.*). 17, 2 *v. p. 1041, 23.*

praeterfero, -lātum, -ferre. *a* praeter *et* ferre (*num verbum apud* LVCR. *omnino coaluerit, dubitari potest*). [*pro* praeferre *coni. Jan ad* PLIN. nat. 21, 10, *praeter necessitatem, v. p. 609, 82*]. *non nisi (medio-)pass.* -i *i. q. praetervehi, praeterire* (*cum obi. acc.* LIV.): LVCR. 4, 569 quae pars vocum non aures incidit ipsas, -ta perit. 5, 634 omnia signa (*i. stellae*) hanc *lunam* adipiscuntur circum praeterque feruntur. LIV. 21, 55, 9 latebras eorum *hostium* improvida -ta acies est (*ad structuram v. p. 611, 77 sqq.*). *Ramminger.*

***praeterfluo,** -fluxī, -ere. *a* praeter *et* fluere. *forma stirpis perf. non legitur nisi p. 1026, 10. 46; ceterum praevalet praesens* (*saepe part.*). GLOSS. -it: praeterit[a]. iuxta fluit. *legitur inde a* CATONE, VARRONE, CIC.; *in versibus non nisi* PRISC. periheg. 363.

I *i. q. (fluendo) praeterire* (*indicatur quo per praepos.* in *l. 74. p. 1026, 14*): **A** *vario respectu; -unt*: **1** *sermo vel sonus*: CATO mil. frg. 1 eorum *obtrectatorum* ego orationes sivi -ere (praetereo *vel* praeter *codd. plerique*). QVINT. inst. 11, 2, 1 frustra ... docemur, si quidquid audimus -at. AVG. ord. 2, 14, 41 sonus ..., quia sensibilis res est, -it in praeteritum tempus imprimiturque memoriae. LEO M. epist. 35, 3 Conc.^{S} II 4 p. 7, 32 *ut haereticus* interrogationibus urgueretur, ne tamquam inane aliquid -ret (super- *var. l.*), quod ... de haustu venenatorum dogmatum apparebat effusum. **2** *tempus et quaelibet res cum tempore pereuntes*: CIC. Tusc. 5, 96 *animum* prospicere venientem *voluptatem* nec praeteritam -ere sinere (CAES. AREL. serm. 130, 1 p. 513, 13 -entem et fugitivam ... v.). AMBR. in psalm. 61, 32, 1 vides quia *divitiae* affluunt; non vides quia -unt? HIER. in Is. 6, 15, 2 mendacium instar fluminis transit et -it ..., sermo autem dei ... stabilis est; unde et manna, quod videtur quasi glacies ..., non -it, sed consistit. AVG. cons. euang. 3, 13, 46 *non narrantur* omnia, in quibus duae horae et de sexta aliquid -xit. in psalm. 9, 11 l. 14 ne sperent in his rebus, quae temporis volubilitate -unt. 132, 4 l. 41 illa omnia (*sc. divitiae huius saeculi*) praetereunt et -unt. 143, 11 l. 3 temporibus praeterlabentibus et -entibus. GREG. M. moral. 31, 53 l. 16 *sancti superna intuentes contemnunt* cuncta, quae in ima -unt. *al. part. praes. neutr. plur. pro subst.*: AVG. in psalm. 8, 13 l. 38 inania et -entia *requirere.* EVSEB. GALLIC. hom. 50, 1 mundi huius -entia et ... peritura.

B *cum respectu motus corporei; -it*: **1** *flumen, aqua sim.*: **a** *absolute*: aqua: VARRO rust. 3, 16, 27 *apibus* esse oportet ... *aquam liquidam* propinquam, quae -at aut in aliquem lacum influat (*cf.* COLVM. *infra*). CVRT. 4, 16, 12 *rivorum* -entem aquam hianti ore captantes. APVL. met. 8, 18, 7. EPIST. imp. Constant. (CIL III 7000) 1, 30 ex decursibus -entium aquarum. AMBR. hex. 3, 2, 9 p. 66, 16 *deus aquam* statuit in loco, ut non -ret (*Basil. hex. 4, 3 p. 84^{A} μὴ χωρεῖν περαιτέρω, Eustath.* ultra non contendere). *al. alia*: CVRT. 8, 2, 20 -bat torrens amnis (8, 11, 12). COLVM. 9, 5, 5 -ens unda vel putealis canalibus immissa *praebeatur apibus* (*antea syn.*: perennis aqua. *cf.* VARRO *supra*). Ps. QVINT. decl. 13, 3 modicus fusus ex proximo fonte rivus ... -it.

b *indicatur locus, quem flumen alluit* (*vel percurrit fortasse apud* AMM. *et* MACR., *si conferas p. 991, 69. 1013, 59. al.*): α *per acc.*: SALL. hist. frg. 2, 54 flumen Turiam, quod Valentiam parvo intervallo -it. LIV. 41, 11, 3 amnem ... -entem moenia. VELL. 2, 106, 2 *Albis* Semnonum ... fines -it. CVRT. 3, 1, 12 quam *urbem* Sangarius amnis -it (HIER. epist. 60, 16, 5 PRISC. periheg. 363). MELA 1, 70 Pyramus ... Mallon -it. AMM. 22, 8, 38 amnes Chronius et Visula -unt *Aremphaeos.* PROB. Verg. georg. 2, 159 *Mincius* Mantuam. 4, 125 oppidum -it Galaesus flumen. SERV. georg. 2, 225 quam *civitatem* Clanius -it fluvius (RVFIN. hist. 5, 1, 1 quas *civitates Lugdunensium Viennensiumque* praecipiti lapsu -it Rhodanus [*gr. περιῤῥέων ... διέξεισιν*]). MACR. somn. 2, 7, 20 regiones, quas -unt Tanais et Hister. *al.* β *alio modo*: LIV. 24, 3, 2 flumen, quod *Crotone nondum vastata* medio oppido fluxerat, extra frequentia tectis loca -bat. CASSIOD. var. 3, 48, 2 huic *tumulo* Athesis ... -it causam praestans muniminis (*ad dat. cf. Skahill, The Syntax of the Variae ..., 1934, 268*).

2 *homo navigans*: HIL. AREL. vita Honorat. 15 l. 3 quidquid -ens tangit, inluminat *Honoratus ex Achaia in Galliam rediens.*

II *usu sec. praeverbium gr. παρα- novato i. q. defluendo a forma originaria depravari*: CONC.^{S} I 2 p. 37, 3 si ... -xit sermo utpote in populo currens, ... retractationibus corrigatur (*gr. I 1, 1 p. 24, 24 παρεῤῥύη, cf. I 3 p. 17, 2* defluxit, *I 5 p. 52, 20* lapsus est). *Jiménez-Villarejo.*

praeterfugio, -ere. *a* praeter *et* fugere. *i. q. (fugiendo) praeterire: proprie pro subi. est homo fugiens*: SERV. Aen. 10, 399 *v. p. 1003, 68 sq. translate pro subi. est res, quae fugit alicuius intellegentiam* (*accedit interrogatio obliqua, cuius anticipatur subiectum*): AMBR. spir. 3, 11, 78 ne forte propositum aliquos -ere videatur exemplum, qua ratione ad incarnationis dominicae sacramentum spectare videatur.

Ramminger.

***praetergredior,** -gressus sum, -ī. *a* praeter *et* gradi. *part. perf. vi passiva v. p. 1027, 70. legitur inde a* CIC., BELLO Afr., SALL., LIV., *sc. raro et primo fere in re militari, paulo saepius adhibetur ab* HIER. (*et in* VVLG.); *in versibus non nisi* AVSON. 363, 16 p. 90. [*in falsa var. l. pro* praegredi *v. p. 667, 14* (*perperam edebatur olim etiam* Ps. SALL. rep. 1, 1, 2 TAC. ann. 14, 23, 3, *v. p. 667, 71. 668, 15*).]

i. q. praeterire: **I** *proprie pertinet ad locum* (*in imag.* HIER. *sub A1,* OROS. *sub B2; pro subi. sunt animantes praeter* VVLG. *sub A1*): **A** *vi praeverbii communi significatur motus qui fit ante quaedam finitima, vicina* (*sc. quae motu continuato relinquuntur, passim; iuxta quae vel secundum quae itur e. g. l. 73 sq. p. 1027, 14. 18*): **1** *cum obi. acc.* (*locorum praeter* SALL., SVLP. SEV.): CIC. fam. 3, 7, 4 *praefectus meus* nuntiavit te iam castra *mea* -ssum esse (BELL. Afr. 69, 1. LIV. 35, 4, 4 nocte -ssi c. Romana saltum ... insederunt *Boi*). SALL. Iug. 50, 3 ubi *Iugurtha* extremum agmen Metelli primos suos -ssum (-ssos *codd. fere omnes,* extremo agmine Romanos p. s. -ssos *frg. Berol.*) videt, ... montem occupat. 52, 5 interea Bomilcar ..., ubi eum Rutilius -ssus est, ... suos ... deducit. LIV. 45, 33, 8 *Paullus* Pellam ... pervenit; -ssus urbem *eqs.* CVRT. 8, 1, 5 *praefectum* -ssum silvam, qui in ea consederant, ... interemerunt. AMM. 21, 3, 16 Italiam et Illyricum celeri cursu. 24, 3, 14 exercitus plures -ssus est insulas *Euphra-*

[Zoppi]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tis. HIER. in Os. prol. l. 111 *primum solvi difficillimam quaestionem textus explicandi, ut* oppositum in ipso exitu scopulum ... -ens ad tuta decurrerem. VVLG. Ios. 18, 19 (*per imaginem motus ut e. g. p. 1011, 40*) *terminus* descendit ... in planitiem et -itur contra aquilonem Bethagla (*pro eodem verbo hebr. 18, 13* pertransiens, *18, 18* pertransit). AVG. quaest. hept. 1, 171 locum (*postea*: praeterierant). SVLP. SEV. chron. 1, 34, 3 Goliath ... suorum ordines -ssus ... singularem pugnam ciebat (*I reg. 17, 4 sqq.*). MART. CAP. 2, 197 (*agitur de itinere Philologiae per planetas*) hunc (hinc *var. l.*) etiam -ssa circum ... creatorem ... conspicata *est.* *pro obi. est ipsa via, quam quis -endo facit* (*cf. p. 1011, 72*): VVLG. psalm. 79, 13 vindemiant eam *vineam* omnes, qui -untur viam (*gr. οἱ παραπορευόμενοι τὴν ὁδόν, Vet. Lat. cod. 300. al.* transeuntes viam, *Hier. psalt. sec. Hebr.* transeunt per viam).

2 *sine obi. acc.*: **a** *locus indicatur per praepos. vel adv.* (*cf. etiam var. ll. l. 8. 52*): BELL. Afr. 73, 4 propter hostium castra -ssus ... invitat ad dimicandum *Caesar.* VITA Caes. Arel. 2, 22 monebantur omnes ... inde (*i. apud balnearia*) -i non debere (*cf. p. 1012, 52 sqq.*). **b** *exempla cetera* (*locus praeteritus intellegitur fere e contextu*): BELL. Afr. 58, 4 *Caesar* verebatur ..., ne, si -ssus esset, ex oppido ... ab latere eum adorti conciderent. LIV. 42, 54, 7 ne temptata quidem oppugnatione (*sc. Gyrtonis oppidi*) -ssus Elatiam ... recepit *Perseus.* CVRT. 3, 9, 11 *barbari* circumire -ssos *milites non* ausi ... profugerant. APVL. met. 9, 27, 2 -ens ... extremos adulteri *sub alveo latentis* digitos ... contero. VET. LAT. Rom. 15, 24 (Rufin. Orig. in Rom. 10, 13 p. 1271[A]) cum in Hispaniam proficiscar, spero quod -ens videam vos (*gr. διαπορευόμενος, Vulg.* praeteriens). HEGES. 2, 15, 8 p. 178, 1. RVFIN. hist. 7, 32, 21 -entem Anatolium ... Laodicensis ecclesia vi sibi vindicavit episcopum (*gr. τὴν ... πόλιν παριών*). ALC. AVIT. hom. 8, 1 p. 118, 16 nobis ... -ssis illorum est *via,* qui sequuntur. *m. plur. part. praes.* -entes *pro subst.*: AMBR. Abr. 1, 5, 32 *ut episcopus hospitalitati studens* praesto sit advenientibus ... et rapiat -entes.

B *vi praeverbii deflexa significatur motus, qui fit*: **1** *extra viam, limitem* (*cf. p. 1014, 6; sine obi.* PAVL. FEST.): PAVL. FEST. p. 226 praevaricatores a -endo sunt vocati. HIER. in Matth. 27, 39 ('praetereuntes ... blasphemabant') blasphemabant, quia -bantur viam, et in vero itinere scripturarum ambulare nolebant (AVG. in psalm. 72, 13 l. 2 quid est 'transierunt'? -ssi sunt v., ... excesserunt metas humani generis. *aliter l. 9*). **2** *trans loca, per loca* (*cf. p. 1013, 59; sine obi.* HEGES.): VET. LAT. Marc. 9, 30 (cod. 11 = VVLG.) inde profecti -bantur Galilaeam (*cod. 6. al.* transiebant per [*vel* in] G., *gr. παρεπορεύοντο διὰ τῆς Γαλιλαίας*). AMBR. in psalm. 118 serm. 7, 29, 2 *Moyses* -ssus pedibus mare. HEGES. 4, 15, 2 p. 263, 22 plerique ... aestimantes, quod possent -i, sese fluvio dabant. OROS. hist. 1, 12, 1 (*in imag.*) *fateor me tot saeculi malorum* cuncta breviare; nequaquam enim tam densam ... silvam -i possem, nisi *eqs.*

II *translate -untur*: **A** *neglegentes, omittentes, non curantes sim.* (*animantes praeter l. 56; accedit fere obi. acc., inf. l. 49, struct. partit. fort. l. 67*): **1** *quolibet modo*: DECL. in Catil. 89 Catilinam vobis demonstravimus ... nullas ... suffragiorum corruptelas fuisse -ssum. LACT. inst. 5, 16, 13 (*ad Cic. rep.*) inrefutata haec *verba Carneadis* tamquam foveam -ssus est *Laelius in oratione* (*sim. de scriptore*: SCHOL. Hor. sat. 2, 3, 82 utrum insaniant, docere -ssus, Horatius dixit *eqs.* HIER. epist. 36, 9, 1 ne quid videar -ssus. in psalm. 105. IORD. Rom. 52 *Romuli* actus seriemque successorum ... saltu quodam modo -ens externa regna ... percurram). AVSON. 363, 16 p. 91 (*vir bonus vesperi acta diei reputat*) quae (quo *et* qua *var. ll.*) -ssus? quid gestum in tempore, quid non? *eqs.* (*sec. Carm. aur. 42 πῇ παρέβην; huc traxit e. g. Koster, Hermes 102, 1974, 608 sq., alii ad b referunt*). VVLG. prov. 19, 11 gloria eius *viri patientis* est iniqua -i. AVG. in psalm. 50, 1 l. 22 pericula. *-itur res, quae fugit aliquem ignorantem* (*nisi ad B trahas; pro subi. est enunt. interrog. ut p. 1024, 1*): AVG. epist. 102, 13 quid cuique tempori aptum ... sit, humanum consilium -itur (progr- *var. l.*). **2** *non observando praecepta sim.* (*ipsum praecipientem l. 65*): HIL. syn. 23 si quis ... intelligat ... non super tempora ... filium sine passione exstitisse, quasi -ens euangelicam praedicationem ...: anathema sit (*gr. Epiphan. panar. haer. 73, 11, 6 παραβαίνων*). HIER. hom. Orig. in Luc. 16 p. 98, 19 *Adam et Eva* domini mandatum -ssi sunt (tract. in psalm. I p. 202 l. 15. *cf. l. 71*). tract. in psalm. II p. 386 l. 41 Ismahelitae interpretantur 'quasi audientes' ...; non enim audiunt deum, sed -untur. VVLG. II par. 8, 15 nec -ssi sunt de mandatis regis ..., ex omnibus, quae praeceperat (*struct. partit. ut p. 1022, 16, an per imaginem discedendi?*). AVG. in euang. Ioh. 98, 7 l. 45 qui ... -itur fidei regulam, ... recedit de via. CONC.[S] I 2 p. 39, 16 egressus ... a recta fidei ratione aut -ssus expositum ... symbolum (*gr. I 1, 2 p. 13, 22 παραβεβηκώς*). *al. passive*: AVG. quaest. euang. 2, 33, 5 l. 141 de mandato non -sso (*respicitur Luc. 15, 29 p. 1022, 13*). BOETH. c. Eut. 8, 22 -ssis divinis praeceptis.

B *superantes, praecellentes, modum excedentes* (*addasne l. 58?*): AMBR. Noe 10, 34 cum *iracundia* -itur mensuram ultionis. Ps. AMBR. paenit. 15 p. 988[C] *Manasses* cunctorum -ssus audaciam profanorum (*respicitur IV reg. 21, 1 sqq.*). HEGES. 2, 8, 3 *v. p. 1025, 26* (supergr- *var. l.*). HIER. Didym. spir. 62 trinitas ... omnes has -itur nuncupationes. in psalm. 138 (*138, 6* mirabilis facta est scientia tua ex me) manifestius hoc Symmachus interpretatus est: '-itur me scientia tua', id est, non possum tua scire secreta (*gr. ὑπερβάλλει*). RVFIN. Basil. hom. 6, 3 p. 1785[D] si potuerit mens humana ... universam ... rationabilem -i creaturam (*gr. p. 468[C] καταλιπεῖν*). *al.*

C *tempus effluens et res cum tempore intereuntes*: HIER. hom. Orig. in Ezech. 4, 1 p. 362, 28 (*in Matth. 24, 35* caelum et terra pertransibunt) cur caelum -itur? in Matth. 25, 5 non ... parum temporis inter priorem et secundum adventum domini -itur. VVLG. Ier. 8, 13 non est uva in vitibus ..., folium defluxit et dedi eis, quae -ssa sunt (*i. quae non permanent, cf. Hier. ad l.* quae praeterire cernerent).

part. praes. pro subst. v. p. 1027, 28. *Zoppi.*

[praeterhabitum *falsa var. l. pro* posthabitus COD. Iust. 12, 3, 1, 3.**]**

praeterhāc *adv.* *a* praeter *et abl. separ.* hac, *cf. e. g.* posthac. *i. q. praeterea*: **1** *abl. pron.* hac *refertur ad punctum temporis quod transitur, ut significetur ultra hoc tempus, posthac* (*in verbis minantium, indignantium; cf. p. 1005, 16*): PLAVT. Men. 112 -c si mihi tale post hunc diem faxis, faxo foris vidua visas patrem (*item in protasi condicionali*: Rud. 1117 si -c ⟨unum⟩ verbum faxis hodie. Stich. 345 iam dudum ... patior ...; -c si me inritassis *eqs.* [praeter haec *A*]. *e coni.*: TITIN. com. 30 [praeter hanc *et* praeter has *trad.; illud def. Guardì*]). 725 non ... patiar -c, quin vidua vivam, quam *eqs.* Most. 75 te amove; ne tu ... -c mihi non facies moram. *?* **2** *abl. pron.* hac *refertur ad aliquid in contextu positum, quod praeteritur, ut significetur fere i. q. ultra, insuper (cf. p. 1005, 35): in var. l.*: TER. Phorm. 800 -c cognatam comperi esse nobis (*A,* praeter haec *cett.*). *e coni. dubia*: TER. Ad. 847 (praeter haec *trad.; v. p. 996, 32*).

praeterim NOT. Tir. 1, 37[a]. *adv. a* praeter *formatum sec.* interim, *quod praecedit ibid. 1, 36[a].*

*?***praeterinquiro,** -ere. *a* praeter *et* inquirere. *fortasse i. q. inquirere praetereundo inquisitorem ordinarium*: AMM. 15, 5, 12 statuit imperator dispicientibus consistorianis et militaribus universis in negotium -i (*13* abrogata potestate praefectum statui sub quaestione. *sunt qui notionem 'ultra, denuo inquirere' agnoscant; temptaverunt varii varia; compos. non agnoscitur vol. VII 1, 1817, 79. 1819, 49*). *Ramminger.*

praeteritio, -ōnis *f.* *a* praeterire. *plur. non exstat.*

i. q. actio praetereundi vel status rei praeteritae (*cf.* GLOSS. *infra l. 70*): **1** *generatim praetereunt*: **a** *tempus et quae in tempore constituta sunt*: IREN. 4, 3, 1 -em caeli et terrae (*cf. p. 1015, 2; sim.* 4, 4, 3 tempore -is ipsius *mundi*). AVG. conf. 11, 27, 35 -o *syllabae* (*sc. eius soni*). gen. ad litt. 2, 14 p. 54, 14 per temporis -em et adventum. **b** *praevaricatores legis*: BARNAB. 12, 5 -o Evae (*gr. ἡ παράβασις*).

2 *speciatim*: **a** *in arte rhet. de figura*: **α** *παραλείψεως* (*v. vol. X 1, 305, 56 sqq., ceterum e. g. Lausberg, Handbuch der lit. Rhetorik § 882 sqq.*): AQVILA rhet. p. 24, 25 *παράλειψις,* -o (*item* SCHEM. dian. l. 100 MART. CAP. 5, 523). FORTVN. rhet. 2, 26 (= MART. CAP. 5, 562) *quaestiones inducuntur* aut per adiectionem aut per -em aut per concessionem (*nisi ad β*). **β** *transitionis* (*hucine* FORTVN. *supra?*): MART. CAP. 5, 555 proponimus ... aut per concessionem aut per -em ...: per -em, cum ita transimus ad alteram propositionem, ne superiorem interim concedamus, ut si dicas: 'nunc quoniam *id* docui ..., docebo *aliud*' (*cf. Rhet. Her. 4, 26, 35* transitio).

b *in arte gramm. respicitur tempus praeteritum*: MACR. exc. gramm. p. 23, 26 quod *tempus coniugationis* plus habuerit -is atque transcursionis.

c *in iure significatur actio eius, qui aliquem in testamento suo non nominat* (*cf. p. 1023, 3; abiit in sermonem gr. προαιρετιῶν e. g.* NOVELL. Iust. *locis infra cit.*): COD. Iust. 6, 29, 4, 1 ne poenam patiatur -is, qui suos filios non praeteriit (NOVELL. Iust. 115, 4, 9 exheredationis aut -is). NOVELL. Iust. 115, 5 pr. iniuriam -is et exheredationis.

[praeterito, *verbum frequentativum a* praeterire *derivandum, perperam editur forma* -et *pro* praeteriret AMBR. off. 2, 21, 104 (*Migne, in ed. altera a. 1880) et* CONSENT. Aug. epist. Divj. 12, 11, 2 (*iuxta* accideret).**]**

praeteritor, -ōris *m.* *a* praeterire. *i. qui praeterit* (*sc. contemnit, neglegit, cf. p. 1021, 72*): HIL. in psalm. 118 samech 4 p. 489, 11 -es legis (*antea*: transgressores legis ..., *παρανόμους*).

praeteritōriē *adv.* *a* praeterire, *cf.* transitorie. GLOSS. biling. 4 W 76 *παροδικῶς*: -e, translaticie, praeteritione.

praeteritus, -a, -um *v.* praetereo. *Blundell.*

praeterlābor, -psus sum, -ī. *a* praeter *et* labi. *forma act. perperam intellecta est p. 1029, 23.* *legitur inde a* CIC., VERG. [*confunditur in codd. cum* praelabi CIC. de orat. 2, 109 (*falsa var. l.* SYMM. epist. 1, 14, 2); *e coni. dub.* AMM. 25, 10, 5 *p. 1029, 40.*]

[Friis-Jensen]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

i. q. labendo praeterire, praetervehi, praeterfluere sim. (*accedit obi. acc. loci qui praeteritur l. 15. 26; praedicativum addit* SEN. *sub 1*): **1** *motu incorporeo -untur*: **a** *res animo percipiendae*: CIC. de orat. 2, 109 *saepe definitio* in mentem iudicis intrare non potest: ante enim -itur (prael- *var. l.*), quam percepta est. SEN. epist. 100, 11 *de stilo Fabiani* exibunt multa nec ferient *animum,* et interdum otiosa -etur oratio. **b** *tempus et res cum tempore transeuntes*: AVG. in psalm. 109, 11 l. 11 dum torrens temporum -itur (*cf.* 143, 11 l. 3 temporibus -entibus et praeterfluentibus). serm. 105, 7 in eis rebus, quae -untur et transeunt, spem ponere (EVSEB. GALLIC. hom. 50, 2 *ne* -entium r. voluptate capiamur [*cf. l. 12*]). *n. plur. part. praes.* -entia *pro subst. de rebus caducis*: AMBR. Cain et Ab. 1, 5, 15 p. 353, 5 cave ne capiaris -entibus (a -entibus *var. l.*) et non manentibus, quibus magna temptatio est.

2 *motu corporeo -untur*: **a** *homines, qui vel navi vel curru praetervehuntur*: VERG. Aen. 3, 478 hanc *Ausoniae tellurem* pelago -are necesse est (*cf.* SERV. auct. '-are n. e.' praeternaviges. *ad falsam var. l.* -ere *spectant* GLOSS. *p. 1041, 42*). IVL. VAL. 1, 12 *in curruum certamine* infert sese Alexander voto -endi. *m. plur. part. praes.* -entes *pro subst. de praeternavigantibus*: CE 1531A, 5 (*saec. V*) *fons ad litus maris scaturriens* indigenis gratus, -entibu⟨s almus⟩ (*Bücheler,* -entibu⟨s aeque⟩ *Haupt*). **b** *flumina (laxius de mari, cuius situs describitur, l. 30): cum obi. acc.*: VERG. Aen. 6, 874 quae, Tiberine, videbis funera cum tumulum *Marcelli* -ēre (*hinc forma prave intellecta* GLOSS.^{L} I Ansil. PR 1108 -ere: praeterfluere). AVSON. 293, 2 p. 149 Hispalis *urbs,* ... quam -itur amnis. AMM. 15, 11, 16 Rhodanus ... eam paludem ... intermeans nusquam aquis miscetur externis, sed altrinsecus summitates undae -ens segnioris *exit* (*cf. Plin. nat. 2, 224* inter se supermeant *aquae*). 17, 13, 4 *Parthiscus* spatia longa et lata sensim -ens (*clausulam insolentiorem defendit Blomgren, De serm. Amm., 1937, 93 adn. 1*; praelabens, praeterluens *coni. alii*). 21, 12, 8 disparatione brevi civitatem Natisone amni -ente. 22, 8, 4 Coelan -itur *mare* et ... Callipolin. *absolute*: STAT. Theb. 1, 271 ab sedibus illis ..., qua -itur undā ... Alpheos. QVINT. inst. 10, 3, 24 silvarum amoenitas et -entia flumina. AMM. 28, 2, 2 munimentum ... -ente Nicro nomine fluvio ... subverti posse undarum pulsu. **c** *tela*: HOMER. 959 quam *hastam* -sam vitavit callidus Hector (*gr. X 275 ὑπέρπτατο*). *Friis-Jensen.*

praeterlambo, -ere. *a* praeter *et* lambere. *i. q. alluendo praeterfluere*: AMM. 17, 2, 2 (*post lacunam*) Mosa fluvius -it. 25, 10, 5 cuius *Iuliani* ... cineres ... non Cydnus *fluvius* videre deberet ..., sed ... ⌞-ere⌟ Tiberis ... divorum ... veterum monumenta praestringens (⌞ ⌟ *coni. Valesius,* praeter labuerit *trad.,* praeterlaberetur *ed. Gelenii*).

praeterlego, -ere. *a* praeter *et* legere. *i. q. praetervehi* (*cf.* praelegere *supra p. 687, 62 sqq.*): SVLP. SEV. dial. 3, 17, 2 dum recurris diversasque oras, loca, portus, insulas urbesque -is, Martini ... gloriam sparge per populos.

praeterlinquo, *verbum a* praeter *et* linquere *compositum affert* PRISC. gramm. III 510, 37 delinquo, -o.

praeterluo, -ere. *sec.* alluere *aliaque composita verbi q. e.* lavere, lavare *cum* praeter *formatum.* [*e coni. dub. pro* praeterlabens AMM. 17, 13, 4.] *i. q. praeterfluere*: APVL. met. 6, 11, 4 nemus, quod fluvio -enti ripisque longis attenditur (praeterfluenti *Colvius,* praeterlabenti *Klotz*). GLOSS. III 433, 26 *παραρέει* (-ρεσι *trad.*): -it. IV 154, 28 (*item* V 136, 20 GLOSS.^{L} I Ansil. PR 1109) ⌞-it⌟: iuxta fluit (⌞ ⌟ *var. l.* praeterfluit *praetulit Thomson, Gloss.^{L} III Abstr. PRAE 37*). *Ramminger.*

praetermeo, -āre. *a* praeter *et* meare. *part. praes. plur.* -antum LVCR. 1, 318. *legitur singulis locis apud* LVCR. (*in tmesi*), SEN. *philos., ceterum inde a* SOL.

1 *i. q. praeterire, iuxta meare* (GLOSS. -at: iuxta fluit [*cf. aβ et bβ*]): **a** *sine obi. vel obi. supplendo* (*vix huc p. 1030, 3*): **α** *-ant homines: quolibet modo*: LVCR. 1, 318 aëna signa manus dextras ostendunt attenuari saepe salutantum tactu praeterque meantum. HEGES. 4, 22, 1 *latrones* quasi in foveis latitantes insidiabantur -antibus. *navigando* (*sc. in imagine*): AMBR. fid. 1, 6, 47 tamquam boni gubernatores, quo tutius -are (*sc. haereseos speluncam sim.*) possimus, fidei vela tendamus (*syn.* praeterire). in Luc. 4, 2 *in opere conscribendo* plerisque locis fortasse amoenitas locorum ipsa invitet ⌞-antem⌟ (propter m. *var. l.; antea*: litorali ... navigatione). **β** *-ant flumina*: AMM. 31, 2, 19 crebri fluminum -antium cursus *campos fertiles reddunt.* AMBR. fid. 1, 20, 134 emunda, *domine, legentes libellum meum non* ... susurro ⌞-antis⌟ rivuli, sed sermonibus ad vicem aquarum operantibus ([⌞⌟ praeter remeantis *cod. unus*]. spir. 1, 16, 165). HEGES. 4, 1, 2 nemus ... scatens fontibus, quibus -anti fluvio loci ... nutrimenta quaedam ... infundit. IORD. Get. 232 inter Asturicam Hiberiamque -at *flumen Vlbius.* **γ** *-at tempus*: PRIMAS. in apoc. 2, 10 l. 104 diebus -antibus et remeantibus septem omne tempus vitae ... evolvitur (*item fere* 11, 2 l. 26 [praetereuntibus *var. l.*]).

b *cum obi. acc.*: **α** *vario usu*: SEN. nat. 7, 6, 1 *alii cometae* locum *non* mutant, alii ... stellas -ant (*7, 7, 2* praetereunt). AMM. 24, 2, 2 -antes moenia ipsa *castrorum* naves (*ibid.* praetereuntur). HEGES. 1, 35, 4 quicumque ex Aegypto Phoenicen -are desiderant (*gr. 1, 409 τὸν τὴν Φοινίκην ἐπ' Αἰγύπτου παραπλέοντα, sed Heges. ἐξ Αἰγύπτου vid. vertisse; vix usum intrans. c. acc. directionis intellegas*). **β** *-ant flumina*: SOL. 32, 6 pleraeque *insulae, quas Nilus ambit,* sunt tam ... vastae magnitudinis, ut vix eas dierum quinque cursu -et (*cf. Plin. nat. 5, 53* transvolet, *Amm. 22, 15, 11* relinquat). HIL. in psalm. 136, 6 quae flumina Babyloniam -ant (*ibid.* praeterfluunt). AMM. 14, 8, 10 Orontes *provincias quasdam* ambiens amnis imosque pedes Cassii montis ... -ans. 22, 15, 9 Aethiopiae ... partes -ans Nilus. 24, 2, 7 alia *pars Euphratis* ... Ctesiphonta -at. 31, 2, 13 Hister ... Sauromatas -at (31, 8, 6 quos *tractus* -at). CLAVD. 17, 234 tacitas -at ingens Danubius ripas; eădem clementiă ... immensum deducit in ostia Gangen: ... pax maiora decet. IORD. Get. 269 quas *partes Scythiae* Danabri amnis fluenta -ant.

2 *i. q. transmeare, transire*: EVGIPP. Sev. 10, 2 *quidam* a barbaris Danuvio transvectus est ... captivus; ... *Severinus* quantocius Histri fluenta -ans latrones ... insequitur.

part. praes. pro subst. v. p. 1029, 60 sq. 65. *Corbeill.*

praetermissio, -ōnis *f.* *a* praetermittere. *legitur in oratione soluta tantum, sc. bis apud* CIC., *ceterum raro inde ab* HIL.

i. q. actio praetermittendi (*locut. adv.* sine -e *v. l. 32. 34. 55*): **1** *de actione neglegendi, non respiciendi*: **a** *variis modis*: CIC. off. 2, 58 -o aedilitatis, *sc. in honorum cursu.* HIL. trin. 9, 23 l. 8 *Christi* repudiatio honoris solius dei -o est (-sso *var. l.*). AVG. conf. 9, 13, 36 cui *altari* nullius diei -e servierat *Monnica* (*nisi ad 2*). CONC. Carth. a. 411, 3, 183 (*Petilianus denuo praescriptionem temporis opponit*) recito illud tempus, cuius ... -em interim feci. EPIST. pontif. 331 Arel. 2 p. 8, 8 -o metropolitani, *sc. in episcopis ordinandis* (*cf. p. 1031, 69*). COD. Iust. 5, 74, 3, 1 (*pr.* si ... sine decreto ... res alienantur) minime retractari eam *alienationem* occasione -is decreti. SCHOL. Hor. gloss. *Γ* epod. 17, 37 ('iussas cum fide poenas luam') cum fide: sine -e.

b *tacendo, non commemorando* (*sc. res tractandas vel ipsa verba*): **α** sine -e: CIC. top. 31 'formae' sunt ... eae, in quas genus s. ullius -e dividitur, ut si quis ius in legem morem aequitatem dividat. CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 59, 12 (= I 2 p. 34, 19) eadem dixi et audivi, quae s. -e deposuerunt *coepiscopi testificatione sua* ([*gr. I 1, 2 p. 11, 4 ἀπαραλείπτως*]. *item gen. omisso fere i. q. plene, absolute*: MARTYR. gramm. VII 178, 17 de syllabis *primis* ..., quantum potuimus, s. [quadam ut puto *ins. cod. alter*] -e tractavimus). **β** *cetera exempla*: AVG. cons. euang. 2, 25, 58 p. 162, 4 *narratores sim.* praetermittentes media, tamquam hoc continuo sequatur, quod sine ulla -is suae significatione subiungunt. c. Gaud. 1, 38, 53 p. 253, 17 satis ... litteris tuis nullius loci -e respondimus. in psalm. 77, 9 l. 19 ('intendentes et mittentes arcus') cum -e verbi '*sagittas*', quod etiam tacitum subaudiendum est. *fere technice in gramm. de figura q. d. ἔλλειψις* (*minus technice l. 44*): PRISC. gramm. III 310, 17 *τὸ ἕνεκα* est quando praetermittunt Attici; ... Romani quoque ... hac -e utuntur *omittentes 'causa' ...,* ut 'populi servandi laborat'.

2 *de actione intermittendi, desinendi* (*hucine l. 26?*): SYMM. rel. 37, 3 (*2* iam diu nihil solitorum vectigalium ... provinciae contulerunt) *concedatis,* et quod -o praeterita suspendit et quod futurus usus exspectat. Ps. ASCON. Verr. p. 239, 18 ad tegenda furta pertinet ista ⌞-o rationum⌟ ([⌞ ⌟ -ssa orationum *fere trad.*]. *cf. Cic. Verr. II 1, 60 Verrem tabulas aliquamdiu* confecisse, postea destitisse). MVTIAN. Chrysost. hom. 27 p. 405 ut assiduus sis ad orationem, ut sine -e ... ores (*gr. p. 189 ἀδιαλείπτως*).

praetermissor, -ōris *m.* *a* praetermittere. *i. qui praetermittit, deserit*: AVG. in psalm. 36, serm. 2, 20 l. 148 -r ablatorum, *sc. Primianus* (*ironice additum ad verba ex Epist. Maxim. recitata* 'quod loca multa ... usurpaverit'. *spectat ad illud Primiani* 'illi auferunt aliena, nos intermittimus ablata', *v. vol. VII 1, 2228, 44*).

4 *exempla cetera*: **a** *membrum oppositum exstat eadem structura atque id quod excipitur*: **α** *in oppositione evidentiore (sc. illustrata vocibus universitatem vel multitudinem indicantibus; fere vi excludendi, sed admittendi l. 41*; -m *sequitur exceptis l. 35. 41)*: RHET. Her. 1, 17, 27 in omnibus constitutionibus ..., -m in coniecturali constitutione (CIC. div. 2, 74 ad o. res -m ad comitia. LIV. 9, 23, 12. 9, 35, 3 omnium -m multitudinis suae ... immemores. PLIN. nat. 16, 36. 17, 123 o. aliis modis ... -m talea. *al.* CE 1148, 7 [*saec. I?*]. SVET. Aug. 45, 3 o. tempore ... -m ⌞ludis et scaena⌟ [*acc. trad.*]. *al.*). CIC. Catil. 3, 26 nullum ... praemium ... postulabo -m ... memoriam (LIV. 1, 8, 1 nulla re -m legibus. 4, 9, 4. 4, 24, 9. 6, 13, 1. LACT. inst. 5, 15, 1 n. aliis. COD. Theod. 5, 1, 7, 1 nulli umquam. *al.*). Balb. 57 nihil ... -m ... hereditates (LIV. 5, 52, 13 n. umquam -m urbs capta. 43, 7, 7 CELS. 4, 20, 4 QVINT. decl. 351, 4 SVET. Aug. 43, 3. *al.*). Att. 5, 21, 5 nec in quemquam ... -m in L. Tullium (LIV. 9, 8, 5 GAIVS inst. 2, 224 PORPH. Hor. sat. 1, 3, 137). 14, 1, 1 in sermonem se ... -m Lepido (-di *var. l.*) venisse nemini (CATVLL. 81, 3 LIV. 23, 8, 5). S. C. Frontin. aq. 100, 2 ceteris apparitoribus isdem -m lictoribus (GELL. 17, 19, 3). Ov. trist. 4, 6, 18 cuncta potest ... vetustas -m curas attenuare meas (*vix ad p. 1040, 2*). LIV. 27, 6, 5 si aliorum -m ipsius ratio haberetur (*vi excludendi ut*: PLIN. nat. 15, 58. 17, 123 [*v. l. 27*]. EDICT. praet. dig. 3, 1, 1, 11 pro alio ne postulent -m pro parente. *al.; vi admittendi imprimis* SVET. Aug. 71, 1 -m ... *eo* mense aliis quoque ... diebus). *al.* *opponuntur membra minus congrua (cf. p. 1000, 69)*: VET. LAT. deut. 3, 19 (cod. 100) omnes viri ..., -m mulieres *eqs. (nisi aliter interpungendo ad B trahas; gr. πλήν, Vulg.* absque). CHAR. gramm. p. 242, 5 ex omnibus nominibus quae is aut us terminantur ..., -m ex bene et male. VVLG. act. 27, 22 amissio ... nullius animae erit ex vobis -m navis (*gr. πλήν, Vet. Lat. cod. 51. 53* nisi tantum). **β** *usu vario (fere vi excludendi, sed admittendi l. 53. 57 sqq. al.*; -m *sequitur exceptis l. 57 sqq.)*: *exempla quaelibet*: VARRO rust. 1, 45, 1 *e terra exeunt* legumina fere quadriduo ... -m faba. PLIN. nat. 7 37 editis geminis raram esse ... puerperio -m alteri vitam (*iuxta dat. ut*: 18, 152. 24, 101. *cf. l. 59*). 8, 228 in ... insula ... -m in ... *eius* regione. 9, 57 hieme ... -m ... diebus paucis (*item iuxta abl.*: 18, 291. 25, 5 argumentis -m fama. SCHOL. Cic. Bob. p. 78, 13. *cf. l. 58*). 24, 71 serpentium ... -m aspidum (*item iuxta gen.*: 28, 147 EDICT. praet. dig. 42, 4, 6, 1). CIL IX 6247, 6 h(eredes) ... -m eos qui *eqs.* (*item iuxta obi.*: CHIRON 777). *vis admittendi illustratur per* etiam (*cf. supra l. 58*): LIV. 5, 14, 5 -m maiestate petentium, religione e. attoniti homines (*iuxta abl. ut*: 10, 20, 11. 25, 23, 1 QVINT. decl. 358, 1 IVST. 2, 6, 3). CELS. 1, 9, 5 -m capiti e. stomacho. TERT. adv. Prax. 4 p. 232, 25 -m ex ... e. ex *eqs.*

b *membrum oppositum exstat alia structura atque id quod excipitur (opp. passim voces q. s.* omnis, nullus, nihil *sim.; fere vi excludendi, sed admittendi e. g. l. 65. p. 1040, 12)*: **α** -m *spectat ad attributa (inducens gen., abl., locut. praepos.; adi. v. sub 3)*: CIC. Cluent. 105 num quo crimine is esset accusatus -m veneni eius, quod *eqs.* fam. 3, 7, 1 nullas eis -m ad te et ad Brutum dedi litteras. CAES. Gall. 7, 77, 6 nullam -m vitae nostrae iacturam. VARRO rust. 2, 4, 3 *bona forma suum* est cum amplitudine membrorum, -m ⌞pedibus capite⌟ (in p. c. *var. l.*). LIV. 24, 16, 5 praeda omnis -m hominum captorum (*postea*: et pecus exceptum est, quod *eqs.*). 39, 16, 8 omnem disciplinam sacrificandi -m more Romano. 42, 23, 7. VELL. 2, 40, 3 maiorem omni ante se inlata pecunia in aerarium, -m a Paulo, ... intulit. PLIN. nat. 2, 27 nullum ... ius -m oblivionis. *al.* **β** -m *spectat ad obi. vel subi.*: *per praepos.* de: CIC. div. 2, 69 *a Moneta* -m de sue plena quid umquam moniti sumus? BELL. Alex. 8, 3 qui nihil -m de vita cogitarent (LIV. 2, 56, 7 cum ... n. -m de lege loqueretur. 8, 21, 9). VARRO rust. 3, 12, 2 omnium custodia ... et pastio aperta *est* -m de apibus (*nisi ad p. 1039, 63*). *per (acc. c.) inf.* (*cf. p. 1039, 38*): LIV. 7, 42, 7 adeo nihil -m seditionem fuisse ... constat (42, 14, 1. 45, 39, 16 ille n. -m loqui, et ⟨id⟩ ipsum ... maligne, di⟨di⟩cit. RVT. LVP. 2, 16 -m laudare eos ... n. valeo). PLIN. nat. 14, 53 neque ... fabulosa ... consectamur, -m Aristaeum primum ... mel miscuisse vino. 19, 32 nec quicquam diligentius, -m eriophoron id appellari, ... tradit. 33, 124 omnia ... temeraria arbitror, -m fortassis ... sanguinem sisti (-it *var. l.*). 37, 6. **γ** *vario respectu*: VARRO rust. 3, 9, 10 *gallinas* includere oportet, ut diem et noctem incubent -m [a] mane et vespere, dum cibus ... detur. LIV. 4, 48, 13 nec se ullam opem cernere aliam usquam -m in tribunicio auxilio. 21, 8, 10 hastili abiegno et cetera tereti -m ad extremum. 30, 6, 4 quibus caesis ... -m hostili odio etiam, ne quis nuntius refugeret. PAVL. FEST. p. 113 raro et non fere -m vere. p. 127 (p. 155, 10 L.) participes ... fuerunt omnium rerum ad munus fungendum una cum ... civibus -m de suffragio ferendo *eqs.* CELS. 4, 14, 3 ab omnibus abstinendum est -m aqua egelida. 8, 1, 9 (*contextu lacunoso*). PLIN. nat. 7, 65 *bitumen* ad omnem contactum adhaerens -m filo *cuidam.* 17, 26 non utique laetum solum est ... -m illis arboribus. *al.*

c *sine membro opposito*; -m *inducit*: **α** *quaslibet partes sententiae*: VARRO rust. 1, 2, 20 *capram* Athenis in arcem non inigi -m semel ad ... sacrificium. 2, 4, 19 non producunt ex haris matrem -m potum. LIV. 4, 52, 8 -m ab morbo annonaque nihil ... incommodi fuit. 9, 43, 24 magistratibus -m sacrorum curatione interdictum *est.* LEX Quinctia (Frontin. aq. 129, 7; *dub. trad., coni. alii alia*). *ibid.* (129, 11) aquam sumere ... -m ... machina. CELS. 3, 25, 3 vinum -m primis diebus recte datur. COLVM. 9, 7, 2 alvaria -m tergo et frontibus circumstructa. PLIN. nat. 6, 162 barba abraditur -m in superiore labro. 12, 26 oliva Indiae sterilis *est* -m oleastri fructus. 17, 28 *terra quaedam non* diu -m salici utilis sentitur. 20, 109 *asparagi* urinam cient utilissime -m ⌞vesica exulcerata⌟ (*acc. fere trad.*). *al.* *audacius*: LIV. 40, 20, 5 Demetrius omnium -m fraterno scelere, quod nuper eruperat, ignarus (*sunt qui ad 1 trahant pron. relat. postpositum intellegentes [cf. p. 1037, 35], ut sit '-m eius, quod scelere eruperat'*).
β *obi. vel subi.* (*unde subaudiatur subi. vel obi. quoddam generale*): VARRO rust. 3, 3, 8 in ... leporario pater tuus ... -m lepusculum e venatione vidit numquam. LIV. 4, 48, 3 nec ... quicquam agri ... non armis partum erat nec, quod venisset adsignatumve publice esset, -m plebs habebat (*locum corruptum putat e. g. Ogilvie, 1965, ad l.*). HIL. trin. 7, 6 l. 15 opera, quae gesta sunt *a Christo,* -m dei natura non efficit (*nisi ad a vel γ*). AVG. in psalm. 131, 13 l. 4 -m domum suam non exaudit deus ad vitam aeternam (*vix ad C, sed fort. intellegas pron. relat. et praepos.* praeter *notione q. e. extra, cf. p. 991, 28*). **γ** *attributa* (*adi. vel part. v. sub 3*): LIV. 9, 5, 4 *sponsorum* nomina ... exstant, ubi, si ex foedere acta res esset, -m duorum fetialium non exstarent (*item per gen.*: 42, 56, 10 praedam ... -m hominum. PLIN. nat. 11, 210). PLIN. nat. 8, 7 rara amplitudo iam dentium, -m ex India, reperitur (*per praepos. ut*: 26, 74 tormina discutit ... Vettonica -m a cruditate. MOD. dig. 38, 2, 33 lex ... adimit ... bonorum possessionem -m secundum tabulas).

B *coniunctio, qua excipiuntur fere enunt. secundaria, ut significetur i. q. excepto quod,* -m quod (*cf. e. g. etiam p. 1037, 71. 1038, 44; accedit indicativus praeter l. 63 et orat. obliquam l. 54*): **1** *praevalente respectu excludendi (coll. p. 1003, 74 intellegere possis vim adversativam q. e. 'sed' sim., si pro enunt. primario accipias e. g. l. 61. 65)*: VARRO ling. 7, 105 *nexum esse scribit Q. Scaev.,* quae per aes et libram fiant, ut obligentur, ⌞-m mancipio detur⌟ (*trad., sc. ut* manc. d. *impersonaliter dictum putes, nisi subaudias obi. sing. generale*; -r quom [*vel* -r quae] ... de(n)tur *edd. plerique*). rust. 2, 7, 3 *equos anno septimo maiores* intellegi negant posse, -m, cum dentes sint facti brocchi ..., ex observatu dicunt eum equ[or]um habere annos sedecim (*nisi ad p. 1039, 1, sc. si verbis* ex observatu *incipit enunt. novum*). VET. LAT. deut. 2, 37 (cod. 100) non fuit civitas, quae nos effugeret – omnes enim tradidit dominus ... in manus nostras –, -m in terram filiorum Ammon non accessimus (*gr. πλήν ... οὐ προσήλθομεν, Vulg.* absque terra *eqs.*). CANON. Turner I 2, 1 p. 32², 10 si quis clericus in caupona fuerit inventus comedens, separetur, -m ... propter necessitatem devertat (*gr. παρὲξ τοῦ ... καταλύειν*). ORIBAS. syn. 4, 1, 4 La p. 3 alia ... abstinere temptanda sunt, ⌞-m post longum tempus⌟ ... lenticla gustanda est (⌞ ⌟ *contra gr. cum antecedentibus coniungit Molinier, ut ad l. 19 pertineat; gr. πλὴν εἰ, Aa* nam). *per breviloquentiam*: LIV. 3, 26, 12 illa ... nocte ⌞nihil⌟ -m vigilatum est in urbe (⌞ ⌟ *sc. actum est sim.*). **2** *praevalente respectu admittendi, addendi (abit in notionem q. e. praeterea, si enunt. primaria intell. l. 73. p. 1041, 1. 5)*: GELL. 1, 16, 10 Lucilius ..., -m supra posui, alio quoque in loco id manifestius demonstrat (*vix ad I*). TERT. apol. 27, 6 *daemones* laedere gestiunt quos alias verentur; odium enim etiam timor spirat, -m et desperata condicio eorum ... solatium reputat *eqs.* FRG. de iure fisci 8 -m (-m quod *edd.*) emptio nullius momenti est, poenam ... fisco repraesentare compellitur *emptor.* PELAG. in Rom. 9, 22 p. 78, 9 *deus Pharao-*

[Breimeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nem diu sustinuit ... suum populum adfligentem, -m (praeterea[m] quam, propterea q. *sim. var. ll.*) innoxiam aetatem parvulorum ... iusserat enecari. CAELEST. Aug. perf. iust. 4, 10 deus bonum hominem fecit et, -m illum bonum fecit, bonum ei insuper ut faceret imperavit. CLAVD. MAM. anim. 1, 9 p. 49, 18 cernis, quam facile ... figmentum ... evanuit, -m innumera super hoc argumentari promptissimum est. ENNOD. opusc. 3, 52 p. 344, 5 -m origo irarum proprios suggerebat stimulos, lis ipsa circumstantium consilio nutribatur. *per breviloquentiam*: Ps. AVG. vit. christ. 9 p. 1039 quibus -m male conversari non licet, sed nec male conversantes agnoscere (*sc. licet*).

*?***C** *praepos. i. q. praeter. desunt exempla certa; sunt qui usum hunc agnoscant* BELL. Hisp. 41, 4 (*v. p. 1039, 8*); *ceterum dubites de* VET. LAT. deut. 3, 5 (cod. 100) possidemus omnes civitates eius *regis* ..., et non fuit civitas quam non sumeremus ab eis, LX civitates omnes ...; omnes civitates munitae muris ...; -m civitates Ferezeorum multas valde (*subaudiasne* possidemus *sim.? gr. πλὴν τῶν, Vulg.* absque). *vix huc trahas* LIV. 4, 61, 6 (-m *sim. codd. falso pro* praeterque). SVET. Aug. 45, 3 (*falso trad. acc. pro abl., v. p. 1039, 29*). AVG. in psalm. 131, 13 l. 4 (*v. p. 1040, 39*).

praeterque *v. p. 1003, 27.* **praeter quod** *v. p. 1001, 72.*

[praetersallio *v. p. 1025, 56.]* *Breimeier.*

praetersclupo, -āvī, -āre. *a* praeter *et* sclopus (stloppus). *i. q. stloppo praeterire, iactu non ferire*: LEX Sal. Merov. 17, 2 si quis alterum de sagitta toxigata percutere voluerit ⌊et -verit⌋ (*cod. Á1*; et colpus preterfallierit *C5, sim. 6; om. cett.*).

praeterscribo, -ere. *a* praeter *et* scribere *fictum sec. gr. παραχαράττειν. i. q. (praescribendo) corrumpere*: CONC.^{S} I 3 Rustic. p. 64, 9 *Nestorium* divinas -entem scripturas (*v. supra p. 829, 39. alia versio I 2 p. 44, 26* mutilantem).

praeter si *v. p. 1001, 65.*

praetersōrium, -ī *n.* *a* prae *et* tergere, *cf.* tersorium. *i. q. textum quoddam aptum ad tergendum vel amiciendum* (*cf. Gloss.* tersorium: *ἐκμαγεῖον. v. etiam Du Cange s. v.* tersorium): GLOSS. V 381, 7 (*item* GLOSS.^{L} Corp. P 670. 832) -um: paad (*anglosax., cf. got.* paida, *gr. βαίτη* [*v. Frisk, Gr. etym. Wb., s. v.*]. *scribitur in codd. etiam* -torsorum, -tersorim). *non est quod conferas* praetersoria *Adamn. vita Columb. 1, 38.*

praetersum, -esse. *a* praeter *et* esse. [*falsa var. l. p. 1042, 65.*] *i. q. foris esse, non interesse* (*cf.* esse praeter aliquid *p. 991, 33*): TERT. apol. 38, 4 spectaculis vestris in tantum renuntiamus, in quantum originibus ..., cum et ipsis rebus, de quibus transiguntur, -sumus.

praetervādo, -ere. *a* praeter *et* vadere. *i. q. praeterire*: GLOSS. IV 155, 20 (*et formis corruptis* 155, 43 = GLOSS.^{L} III Abstr. PRAE 57) praeterlabere: -e (*respicitur falsa var. l. pro* praeterlabare *Verg. Aen. 3, 478*). *Ramminger.*

praetervectio, -ōnis *f.* *a* praetervehi. *i. q. actio praetervehendi, sc. metonymice de loco, qui praeternavigatur*: CIC. Verr. II 5, 170 monumentum sceleris (*sc. crucem*) ... voluit esse in conspectu Italiae, vestibulo Siciliae, -e omnium qui ultro citroque navigarent.

ˣpraetervehor, -vectus sum, -vehī *et* praeterveho, -vehere. *a* praeter *et* vehi (vehere). *adhibetur plerumque mediopassive, v. infra sub I, ubi etiam part. praes.* (*inde a* LIV. 22, 49, 6) *inseruimus; activum v. sub II. in tmesi* OV. met. 13, 713 praeter erant vecti; *vix addas p. 990, 62.* GLOSS. *παραπλέω. παροδεύω.* transnavigor (*vel* -go). *al. legitur in versibus apud* ACC., VERG., OV., STAT., AVSON., *in oratione soluta inde a* CIC., CAES., *saepe apud* LIV.

I *mediopassive, i. q. praeterire* (*sine obi. acc. l. 63. p. 1042, 1 sq. 6. al.; subi. sunt homines praeter p. 1042, 3 sqq. 24. 38. 42*): **A** *de mero motu* (*respicitur aut locus, qui vehendo superatur, relinquitur, aut locus ante quem, secundum quem motus est; motus fit per locum p. 1042, 18*): **1** *pertinet ad navigandum*: **a** *-untur homines* (*cf. p. 1042, 21*): ACC. trag. 688 mystica ad dextram vada -ti (*explicat Varro, v. vol. VIII 1759, 12*). CIC. Verr. II 5, 98 *pirata* insulam totam -tus est (*antea*: non modo a latere, sed etiam a tergo *Ortygiam reliquit*). fin. 5, 49 *Sirenes* revocare eos solitae, qui -bantur (*cf. p. 1042, 28 et* SEN. epist. 123, 12 voces *Sirenum* ..., quas Vlixes nisi alligatus -i noluit). CAES. civ. 3, 26, 1 Apolloniam Dyrrachium ⟨que⟩ (3, 26, 3. *v. etiam sub b*). BELL. Afr. 2, 6 Clupeam classe. BELL. Alex. 44, 4 maritumas ... civitates ... -batur *Vatinius* (LIV. 37, 16, 2). VERG. Aen. 3, 688 -or ostia ... Pantagiae Megarosque sinus *eqs.* (LIV. 34, 8, 6 Ligustinos montes sinumque Gallicum. 37, 23, 3. SVET. Aug. 98, 2 Puteolanum s.). OV. met. 13, 713 Dulichios portus Ithacamque ... praeter erant vecti (LIV. 36, 45, 7 p. Erythraeae terrae). LIV. 21, 41, 3 navibus Galliae oram (26, 39, 2 o. Italiae. *al.* CVRT. 4, 5, 10 Phoenices o. classe. 10, 1, 18. *cf.* STAT. Theb. 5, 473 litora rectis -tus aquis [*v. et p. 1042, 8*]. SERV. Aen. 3 praef. maritima Graeciae). 25, 27, 12 Siciliam -tus. *al.* SEN. dial. 12, 9, 6 Mytilenas. MELA 1, 91 *oppidum.* 2, 22 *promunturium.* SVET. Nero 34, 1 summissis, qui ... in secessu *litoris Campani* quiescentem *Agrippinam* per convicia ... terra marique -entes inquietarent. EPIST. Alex. p. 198, 8 vidimus homines per medium amnem ... -i naviculis. SERV. Aen. 3 praef. Cycladas. **b** *-untur naves, classes*: CIC. Verr. II 5, 86 tam diu ... classem ... vidit *Verres,* quam diu convivium eius ... -ta est (LIV. 37, 13, 1). CAES. civ. 3, 30, 1 -tas Apolloniam Dyrrachiumque naves (LIV. 37, 24, 2 libero inter ordines *hostium* discursu -ta *navis Rhodia* [*cf. Polyb. 16, 4, 14 κατὰ ... τοὺς διέκπλους et ἐκπεριπλέοντες*]. PANEG. 3, 14, 5 naves ... litus ... -tas).

2 *pertinet ad iter terrestre*: LIV. 22, 49, 6 tribunus ... -ens equo. STAT. Theb. 2, 382 *Tydeus* -tus Nisum (*i. Megaram*) et te, ... Eleusin. TAC. hist. 3, 71, 1 cito agmine forum et ... templa -ti *milites.* SVET. Iul. 37, 2 *triumpho* Velabrum -ens paene curru excussus est. 78, 2 triumphanti et subsellia tribunicia -enti. Nero 34, 1 (*v. sub 1a*). ADNOT. Fronto p. 145, 23 ('Crassus ... lucem fugitabat') multa ... loca clausa lecticula -batur. SOL. 30, 17 *venatores* praestolati ... *angues* exeuntes -tique percitis cursibus obiciunt gramina. SYMM. epist. 7, 69, 1 -tus decretum locum, *sc. equo* (*syn.* praeterisset). SIDON. epist. 5, 20, 4 vineam, messem ..., vel dum -aris, inspicere. *? vi praeverbii deflexa fere i. q. percurrere, transvehi* (*cf. l. 32 et IIB*): SVET. Aug. 93 quod Iudaeam -ens apud Hierosolyma non supplicasset *Gaius Caesar* (*huc trahere possis sec. Oros. p. 1013, 64; notione communi sec. 1 explicat e. g. Gardthausen, RE X 426, 51*).

B *vi aucta (in imagine praeter l. 30) vel translate significantur potius*: **1** *qui (quae) superant*: **a** *evadendo, evitando* (*sc. pericula, difficultates*): CIC. Cael. 51 scopulos -ta videtur esse oratio mea (*cf. de ipso oratore*: Phil. 7, 8 periculosissimum locum silentio *vestro* sum -tus [AVG. in psalm. 72, 3 l. 32 periculosum l.]). SEN. dial. 6, 16, 5 infesta variis casibus vita est ...; mirum est tantam turbam *filiorum* non potuisse sine invidia damnove -i? epist. 31, 2 (*sapiens Vlixi Sirenes -enti comparatur*) -ere itaque non unum locum ... voluptate suspectum, sed omnes urbes. PS. QVINT. decl. 12, 22 Syrtis aut ... Charybdim (AVSON. 456, 2 p. 398 Scyllam ... et C. [*ibid.* praetereat]). AVG. in psalm. 61, 18 l. 26 *psalmista* velut aquila volans -tus omnem nebulam *ad aliquid liquidum pervenit.* **b** *excedendo modum quendam*: FRONTO p. 58, 21 qui ... equitum censum -are. **c** *praecellendo*: FRONTO p. 88, 22 *velis passis* omnis eloquentiae studiosos ut lembos et celocas facile -i.

2 *qui (quae) neglegunt, sc. leviter tantum tangunt* (*distinguitur* transilire *apud* PLIN.), *non vere agunt vel prorsus omittunt*: **a** *res quaslibet*: CIC. Balb. 4 orationi, quae non -ta sit aures vestras, sed in animis ... insederit. SEN. epist. 93, 7 hoc a me exige, ne ... aevum ignobile emetiar, ut agam vitam, non ut -ar (*sc.* vitam; *an* vitā, *ut vi pass. ad IIA spectet?*). **b** *argumenta tractanda* (*aliter l. 24 sqq.*): PLIN. paneg. 56, 2 *quid est* in principatu tuo, quod cuiusquam praedicatio vel transilire vel -i debeat? ARNOB. nat. 5, 20 erat nobis consilium praeterire, -i ... mysteria *Phrygica* (-veni *cod.*). AMBR. incarn. 8, 79 ne -ti videremur, quod solvere nequiremus. BOETH. in herm. comm. sec. 1, 1 p. 26, 15 Alexander ... strictim proxima intellegentia -tus tetigit quidem causam, non tamen ... rationem ... exsolvit.

II *verbum activum* (*v. Traina, Quad. Ist. Fil. Lat. 4, 1976, 117 sqq.; addasne pass. l. 40? vix recte* SERV. *huc traxit* VERG. *p. 990, 61*): **A** *cum obi. personae ferendae i. q. praetereundo vehere* (*sc. vehere praeter oculos alicuius observantis sim.*): SEN. epist. 58, 23 (*affertur Heracliti dictum*: in idem flumen bis descendimus et non descendimus) manet ... idem fluminis nomen, aqua transmissa est; ... nos quoque non minus velox cursus *vitae sim.* -it (*hucine l. 40?*). **B** *cum obi. spatii emetiendi i. q. percurrere sim.* (*ad vim praeverbii v. supra l. 18; ceterum cf. part. praes.* -ens *sub I*): CASSIOD. var. 11, 36, 2 Mercurius ... tredecim mensibus proposita sibi intervalla -it (*syn.* praetervolat, peragit *al.*).

deriv.: praetervectio. *Sinclair.*

praeterverto, -tī, -ere. *a* praeter *et* vertere. **1** -ere solem *fere i. q. praetereundo vertere solem* (*sc. de eo qui solem praeterit contra eius cursum vadens*): PLIN. nat. 2, 182 *quidam, cui* eunti cum sole iter erat, eundem remeans obvium contrario -bat (praev- *var. l.*) occursu et ideo die breviore utebatur. **2** -ere ordinem *fere i. q. invertere, praeposterare* (*sc. vi praeverbii minus perspicua*): AVG. quaest. hept. 7, 42 l. 722 *scriptura* ad ordinem rediens, quem -erat (-tererat, t(er)ierat *var. ll.*) prius dicendo, ... quod novissime factum est (*antea*: per prolepsin).

*?***praetervolito,** -are. *a* praeter *et* volitare. *i. q. volitando praeterire* (*si recte restituitur*): PHAEDR. app. 31, 1 papilio vespam -ans viderat (*Orelli*; -volantem *trad.; coni. alii alia, e. g.* prope volantem, praevolantem, propter volitans). *Bk.*

praetervolo, -āvī, -āre. *a* praeter *et* volare. *adhiberi vid. in tmesi* GILD. *p. 1043, 45, vix iam* HOR. epod. 16, 40 *p. 990, 62. legitur raro in versibus, sc. apud* CIC. (*semel ut* CLAVD.), SIL. (*ter*), MART. CAP. (*bis*), *in oratione soluta inde a* CIC., LIV.

i. q. volando praeterire (*vim deflexam v. p. 1043, 9. 30; cf.* GLOSS. -o: *[Mensink]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

velociter praetereo. GLOSS.[L] I Ansil. PR 1113 -are: citius pertransire):
1 *proprie*: **a** *transitive*: **α** *usu communi, sc. pro obi. ponuntur quae praetereuntur, superantur*: CIC. Arat. 412 quem *Equum* ... -at Ales (*gr. v. p. 701, 10. item de sideribus*: CASSIOD. var. 11, 36, 2 sol ... zodiaci circuli signa -at. *cf.* MART. CAP. *infra*). SIL. 16, 418 *auriga* hunc *praecedentem* ... rapido -at incitus axe (*in certamine ut*: 16, 511 Theron ... *cursu* -at Hesperon). LACT. opif. 8, 7 *nisi essent auriculae,* simplicium cavernarum angustias -are vox posset. AMM. 16, 12, 29 hostium tela -ans *Iulianus.* MART. CAP. 2, 126 (vers.) *Mercurius* astra mundi -ans. **β** *usu deflexo, sc. pro obi. ponuntur ea per quae motus fit, ut vergat in vim q. e. pervolare*: -are *dicitur ipse miles hasta a se coniecta* (*sc. audacius fere pro 'hasta volante transmittere' sim.*): SIL. 10, 113 et medias hastā velox -at auras (*2, 89* hastā ... intrantem moenia *contulit Delz in plagulis*). *de navigantibus*: CLAVD. 26, 321 *Stilicho* parva puppe lacum -at. SIDON. epist. 2, 12, 1 *remiges* -ant amnis ... terga.

b *intransitive*: **α** *de avibus* (*de pinna* AMM.): FEST. p. 205 *v. supra p. 764, 8 sq.* (*item respiciuntur auguria*: CVRT. 4, 6, 11 -ans corvus. SVET. Claud. 7, 1 aquila [Galba 1, 1]. AMM. 21, 1, 9 ut rostrum sonans aut -ans pinna turbido meatu vel leni futura praemonstret. MACR. somn. 1, 19, 27 -ando ... futura pennis ... significant *aves*). HIL. in psalm. 56, 3 avibus naturae est ... *pullos* a -antium vi ... defendere (*usu pro subst.?*). PAVLA Hier. epist. 46, 1, 2 umbram -antium avium. **β** *de quibuslibet praetereuntibus*: SEN. dial. 12, 8, 6 stellas quasdam longo tractu cum luce multa -antes (*cf.* nat. 7, 5, 2 *lumina quaedam caelestia* non transcurrunt nec -ant ..., sed commorantur. 7, 23, 2 *stellae quaedam* -ant et secant aera [*vix ad aβ*]). FLOR. epit. 1, 11, 4 *Castor et Pollux* more siderum -verunt *equis.* ITIN. Alex. 27 *Alexander* ubi Arbelum venit, ... Darium ... nullum videt, ita volucer -arat. HIER. vita Hilar. 11, 11 *in certamine* sub horum curru rotae fervent, illi -antium terga vix cernunt (*masc. pro subst.*). *?vi praeverbii spectante ad motum continuatum* (*nisi compos. pro simplici*): MACR. Sat. 7, 5, 30 gubernatores vento suo, etiamsi nimius sit, contrahendo in minorem modum vela -ant (*nisi rectius 'intuentem scilicet' Ianus ad l.*).

2 *translate*: **a** *transitive*: **α** *-ant res, sc. quae aliquem fugiunt*: CIC. de orat. 3, 223 sententiae ... acutae non acutorum hominum sensus -ant (per- *var. l.*). orat. 197 fugit eos *audientes* et -at numerus. **β** *-ant animantes, sc. qui loquendo, scribendo quaedam omittunt vel leviter tangunt*: CIC. ac. 2, 42 *Academici* haec duo proposita non -ant, sed ita dilatant, ut *eqs.* LACT. inst. 2, 8, 46 quam callide periculum -vit *Cicero conclusione quadam.* IVL. VICT. rhet. p. 74, 8 ut contraria -emus. SCHOL. Cic. Bob. p. 120, 17 hanc omnem confusissimam permixtionem cursim -at (*opp.* cum mora protrahi). LEPOR. 1 l. 35. MACR. Sat. 5, 13, 21 hoc (*opp.* ab initio describit). MART. CAP. 6, 703 ignobilia quaeque -ans immorari non potui. ENNOD. dict. 1, 15 p. 427, 17 aliquanta (*opp.* immorari). *?per tmesin audaciorem* (*nisi agnoscas usum praepos.*): GILD. Brit. 75 chron. III p. 69, 3 unum adhuc praeter magnam verbis volans sanctorum silvam ... ponam, Basilium scilicet.

b *intransitive:* *-ant dicta*: CIC. fin. 5, 77 illud ... nimium festinanter dictum videtur ..., nescio quo modo -vit oratio (PANEG. 4, 19, 1 ⌞omnia⌟ -ans tetigit o. [⌞ ⌟ *nisi ἀπὸ κοινοῦ*]). SEN. epist. 40, 3. MART. CAP. 4, 423 (vers.). *-ant tempora et variae res fugaces*: LIV. 25, 38, 18 -at opportunitas. SEN. epist. 108, 25 *in vita* meliora -ant, deteriora succedunt. HIER. in Ezech. 7, 12 l. 773 (*ad I Cor. 7, 31* praeterit ... figura huius mundi) figura -at et mutatur. in Is. 11, 40, 6 l. 28 ipsum ... quod loquimur, dictamus et scribitur, de vitae nostrae parte -at (*loco gemino epist. 60, 19, 1* de vita mea trahitur). AVG. in psalm. 38, 9 l. 16 -antia tempora. serm. 346C, 2 coll. Morin p. 273, 25 dies -antes. *Mensink.*

praetestor, -ātus sum, -ārī. *a* prae *et* testari. [*vix recte trad. pro* protestari SACR. Leon. 1241 (*cf. falsam var. l.* DON. Ter. Eun. 740, 2).] *i. q. antea testari*: CARM. adv. Marc. 3, 176 larga ... per Christum patris est promissa voluntas -ta viam vitae atque probata per ipsum est. *Bk.*

***praetexo,** -uī, -tum, -ere. *a* prae *et* texere. *de notione*: GLOSS. -o: *παραχαλύπτω.* -it: celat, coperit. vestit. -tus: purpuratus. GLOSS.[L] I Ansil. PR 1122 -ta: anteposita. *legitur in prosa inde a* CIC., *in poesi inde a* VERG., *sed f.* praetexta *prius, v. p. 1047, 26.* [*confunditur in codd. imprimis cum aliis compositis, sc.* con-, per-, pro-, retexere, *e. g.* CIC. de orat. 2, 317 LYGD. 1, 11 SOL. 30, 1 (*falsa var. l.* ACC. trag. 518. *al.*), *ceterum cum* praetegere, *e. g.* CIRIS 320 (*falsa var. l.* TERT. spect. 10 p. 12, 18).]

i. q. ante texere (*sc. vi praeverbii locali; de vi temporali fortasse cogites p. 1046, 48. 1047, 4. 17; de formis ambiguis v. quae sub* praetego *monuimus*): **I** *pro obi. est quod texto quodam praecingitur, qualibet re instruitur* (*structura plena aliquid aliqua re v. l. 75. p. 1045, 4 et saepius sub B2. res cingens sim. ponitur pro subi. p. 1044, 73. 1045, 30. 67 sq. al.*): **A** *respicitur vestis margine purpureo ornata* (*cf. abl. p. 1044, 44. 47. 52.*

54. 75 et purpura *pro subi. positum l. 73*): **1** *p. p. p.* praetextus, -a, -um *pro adi.* (*usum pro subst. v. infra*): **a** *proprie, sc. de ipsis vestibus*: **α** toga -a (*perperam trad.* toga et -a CIC. Cluent. 154 Pis. 23; *ordine inverso* -a t. CIC. Sest. 144 Vatin. 16 Balb. 57 Lael. 33 LIV. 34, 7, 2. *al.*): Ⓘ *virorum* (*qui ea pro insigni dignitatis utuntur; cf.* NON. p. 541, 21 t. -a: insigne Romanum, quod supra tunicas honorati quique sumunt. GLOSS. t. -a: quae in senatu induitur. *sim. al.*): Ⓐ *magistratuum Romanorum, senatorum* (*imperatoris l. 25, peregrinorum honoratorum l. 17 sq., regum Etruscorum l. 20 sqq.; ad rem v. Mommsen, Staatsrecht I³ 418 sqq. 437*): CIC. Verr. II 5, 36 *aedili esse* fructos illos datos: ... t. -am, sellam curulem *eqs.* (Cluent. 154 LIV. 10, 7, 9. *cf. l. 18. 20. 37*). p. red. in sen. 12 *consul* cum t. -a, quam omnes praetores aedilesque tum abiecerant, inrisit ... luctum ... civitatis. Vatin. 16 aediliciam -am t. Balb. 57 qui legum praemiis praetoriam sententiam et -am t. consequuntur. Pis. 23. fam. 2, 16, 7 t. -am texi Oppio *equiti* puto te audisse (*v. Münzer, RE XVIII 732, 28 sqq.; sunt qui vestem sacerdotis intellegant*). ad Q. fr. 2, 11, 2 quam erat adeptus Caesare consule *Antiochus rex* (*de eiusdem t. ibid.* 3. *ceterum dono datur regibus externis*: LIV. 27, 4, 9. 31, 11, 11 cum curuli sella). BRVT. or. frg. Diom. gramm. I 367, 27 qui te t. -a amicuit (*si recte huc traximus*). LIV. 1, 8, 3 unde sella curulis, unde t. -a sumpta est (*sc. ab Etruscis ut*: FEST. p. 322 *ludis quibusdam* producitur ... senex cum t. -a bullaque aurea; quo cultu reges soliti sunt esse E⟨trus⟩corum. *cf. etiam* PLIN. nat. 9, 136 [*1, 9, 63* quando ... usus ... praetextae] *et* SIL. *sub 2*). 8, 9, 5. 34, 7, 2 *v. l. 31.* FEST. p. 352 (*in explicatione fabularum togatarum*). SEN. contr. 1, 8, 4 praetorio licet -a t. uti festis ... diebus. PANEG. 10, 6, 4 tu, imperator, t. -am sumpto thorace mutasti. AVSON. 332, 5 p. 24 t. purpurei rutilans -a senati. HIST. AVG. Aurelian. 13, 3. *al.* *in proverbio*: QVINT. inst. 5, 10, 71 non possum t. -am sperare, cum exordium pullum videam (*v. Cousin, 1976, ad l.*). Ⓑ *eorum, qui coloniis municipiisve praesunt*: LEX Vrson. (CIL I² 594) 62, 21 iisque IIvir(is) aedilibusque ... t. -as ... habere ius ... esto (LIV. 34, 7, 2 magistratibus in coloniis municipiisque, hic Romae ... magistris vicorum). Ⓒ *sacerdotum* (*cf. l. 16*): CIC. Sest. 144 cui *P. Lentulo* ... annus idem et virilem patris et -am populi iudicio t. dederit (*explicat* SCHOL. Cic. Bob. p. 144, 1 *t.* auguratus -am). LEX Vrson. (CIL I² 594) 66, 7 pontificib(us) auguribusque ... t. -as habendi ius ... esto (LIV. 33, 42, 1 triumviris *epulonibus* item ut pontificibus). LIV. 27, 8, 8 datum id *ius* cum t. -a et sella curuli ei flamonio, *sc. Diali.*

Ⓘ *liberorum ingenuorum*: CIC. Verr. II 1, 113 eripies ... pupillae t. -am, detrahes ornamenta non solum fortunae, sed etiam ingenuitatis? II 1, 152 cum t. -a, ... *sed* sine bulla (*item iuxta memorantur*: SVET. rhet. 25, 9 [*in themate controversiae*]. PORPH. Hor. epod. 5, 12 insignia pueri intellege t. -am ac bullam. MACR. Sat. 1, 6, 17. *cf. l. 21*). Lael. 33 quod ... puerorum amores saepe una cum -a t. ponerentur. LIV. 34, 7, 2 liberi nostri -is purpura t. utentur. SEN. epist. 4, 2 cum -a posita sumpsisti virilem t. GELL. 18, 4, 1 -am et puerilem t. *al.*

?Ⓘ *mulierum* (*si recte restituitur*): FEST. p. 274 *recinium esse* toga⟨m, qua⟩ mulieres utebantur, -am (-um *trad.*) clavo purpureo.

β *iuncturae ceterae respicientes*: Ⓘ *togam -am*: PROP. 3, 15, 3 ⌞-i⌟ pudor ... amictus (*sc. pudor puerorum proprius*; ⌞ ⌟ -a, -ae *var. ll.; item de vestimento puerili*: SIL. 10, 647 -o ... velamine). FIRM. math. 3, 5, 18 *Venus cum Sole coniuncta* coronarum largitur insignia et -a[rum] veste decorabit. Ⓘ *alia vestimenta*: LIV. 22, 46, 6 Hispani linteis -is purpura tunicis ... constiterant. FEST. p. 174 noegeum quidam *dicunt* amiculi genus -um purpura, quidam candidum. p. 348 suffibulum est vestimentum al⟨bum, -um, qua⟩drangulum *eqs.* (*suppletur sec.* PAVL.).

b *per genus quoddam enallages significatur*: **α** *is, qui toga -a indutus est, sc. praetextatus* (*vix addas* CIC. *p. 1050, 16*): PROP. 4, 1, 11 curia, -o quae nunc nitet alta senatu. AVSON. 208, 7 p. 65 -a ... pubes *audiens grammaticum.* *huc trahendum videtur*: POLLIO or. frg. Char. gramm. p. 98, 4 clipeus ⌞-ae imaginis⌟ positus (⌞ ⌟ *'imago hominis praetexta induti' H. Meyer, Orat. Rom. frg. ²1842, 497; cf. p. 1050, 27*). **β** *res quae quodammodo ad togam praetextam vel praetextatos spectant: de fabula argumenti Romani* (*v. p. 1048, 48. 1051, 37*): VARRO ling. 6, 18 cur hoc (*sc. ritus quidam*) *fieret,* togata -a ... docuit populum (*sunt qui coniciant* toga -a, *v. Flobert, 1985, ad l.*). SCHOL. Hor. ars 288 qui -as fabulas fecerunt vel togatas. *de verbis impudicis* (*v. p. 1051, 27*): FEST. p. 245 -um (-atum *editio Augustini et var. l.* PAVL.) sermonem quidam putant dici, quod praetextatis nefas sit obsceno verbo uti; alii, quod nubentibus depositis praetextis a multitudine puerorum obscena clamentur. MACR. Sat. 2, 1, 9 impudica et -a verba *mimorum sim.* (*trad.*; praetextata *edd. sec. p. 1051, 27*). *de pueritia*: MACR. Sat. 1, 6, 25 in -a aetate (*sec. Gell. 1, 23, 13, v. p. 1048, 65*).

2 *aliae formae*: OV. Pont. 3, 8, 7 purpura ... tuos ... -it amictus. SIL. 8, 487 *Vetulonia fasces adhibuit sellamque curulem* et princeps Tyrio vestem -uit ostro.

[Suter]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

B *exempla cetera*: **1** *notione communi, sc. mero fere respectu praecingendi, ornandi, instruendi (pro obi. sunt res praeter l. 12. 26. 38); quae res (multitudo hominum l. 27. 37) ornamento, operimento sim. est, ponitur*: **a** *ablativo (struct. act. vel pass.; mediopass. l. 24)*: **α** *vario usu*: CIC. div. 2, 112 (*respicitur ἀκροστιχίς*) in Sibyllinis ex primo versu cuiusque sententiae primis litteris illius sententiae carmen omne -itur (*dubitatur de textu constituendo, v. Schäublin, Mus. Helv. 44, 1987, 188 sqq.*). TIB. 1, 4, 43 -ens picta ferrugine caelum ... imbrifer arcus. OV. fast. 4, 953 -ta ... quercu stet domus *Augusti*. 5, 567 Augusto -tum nomine templum. VAL. MAX. 2, 4, 6 *scaenam* totam argento C. Antonius, auro Petreius, ebore Q. Catulus -uit. SEN. dial. 7, 2, 2 non ... colorem vestium, quibus -ta sunt corpora, aspicio, *sed animum* (*item vestiuntur homines*: SVLP. SEV. epist. 2, 3 Martinum ... -tum toga candida). STAT. silv. 5, 3, 50 magno tumulum *patris* -ere luco. IVVENC. 3, 636 (*Matth. 21, 8* straverunt vestimenta sua in via) stratas -unt vestibus. HEGES. 5, 18, 3 p. 337, 23 *Iudaei* murum quadam patibulorum segete -uerant. CLAVD. rapt. Pros. 2, 320 -ere ramis limina *regiae* (PAVL. NOL. carm. 14, 110 sertis). *al.* *incorporaliter*: CIC. de orat. 2, 317 omnia, quae fiunt ... acerrime, leniorибus principiis natura ipsa -uit (pro-, con-, re- *var. ll.*). CIRIS 100 *Musae,* aeterno -ite honore volumen. **β** *speciatim in descriptione locorum naturalium, orbis terrae, situs populorum*: VERG. ecl. 7, 12 (*item* georg. 3, 15) tenera -it harundine ripas Mincius *fluvius* ([SERV. auct.: praetegit]. RVFIN. hist. mon. 11, 9, 6 herbis. *mediopass. cum acc.* [*obi. vel respectus*]: AVSON. Mos. 45 tu, *Mosella,* neque limigenis ripam -eris ulvis nec ... perfundis litora caeno). STAT. silv. 4, 4, 7 vadum -itur hortis. TAC. Germ. 34, 1 utraeque nationes *Frisiae* usque ad Oceanum Rheno -untur. SOL. 30, 1 *Niger fluvius* calamo -itur. AVSON. 419, 42 p. 364, 277 quot *milibus barbarorum* Danuvii ora -itur. HEGES. 3, 20, 2 p. 223, 1 situm litoris, quo -itur Ioppe, ... exponere. *al.*

b *pro subi.* (*sc. struct. act.; cf. etiam l. 65. 67 sq. al.*): VERG. Aen. 6, 5 litora curvae -unt puppes ([SERV. auct.: praetegunt]. LVCAN. 10, 537 densae -unt l. classes [ADNOT. celant]). CIRIS 320 qua lege ... -at ⌞purpura⌟ canos (⌞ ⌟ *cirrus purpureus Nisi*). LYGD. 1, 11 *libri* summa ... -at (pro- *var. l.*) tenuis fastigia charta (*sc. titulus*; chartae *codd. fere omnes*). SEN. epist. 89, 21 quo usque ... nullum *erit* flumen, cuius non ripas aedificia vestra -ant? (PANEG. 3, 7, 2 *cum* fluminis ripam ... armatorum atque inermium perpetuus ordo -ret). 91, 16 *monumenta* viam disparia -unt. PLIN. nat. 6, 112 qui *montes* ... eas gentes -unt. SYMM. or. 2, 1 licet ... trabeam ... serta -ant. HEGES. 3, 6, 3 p. 196, 16 ut campos ... distinctae in fronte -ant arbores, in medio venustent. *al.*

2 *praevalentibus notionibus secundariis*: **a** *celandi, obscurandi*: **α** *incorporaliter, sc. -untur quaecumque excusanda, dissimulanda sunt*: Ⓘ *verbis*: VERG. Aen. 4, 172 *furtivum amorem Dido* coniugium vocat, hoc -it nomine culpam (SERV. auct.: praetegit. *perperam ad perf. verbi q. e.* praetegere *refertur* GLOSS.^{L} I Ansil. PR 1121 -it culpam: velavit peccatum [*sim.* 1119. 1120]). LACT. epit. 11, 1 *poeticum est sic fingere,* ut ea quae gesta sunt, figura et quasi velamine ... -as. PROSP. resp. ad Gall. 2 praef. nos, quod de supra scriptis capitulis intellegimus, nulla circumloquendi arte -ere. Ⓘⓘ *quolibet modo*: VERG. Aen. 4, 500 novis -ere funera sacris (SERV. praevelare, abscondere; ⌞et est antistrophe: funeribus nova sacra -ere⌟ [*addit* SERV. auct.]). AMBR. Abr. 1, 4, 24 publici muneris gratiā privatam culpam -uit. in psalm. 118 serm. 2, 1, 2 quemadmodum viam suam corrigat offensionemque adulescentioris aetatis seria iuventutis fronte -at. HEGES. 5, 50, 1 p. 406, 7 consuetudinem ... fraude. PRVD. c. Symm. 2, 226 stupra vestra deae Veneris -itis umbra. CLAVD. 3, 99 simulare fidem sensusque minaces protegere et blando fraudem -ere risu.

β *corporaliter -untur*: Ⓘ *res lucentes* (*e coni. vix recta* AVIEN. *p. 982, 62*): STAT. Theb. 3, 496 (*Amphiaraus precatur Iovem*) dextris ... profundum alitibus -e diem (pro- *var. l.*). 8, 47 (*loquitur Pluto*) pandam ... regna ... et Stygio -am Hyperiona caelo. GAVDENT. serm. 1, 25 (*in imag.*) *nos Christiani* sumus in luce; sed ipsi dies nostri quibusdam nebulis -untur. HIER. in Nah. 1, 3 l. 80 *quod nubes* stellarum ... lumen sua caligine nitantur -ere. Ps. HIL. euang. 53 *quattuor animalia alis suis* (*Is. 6, 2 apoc. 4, 8*) ora dei velant ... faciemque coruscam -unt, ... noceat ne fulminis ardor. Ⓘⓘ *varia*: AVSON. 322, 30 p. 262 fallax scuticam -it aluta. AMBR. in psalm. 118 serm. 3, 22, 1 *si oculi* acies ... umoris suffusione -itur. VVLG. Iob 36, 28 *nubes* -unt cuncta desuper. PAVL. PETRIC. Mart. 5, 749 obtectum praetendunt nubila caelum, umida nigrantem -unt vellera ⌞cratem⌟ (*i. compagem navis [sec. 5, 763], sc. quam nubes obscurant; 'de caelo nubibus contecto' Petschenig in indice* [*intellexisse videtur potius ipsa templa caeli obscurata quam rete quoddam obscuritatis obtentum, ut locus pertineat ad p. 1047, 13*]).

b *variis, sc.: protegendi, defendendi* (*cf. var. l. p. 1046, 34 sq.*): AMBR. Noe 7, 18 *pili* orbem oculorum -unt (-tegunt *B*). *praestringendi, attingendi* (*sc. praetereundo; hyperbolice*): AMBR. c. Aux. 15 regiam palatii -bam (pro- *var. l.*) eundo *ad martyres* atque redeundo. *praecludendi, obsaepiendi*: SALV. gub. 7, 72 *in civitate impudica* omnes vias aut quasi foveae libidinum interciderant aut quasi retia -bant *inevitabilia.*

II *pro obi. est quod (texendo) sive praeponitur, applicatur sive efficitur* (*sc. notione propria texendi plerumque evanescente; accedit dat. passim praeter A1a et C [cf.* in *c. abl. l. 49. 52. 65], abl. instr. p. 1047, 2. 9* [*cf.* in *c. abl. p. 1047, 4*]): **A** *praevalet respectus praetendendi, sc. ad protegendum vel celandum*: **1** *-untur verba vel argumenta* (*sc. quae aliquid probant, excusant, dissimulant; pro obi. est acc. c. inf. l. 24 [cf.* VELL. *sub C1], fortasse etiam l. 18 sq. 21, si subaudias* esse; *obi. explicatur per enunt. secund. l. 14. 23*): **a** *usu vario*: CIC. Pis. 56 *nemo* potest exercitum ... aperte ... petere, ut non -at cupiditatem triumphi (*antea*: triumphi nomine tegere atque celare cupiditatem suam). VAL. MAX. 2, 9, 6 *censor XXXIV tribus inter aerarios rettulit* -uitque causam, quia necesse esset eas *eqs.* (SEN. epist. 94, 64 ad continuandam potentiam. IVST. 16, 1, 4 ad sceleris patrocinia. *aliter* LIV. *sub C1*). EPIST. imp. Tit. (Année Épigr. 1962 n. 288) 9 sestertia *tot* ... nummorum tenuitati publicae, quam -itis, remisi. TAC. hist. 1, 72, 2 *Tigellinus* Titi Vini potentia defensus *est* -entis servatam ab eo filiam. 3, 8, 3 eadem Mucianus ... monebat, incruentam ... victoriam et alia ... -endo. 4, 73, 3 libertas et speciosa nomina -untur. ann. 4, 4, 2 multitudinem veteranorum -bat ... et dilectibus supplendos exercitus. TERT. apol. 40, 1 -entes ... ad odii defensionem illam quoque vanitatem, quod existiment *eqs.* HIER. epist. 28, 1 epistulae brevitatem causati sumus et rem libri non posse explicari litteris -uimus. *al.* *accedit praedicativum*: AMBR. Tob. 9, 35 creditor (*sc. diabolus*) -itur quasi fidelis, et quasi incredulus *is* (*sc. deus*), ad quem fidelis oppignorat (*antea*: in hoc ... *creditoris* nomine fraudem facit). **b** *cum dat. rei celandae, excusandae*: PLIN. nat. 13, 125 *medici* ista *argumenta* -unt noxio instrumento tantumque impudentiae est, ut venenum artis esse persuadeant. QVINT. inst. 1, 12, 16 difficultatis patrocinia -imus segnitiae. S. C. de sumpt. lud. glad. (CIL II 6278) 5 qui *fiscus* lanienae aliorum -retur. SYMM. epist. 5, 54, 5 privatam petitionem ..., cui sacrae reverentiae umbra -itur.

2 *-untur varia*: **a** *corporaliter* (*cum dat. rei protegendae; cf. etiam l. 61*): FRONTIN. strat. 1, 4, 1 *Aemilius Paullus* captivos lateri (captivis latera *var. l.*) euntium -uit; quorum respectu hostes inhibuere tela. RVT. NAM. 1, 537 procera suo -itur alga profundo *portum tegens.* 2, 33 *consilium dei* excubiis Latiis -uit Appenninum claustraque ... vix adeunda. **b** *incorporaliter* (*accedit dat. rei firmandae vel celandae*): AMM. 26, 10, 5 *quidam artis magicae peritus* doctrinarum diritatem ⌞causis inanibus⌟ -bat (⌞ ⌟ *nisi abl., ut spectet ad IB2*). SERV. auct. Aen. 4, 500 *v. p. 1045, 51.*

B *praevalet respectus ante apponendi, sc. ad ornandum vel quolibet modo instruendum*: **1** *in descriptione orbis terrarum*: OV. ars 1, 255 quid referam Baias -taque litora Bais (velis *var. l., ut pertineat ad I* [*cf. p. 1045, 31*]). AMBR. hex. 3, 5, 23 quas *insulas mare* velut monilia plerumque -it (*gr. p. 93^{B} περιαφίγγει, Eustath.* constringit). HEGES. 3, 6, 3 p. 197, 1 *Peraea* ab ortu solis arvis (urbis *sim. codd.*) Arabiae -itur. **2** *in ordine scriptorum* (*ut cogitare possis de vi praeverbii temporali, maxime l. 54 sq.*): PLIN. nat. praef. 21 in his voluminibus auctorum nomina -ui (FEST. p. 209 *cum Verrius versus* rettulerit ... nullius ⌞auctoris⌟ -to nomine [⌞ ⌟ praetoris *trad.; del. Lindsay Gloss.^{L} IV p. 315^{b}*]). 18, 23 auctores ... -uimus hoc in volumine (18, 212 volumini huic). APVL. flor. 18, 39 cui *hymno* dialogum -ui. TERT. adv. Marc. 1, 1 p. 292, 11 regulam prius adversarii -am. *respicitur simul series actionum describenda*: AMBR. fid. 2 prol. 11 alibi (*exod. 39, 2 sq.*) ... aurum -it et postea hyacinthum ... cum cocco subiungit ...; alibi (*exod. 39, 22 sq.*) ... prius flosculos format aurumque subnectit. **3** *vario usu*: SEN. epist. 86, 6 illis *marmorum crustis* undique operosa et in picturae modum variata circumlitio -itur. COLVM. 10, 296 sicubi odoratas -it amaracus umbras *eqs.* (*vix intellegas perf. verbi q. e.* praetegere). VAL. FL. 3, 436 (*in lustratione*) comis -ere frondes. PLIN. paneg. 52, 2 tibi maximus honor excubare pro templis postibusque -i (*cf. 3* tuam statuam in vestibulo Iovis ... cernimus; *accedit color protegendi*). AVIEN. Arat. 1411 *aer umidus* -itur agro. AMBR. hex. 6, 9, 58 *supercilia* oculis munimenta praetendunt, -unt gratiam. in Luc. 9, 29 *populo christiano* crucis in fronte -atur indicium. MACR. Sat. 1, 6, 11 toga, cui purpura -itur (ISID. orig. 19, 24, 16). Ps. MAX. TAVR. serm. 40 p. 617^{A} *ovis* hominem vestit; ... *agnus dei* credentibus aeternae salutis indumenta -it. *in imagine repetita a vestibus, quibus partes quaedam coloratae applicantur*: TERT. pudic. 8 p. 234, 9 *parabolae quidam interpretes* a vero lumine exorbitant eius comparationis, quam parabolae materia -it (*sc. imponit, praebet sim.; ibid. p. 234, 2 comparatur error, qui* in vestibus purpura oculandis *evenit. v. Le Saint, transl. 1959, ad l.; sunt qui intellegant perf. verbi q. e.* praetego).

C *praevalet respectus prae se ferendi, ostentandi sim.*: **1** *verbis: commendando, iactando*: LIV. 34, 59, 1 (*34, 58, 9* utrum

[Suter]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

... videtur honestius liberas velle ... urbes an servas ... facere?) honestiorem causam libertatis quam servitutis -i titulo (*abl., vix dat.*). VELL. 2, 62, 3 *Brutus et Cassius,* ubicumque ipsi essent, -entes esse rem publicam (*ad structuram cf. p. 1046, 9*). *praefigurando*: AMBR. vid. 2, 13 in quo (*sc. locis quibusdam sacrae scripturae*) ecclesiae ... figura -itur. **2** *specie externa: produntur affectus sim.*: AMBR. Hel. 10, 35 *ne vultus ieiunantis* tristitiam -at. HEGES. 3, 1, 1 simulare audaciam ... et quasi speciem magnanimitatis -ere (*gr. 3, 2 δοκεῖν δεινοῦ παντὸς ἐπάνω τὴν ψυχὴν ἔχειν*). 5, 13, 2 dolo -ens animi magnitudinem in contemptu mortis, cum dolo turpi vitae effugia captaret *Castor* (*gr. 5, 330 δόξαν ἀνδρείας ... παρέσχον*). *spectanda praebentur astra*: CYPR. GALL. deut. 153 deum ... laudet caelum quodque (*an* quotque *?*) supra -it astra.

D *vario respectu, sc.: obiciendi* (*ad impediendum; ad obscurandum fortasse p. 1045, 68; vigente vi propria texendi* PLIN.): PLIN. nat. 16, 4 *Chauci* iunco funes nectunt ad -enda piscibus retia. CLAVD. MAM. anim. 3, 2 p. 156, 4 *ut oculus mentis infirmae* imaginum corporearum velamen, quod sibi -itur, solum videat. *efficiendi, confingendi* (*sc. providenter?*): MACR. Sat. 5, 1, 18 *varietate stili sui Vergilius* hanc -uit velut in musica concordiam dissonorum (*antea*: videtur Vergilius non sine quodam praesagio, quo se omnium profectibus praeparabat, de industria permiscuisse *stilos varios* idque ... praevidisse).

p. p. p. praetextus, -a, -um *pro adi. v. p. 1044, 1.*

p. p. p. fem. pro subst. **praetexta,** -ae. *scribitur* prai- ACT. Arv. a. 155 (CIL VI 2086; *v. Gordon, Album II, 1964, n. 218*) 35. NOT. Tir. 97, 3. GLOSS. -a: *περιπόρφυρος. παρυφή. sim. al.; v. etiam p. 491, 81 et 1049, 67. legitur inde a* LVCIL., LEGE Bant., CIC., POLLIONE, NEP., HOR. [*confunditur in codd. cum* praetextata GELL. 1, 23, 13 DON. de com. 6, 1.]

1 *proprie de veste praetexta* (*fere toga, v. p. 1044, 3. 1049, 67*): **a** *exempla generalia et varia*: LVCIL. 12 -ae ac tunicae ⌞Lydorum⌟ opus sordidu⟨lu⟩m omne (⌞⌟ *sc. non mulierum Romanarum, si recte explicavit Marx*). PAVL. FEST. p. 236 -a pulla nulli alii licebat uti quam ei, qui funus faciebat. VELL. 2, 40, 4 *lex lata, ut Cn. Pompeius* ludis circensibus ... omni cultu triumphantium uteretur, scaenicis autem -a coronaque ⟨l⟩aurea (*similiter honorantur municipes quidam*: INSCR. Année Épigr. 1927 n. 158 [*Cumis; aet. Tib.*] ⟨prae⟩textas habeant. *cf. etiam* SEN. benef. 2, 34, 5 *res beneficio datae* ut pecunia, ut domus, ut -a. HIST. AVG. trig. tyr. 25, 4 Aurelianus ... utrique -am tribuens et senatoriam dignitatem). PLIN. nat. 8, 195 -ae apud Etruscos originem invenere (*item de origine*: FLOR. epit. 1, 5, 6. *al.; rem fusius tractat respiciens imprimis vestem liberorum* MACR. Sat. 1, 6, 7 sqq.; *cf. etiam p. 1044, 20*). 34, 98 Cyprio *aeri* si addatur plumbum, colos purpurae fit in statuarum -is (*item repraesentatur -a in statuis*: HIST. AVG. Prob. 24, 2. quatt. tyr. 3, 4. *aliter sub cβ*). QVINT. decl. 340, 13 ipsum illud sacrum -arum, quo sacerdotes velantur, quo magistratus, quo infirmitatem pueritiae sacram facimus. SVET. Claud. 17, 3 *currum triumphatoris sequebantur legati sim.* triumphalia ornamenta ... adepti ... in -a, M. Crassus Frugi ... in veste palmata. *perperam tribuitur matronis*: SCHOL. Hor. sat. 1, 2, 29 ('quarum subsuta talos tegat instita veste') instita ... est ... fasciola, quae -ae adicitur (*recte Porph. ad l.* stola utuntur *eqs.*).

b *de honoris insigni magistratuum* (*Caesaris vel imperatorum l. 63. 75* [*cf. p. 1048, 26*]): **α** *in re publica Romanorum* (*vix addas* CIC. *p. 1044, 3; cf.* GLOSS. -a: *ἔνδυμα συγκλητικόν.* vestis consulum. *sim. al.*): LEX Bant. (CIL I² 582) 4 neive is *magistratus vel senator, qui contra legem fecerit,* in poplico ... -am neive soleas h⟨abet⟩o. NEP. frg. 27 Marsh. hac *purpura pretiosa* P. Lentulus Spinther aedilis curulis primus in -a usus improbabatur. OV. trist. 5, 6, 31 *e via* ceditur ... *iis,* quos -a verendos virgaque ... facit. Pont. 4, 9, 42 -am, fasces *Graecini consulis* (LIV. 2, 54, 4 consulares ... f., -am curulemque sellam [*nisi recte* -am togam *coni. Ogilvie*]. SEN. benef. 1, 5, 6 dial. 2, 12, 2 STAT. silv. 1, 2, 234. *al.*). LIV. 21, 63, 10 *consulem designatum clam in provinciam profectum esse* magis ... in deversorio hospitali quam apud penates suos -am sumpturum (perioch. 74 *luctu deposito* -ae et alia magistratuum insignia sumpta sunt. SEN. dial. 10, 20, 1. IVV. 10, 99 *Seiani* -am sumere mavis? TAC. hist. 2, 89, 1 *Vitellius* sumpta -a *urbem iniit* [*opp.* paludatus]. HIST. AVG. Heliog. 15, 6. *cf. e. g. p. 1048, 13. 15 et* PLIN. paneg. 59, 2 induere -am). VELL. 2, 65, 3 Ventidium ... consularem -am iungentem praetoria ([praetoriae *Gelenius*]. AMBR. in psalm. 1, 46, 2). VAL. MAX. 3, 6, 7 Cato praetor ... iudicia nulla indutus tunica, sed tantum modo -a amictus egit. 9, 12, 7 Ciceronem *praetorem* ... -am ponentem, *ut damnaret reum repetundarum* (FRONTO p. 75, 14 [*thema declamationis*]. *cf. p. 1048, 12. 46. al. et* PLIN. paneg. 61, 8 -as exuerant: resumant *denuo consules facti.* SVET. Iul. 16, 1 dimissis lictoribus abiectaque -a domum clam refugit. SCHOL. Cic. Bob. p. 147, 3 deposuisse [*ad Cic. Vatin. p. 1044, 13*]). SEN. dial. 9, 11, 9 -am et augurale et lora patricia. epist. 31, 10. STAT. silv. 4, 1, 22 *Domitiani consulis.* QVINT. inst. 5, 13, 39 -am demissam ad talos (*sec. Cic. Cluent. 111* purpuram). 6, 1, 31 -a C. Caesaris praelata in funere cruenta. TAC. hist. 3, 31, 4 Caecina -a lictoribusque insignis (*adde p. 1047, 71*). PLIN. paneg. 56, 4 paludamento mutare -am (*cf. p. 1047, 64*). *al. per comparationem de veste sanctorum christ.*: Ps. AMBR. act. Seb. 6, 22 congaudeamus martyrii -a indutis et caeli factos consules gloriemur. VEN. FORT. Mart. 2, 452 lacteus iste toga ... micat ..., hunc -a nitens *ornat eqs.* **β** *in coloniis municipiisve* (*cf. l. 14. p. 1047, 35*): HOR. sat. 1, 5, 36 Fundos ... linquimus, insani ridentes praemia scribae, -am et latum clavum (*cf.* PORPH. *ad l.*). CARM. Année Épigr. 1975 n. 461, 3 nunc ubi -a, quo nunc abiere secures *magistratus cuiusdam Sulcitanorum*?

C *iuncturae verbales potiores* (*maxima ex parte ad iurisdictionem -is spectantes*): **1** -r *est pro agente*: Lex Papir. (Fest. p. 347) ius dicet (*v. p. 1059, 25 sqq. et e. g. p. 1059, 42. cf.* Cato orat. 78 vindicias dicunt. Cic. Quinct. 85 -r ... palam dicit: 'ita possideto *eqs.*' *al.*). Plavt. Bacch. 270 -r recuperatores dedit (*item* Lex Bant. [CIL I² 582] 9. *al.; ceterum dat* iudicium: Lex agr. [CIL I² 585] 34. Cic. Caecin. 8. *al.* Alf. dig. 44, 7, 20. *al.*; curatorem: Hor. epist. 1, 1, 103 Sen. contr. 2, 3, 13. *al.*; actionem: *v. p. 1059, 66. sim. al.*). S. C. de phil. et rhet. (Suet. rhet. 25, 1) *ut* -r ... curaret, uti *eqs.* (Edict. praet. de camp. Esquil. [CIL I² 838] 1 loca terminanda. Cic. dom. 137 ne. *al.*). Gracch. or. frg. Gell. 10, 3, 3 iussit (*al. v. vol. VII 2, 1, 576, 37 sq. et 578, 22 et e. g.* Lex Rubr. [CIL I² 592] 2, 47). Lex repetund. (CIL I² 583) 47 pronon⟨tiato⟩ (Sen. contr. 9, 2, 10. Orat. imp. Claud. [Chart. lat. ant. X 418] 3, 6. S. C. Rubr. [dig. 40, 5, 26, 7]. *al.*). Lex agr. (CIL I² 585) 34 ⟨dec⟩ernito (Cic. Quinct. 63 Verr. II 4, 147. Lex Rubr. [CIL I² 592] 2, 45. Tac. ann. 4, 43, 3. *al.*). CIL I² 2516 (*in termino; saec. II a. Chr.?*) -r ... poblic(um) ioudic(avit) *agrum* (Cic. Tull. 40 Verr. II 1, 130 ad Q. fr. 1, 2, 10. *al.*). Cic. inv. 2, 67 quae -es edicere consuerunt (Quinct. 84 Vatin. 33. *al.* Pompon. dig. 42, 1, 22, 1. *et saepe.* edictum -is *v. p. 1059, 39*). Tull. 29 interdicere (*v. p. 1059, 47*). Verr. I 21 cum -es designati sortirentur, *sc. provincias* (I 39 *sc. iudices. al.* Liv. 25, 3, 1. 27, 7, 8. *al.*). II 1, 130 *ut* cognoscerent (*al. v. p. 1060, 19*). 1, 157 cum -r iudicio ... praefuisset (S. C. Frontin. aq. 100 aerario. Liv. 10, 21, 4 summae ... rerum. 25, 12, 10 ludis faciendis. 28, 10, 12 *exercitui. al.*). Cael. 10 Africam tum -r ille *Catilina* obtinebat (Lig. 3 qui tum -r Africam obtinuerat. Caes. civ. 3, 53, 1 Bell. Afr. 2, 3. *al.*). Mart. 4, 67, 5 -r ait: '...' (Marcell. dig. 28, 8, 10. Vlp. dig. 2, 14, 7, 7 [*sequuntur verba edicti*]. *et saepe*). **2** *exempla varia*: Plavt. Aul. 759 te ad -em rapiam (*item* Curc. 723. *cf.* ad -em educere: Varro frg. Gell. 13, 13, 4 Sen. contr. 3 praef. 17 Ascon. tog. cand. p. 65, 22. *sim. al.; ceterum e. g.* ad -em ire: Plavt. Merc. 664 Persa 487 Cic. Quinct. 48. ad -em deferre: Lex repetund. [CIL I² 583] 29 nomen. Cic. Verr. II 1, 50 querimonias. Flacc. 21 *tabulas.* Liv. 24, 24, 3 indicium. *al.*). S. C. de Bacch. (CIL I² 581) 8 nisi -em urbanum adiesent (*i.* adiissent. *item* adire: *ibid.* 17 Liv. 24, 23, 6. 34, 1, 7 Fest. p. 185 Pavl. Fest. p. 19 Gaivs inst. 1, 29. *al.*). Lex Bant. (CIL I² 582) 15 *quicumque* dic(tator), co(n)s(ul), pr(aetor) ... factus erit (Cic. Verr. II 1, 100 Phil. 11, 11. *et saepe*). Lex Cic. Arch. 7 (*a. 89*) si ... apud -em essent professi *ad civitatem adipiscendam* (*inde* Cic. *ibid.* Liv. 39, 18, 8 *Bacchanalia celebranda. cf.* indicere a. -em *p. 1061, 49; ceterum e. g.* accusare a. -em: Cic. Verr. II 2, 68 Vlp. dig. 26, 10, 1, 8 Porph. Hor. sat. 2, 1, 49. *cf.* postulare a. -em *supra p. 272, 68 sqq.*; agere a. -em: Cic. Arch. 3 *rem.* Pavl. Fest. p. 278 lege. Gaivs inst. 2, 25. *al.*). Cic. inv. 2, 59 postulat ... a -e exceptionem (*item* a -e *vel* -em: Quinct. 25 ut ... bona possidere liceat. Tull. 39 haec ... -em. *al.; in formula legis actionis p. 1059, 34; cf. l. 3*). ad Q. fr. 2, 8 (7), 3 ut -es ... crearentur (*v. vol. IV 1162, 66 sqq.; addi possunt praeter locos* Liv. *complures* Ps. Sall. rep. 2, 7, 10 Lex de Germ. tab. Heb. 48. *al.*). *al.*

D *gen.* -is *pendet e subst.*: Cic. Quinct. 65 decreto -is ... parere (Verr. II 5, 54 Caecin. 82 Nerat. dig. 26, 3, 2 pr. Iulian. dig. 5, 1, 75. *al.*; edictum *et* interdictum -is *v. p. 1059, 39. 48*). Verr. II 2, 47 iussu (*v. vol. VII 2, 1685, 65 sq., adde e. g.* Cels. dig. 36, 1, 2). 5, 83 -is ... potestatem, honorem, auctoritatem (Gaivs inst. 3, 224. Vlp. dig. 2, 15, 7, 2 citra -is a. 2, 15, 8, 15 sine. *al.; parum constat de* Cic. Verr. II 1, 106, *v. app. crit.*). Brvt. Cic. ad Brut. 19, 2 -um comitia (*al. v. vol. III 1806, 53 sqq.*). Liv. 10, 25, 4 castra Appii -is (Flor. epit. 2, 17, 16 -um [-oriorum *var. l.*]. 3, 19, 7. *ambigue*: Liv. 27, 47, 5 in ⌞-is⌟ castris ..., in consularibus [⌞ ⌟ *Puteanus; pro* -riis, *quod exhibent recc.?*]). 27, 7, 13 *quidam* ex -is Cn. Fulvi exercitu (30, 18, 14. 31, 8, 5 consulum -umque. *al.*). Plin. epist. 1, 5, 11 in -is officio (*de sede ut*: Amm. 26, 1, 1 Hist. Avg. Hadr. 9, 7 Ps. Ascon. Verr. p. 210, 2. *de munere*: Iulian. dig. 40, 5, 47, 2 Pompon. dig. 45, 1, 5 pr. *al.*). Iulian. dig. 5, 1, 75 de -is sententia (Gaivs dig. 6, 2, 8. Cod. Iust. 5, 75, 6 pr. [*a. 480*]. *al.*). 39, 1, 13, 2 beneficium -is amitti (*al. v. vol. II 1886, 13 sqq.*). *al.*

E *varia notabilia*: **1** *abl. absol. 'aliquo* -e' *ad indicandum gestorum auctorem vel tempus* (*cf. p. 1055, 59*): Cato orat. 145 C. Licinio -e (*item nomine antecedente*: Cic. div. in Caec. 33. *et passim*). Cic. S. Rosc. 11 te -e (*item pronomine antecedente*: div. in Caec. 3 hoc uno -e. Verr. II 1, 119 isto. *et saepius; ordine inverso* -e me: Cic. Cael. 10 Lael. 96 Plin. epist. 7, 11, 4). div. in Caec. 32 -e Verre (*item nomine postposito*: Verr. II 1, 27 -e C. Sacerdote. Flacc. 43. *al.*). **2** *accedit ad nomen proprium: more sollemni* -r *postponitur*: CIL I² 803 L. Aimilius L. f(ilius) -r. *et passim. raro* -r *anteponitur* (*sc. ubi fere munus maioris momenti erat; v. etiam l. 31*): Cic. Arch. 7 professus est apud -em Q. Metellum familiarissimum suum (*item addito praenomine*: ad Q. fr. 2, 3, 6. Liv. 10, 21, 4 *consulibus absentibus* summae ... rerum -r P. Sempronius praeerat. *al.*). de orat. 2, 280 ille Siculus, cui -r Scipio patronum causae dabat. *al.* Caes. civ. 1, 8, 4 -r Roscius (*sed* 1, 3, 6 L. Roscius -r). Liv. 25, 12, 3 *-r anni superioris libros* protinus novo -i Sullae tradiderat. *al.* **3** *adhibetur fere pro adi. q. e.* praetorius (*in versione prava; aliter p. 1068, 37*): Novell. Iust. 26, 4, 2 consularibus et -bus viris prisci Romani cingula committebant (*gr. ὑπατικοῖς τε καὶ πραιτωριανοῖς ἀνδράσιν*). **4** *in lusu verborum cum* praeda *v. p. 529, 33 sq.* (*addere possis* Cic. Verr. II 3, 171), praedo *p. 585, 79 sqq.*, praedor Cic. Verr. II 3, 204.

deriv.: praetoricius, *?*praetorinus, praetorius, praetura.

*compos.: ?*expraetor (*p. 1065, 37*), propraetor.

cf. Onom. *Thome.*

praetōriānus, -a, -um. *a* praetorium. *de scriptura*: pret- Chart. lat. ant. IX 361, 6 (*a. 233–241*). CIL VI 32691. *et saepius,* -ter- Hyg. mun. castr. 7 (*cod. saec. V–VI, at ibid. bis* -tor-), -torri- Chart. lat. ant. IX 362, 1, 18 (*a. 240/1*; -tori- *ibid.* 2, 11), -turi- CIL XII 4355 (*saec. IV*). *abbreviatur* praetor Inscr. Afr. Cagnat 271 (*saec. III in.*), praet (pret) CIL III 13201 Inscr. Alger. I 1340. *al.*, pr CIL VI 2464. *legitur inde a* CIL XIII 1834 (*saec. I in.*), Inscr. numm. *p. 1067, 10,* Plin. nat.; *abiit in sermonem gr. πραιτωριανός, e. g. l. 43.* [*confunditur in codd. cum* praetorius Cassiod. chron. II p. 145, 903 (*falso trad. p. 1068, 69*); *falsa var. l. pro nomine proprio quodam* Cic. Cael. 5.]

1 *vi originaria i. q. pertinens ad praetorium*: **a** *Caesarum, qui erant ante Constantinum; respicitur militia inter cohortes praetorias subeunda*: **α** *adi.*: Ⓘ miles -us: CIL XIII 1834 (*saec. I in.*) m. -us cohorte III. Plin. nat. 6, 181 missi ... m. -i cum tribuno ad explorandum. Tac. hist. 1, 89, 2 legiones ... et, quod raro alias, -us urbanusque m. in aciem deducti. ann. 1, 27, 1. *al.* Svet. Aug. 101, 2 legavit ... -is m. singula milia nummorum, cohortibus urbanis quingenos, legionaris trecenos nummos. *al.* Inscr. Année Épigr. 1981 n. 344 (*Hebae; saec. II/III*) m. pr(a)et(orianus) sta(tionarius). CIL VI 2442 Inscr. christ. urb. Rom. 21683 Evtr. 8, 16 Origo Const. 3, 6. Cassiod. hist. 1, 4, 5 (-turinis *fere trad.; gr. Socrat. 1, 2 στρατιωτῶν τῶν πραιτωρίων*). *al.* Ⓘⓘ *iuncturae ceterae*: Plin. nat. 9, 15 ipse *Claudius* cum -is cohortibus ([*cf. 5, 20* c. praetoria]. Svet. Tib. 37, 1 *Tiberius* Romae castra constituit, quibus -ae c. ... continerentur. *al., v. e. g. p. 626, 55* [*at Cal. 56, 2* c. praetoriae]. Hist. Avg. Sept. Sev. 17, 5 -as c. exauctoravit. Gord. 25, 2. *de titulis v. p. 1070, 49*). Tac. hist. 2, 25, 2 promptissimos -orum equitum interfecere (*al. v. vol. V 2, 712, 54 sqq.; addere possis e. g.* CIL III 13201 eq(ues) praet(oria-

[Schmitz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nus), *nisi intellegas* -orum). 3, 21, 2 -um vexillum (-orum *coni. Ritter; cf. l. 20*). 4, 46, 1 -am militiam repetebant a Vitellio dimissi. SVET. Cal. 40 vectigalia ... per centuriones tribunosque -os exercuit (*cf. l. 14*). Claud. 21, 4 in castris -is (*cf. l. 13. p. 1071, 17 sqq.*). Vesp. 6, 2 aut Hispaniensi exercitu ... aut -o ... aut Germaniciano (HIST. AVG. Did. 6, 1). CIL XIV 220 *cuiusdam* tesserari -i. HIST. AVG. Max. Balb. 4, 4 praefectura ... -a (*al. v. p. 607, 13 sq.*). HEGES. 4, 26, 1 p. 281, 5 -as Romae legiones (*gr. 4, 592 οἱ ... ἐπὶ τῆς Ῥώμης στρατιῶται*). *al.*

β *masc. pro subst. de militibus praetorii* (*sing. collect. l. 13*): INSCR. numm. imp. I² p. 213 n. 118 (*a. 68/9; item* p. 269 n. 19) concordia -orum. *ibid.* n. 121 (*a. 69; item* p. 270 n. 55) fides -orum (TAC. hist. 1, 75, 1. SVET. Otho 8, 1 animum fidemque erga se -orum. *al.*). TAC. hist. 1, 31, 2 pergunt ... in castra -orum tribuni (*vix ad l. 14 sq.; cf. l. 4*). 1, 38, 3 ut -us aut legionarius insignibus suis distingueretur. 1, 80, 1 tribuno e -is (*cf.* t. -orum: CIL XIII 3679 [*saec. III med.*]. *compendia scripturae* CIL V 748 *et* INSCR. Afr. Cagnat 271 [*saec. III in.*] *etiam ad l. 3 trahere possis*). ann. 6, 3, 1 ut -i actis stipendiis ius *quoddam* apiscerentur. *al.* SVET. Nero 48, 2 agnitus est a quodam missicio -o (*nisi est adi.; simili ambiguitate* veteranus -us VLP. frg. Vat. 195 *bis*). INSCR. Année Épigr. 1972 n. 572 (*Ephesi; saec. II in.*) praef(ectum) ala⟨e et⟩ vex⟨il⟩li prae⟨to⟩rianorum (*cf. l. 1*). LACT. mort. pers. 12, 5 AVR. VICT. Caes. 19, 1. *al.*

b *cuiusvis legionis cohortisve*: HYG. mun. castr. 7 equites -i latere dextro praetorii *tendunt,* singulares imperatoris latere sinistro (*ibid. bis* [*nisi pro subst.*]. 8. 23. 30). CHART. lat. ant. IX 362, 1, 18 (*a. 240/1*) porta -a (*Durae; al. v. in indice ibid. p. 99; cf. p. 1071, 6*).

c *praefecturae a Constantino novatae*: **α** *adi.*: SYMM. epist. 3, 90 rectorem -um. 4, 68, 1 iudicium -i culminis (CASSIOD. var. 1, 4, 6. 11 praef. 4). 6, 12, 1 vir inlustris iudex -us. rel. 31, 2 examen -ae sedis (40, 3. COD. Iust. 2, 7, 7 [*a. 439*]. NOVELL. Valent. 22, 2. *et saepius*). 35, 2 -ae amplissimae praefecturae (*al. v. p. 607, 22 sqq.; cf.* praefectus -us *p. 627, 19 sq.*). CIL VI 1730 (*a. 398–400*) Stilichoni ... tribuno -o (COD. Iust. 12, 23, 13 [*impp. Theod. et Valent.*] t. -i militaris dignitate. CIL VI 1761 [*a. 448*] t. et notarius -us [*item coniunguntur*: CONC.S II 2, 1 p. 46, 7. COD. Iust. 2, 7, 25, 1 *a. 519.* NOVELL. Iust. 13, 3 pr.]. *al.*). AVG. conf. 6, 10, 16 ut pretiis -is codices sibi conficiendos curaret *Alypius et privatus abuteretur privilegio officii* (*v. Gibb-Montgomery, ²1927, ad l.*). COD. Theod. 8, 8, 9 ex -o officio (NOVELL. Valent. 22, 1. 3. 4. *al.*). NOVELL. Valent. 34, 2 arcam -am (36, 1. 4). CASSIOD. var. 6, 6, 7 *ut officiales magistri officiorum* inter -as cohortes et urbanae praefecturae milites videantur invenisse primatum (*aliter l. 42*). *al.* *in comparatione contra temporis rationem inducuntur officiales tamquam milites praetorii a Constantino sublati*: SYMM. or. 1, 23 castrorum curiaeque parem nunc esse fortunam, cum videas ⌞-as cohortes parere nobilibus et ante ... duces urbana insignia gestare lictores⌟ (⌞ ⌟ *i. praefecturam praetorii geri a senatoribus et consulatum a ducibus militaribus*). **β** *masc. pro subst. de officialibus praefecti praetorio*: SYMM. epist. 2, 75 si -orum adminiculum sortiatur *apparitor quidam.* COD. Theod. 6, 10, 3 -os non longe ab hoc *notariorum primicerio* abducimus *dignitate.* SIDON. epist. 5, 7, 3 qui invident ... -is sportulas. REN. FRIG. Greg. Tur. Franc. 2, 8 p. 51, 12 Aetius ... a puero -us (*sc. tribunus -us partis militaris, v. Prosopogr. Later Rom. Emp. II 21*).

2 *vi novata i. q. ad praetorem pertinens* (*sunt qui huc trahant* AVG. *l. 35, vix recte*): COD. Theod. 6, 23, 4, 1 *ut decuriones palatii et silentiarii* honore curiae sine aliqua functione laetentur ... nec -o nomine pulsandi nec *eqs.* (*de oneribus praetorum cf. p. 1061, 26*). *non agnoscitur ab edd.* -us tutor VLP. reg. 11, 24, *v. p. 1068, 69.*

cf. Onom. *Schmitz.*

praetōricius, -a, -um. *a* praetor, *sec.* aedilicius, tribunicius; *cf.* quaestoricius *iuxta* quaestorius. *i. q. praetorius, sc.*: **1** *ad praetorem pertinens*: CIL XI 1834 q(uaestori) Aug(usti), orn(amentis) ⟨p⟩raetoricis a senatu auctorib(us) ⟨i⟩mperatoribus Vesp(asiano) et Tito ⌞adlect(o)⌟ (adiect(is), *sc. ornamentis, legere sibi videtur Bosworth, Zeitschr. Pap. Epigr. 39, 1980, 277; cf.* ornamenta praetoria *vol. IX 2, 1012, 44 sqq.*). MART. 8, 33, 1 de -a folium mihi ... corona mittis. *dignitate praetoris praeditus* (*usum improbat* CAPER gramm. VII 101, 3 vir praetorius ..., non -us ... dicendum. *e coni. dub.* GLOSS. *p. 1068, 42*): CIL VI 1388 (*saec. II²*) Proculo -o legato provinciae Asiae (*cf. e. g. III 6076* [*eiusdem aet.*] leg(ato) pr(o) pr(aetore) provinciae Asiae).

cf. Onom.

[praetōricus, *adi. a* praetor *derivandum, falso trad.* NOT. dign. or. 38, 26, *v. p. 1070, 75, nec latet supra l. 60.*]

praetōrīnus, *adi. a* praetor *derivandum* (*cf.* censorinus) *exstat pro nom. propr., ceterum trad. fide valde dubia*: DIOM. gramm. I 376, 1 Varro in -a (*obscurum*; -iana *Oehler post alios Menippeis tribuens, v. Astbury in ed. p. 100 frg. X;* Plutotoryne *Keil, coll. Char. gramm. p. 133, 25*). CASSIOD. hist. 1, 4, 5 *v. p. 1066, 68.* NOT. Tir. 36, 70ª praeturinus (*codd., sed om. Casselanus; ipsa nota non* propraetor *significari contendit editor ad l.; antecedunt* praetor, praetorius, praetura; *desideratur* praetorianus).

praetōriolum, -ī *n.* (*coniungitur cum pron. masc.* CIL V 4057). *a* praetorium *deminutive.* *i. q. parvum praetorium:* *de villula pertinente ad tutelam sepulcri* (*v. p. 1074, 15*): CIL V 4057 testamento suo prae[ce]cepit hunc -um cum hortulo et heroo libertis ... posterisque eorum cedi, et iussit ne quando de familia alienetur. VI 32308 -um pertinens ad ⟨her⟩oum suum ... suorumque omnium a solo extruxit. *de parva quadam cella navis* (*sc. ad diaetam nauarchi pertinente?*): VVLG. Ezech. 27, 6 (*Tyrus comparatur cum nave ornatissima*) transtra tua fecerunt tibi ex ebore Indico et ⌞-a⌟ de insulis Italiae (⌞ ⌟ *aliter hebr., cf. gr. et Vet. Lat. vol. VI 3, 2824, 68 sqq.; explicant*: HIER. *ad l.* -a sive cellaria, in quibus merces pretiosissimae reponuntur [*sim. ibid. iterum*]. GLOSS. -a: ⌞domuncula⌟ in nave [⌞ ⌟ *neutr. plur.; cf. enim* GLOSS. Leid. Hessels 15, 11 preteriola: domuncula micina in nave unius cubiti, in quibus abscondunt cibos suos]).

praetōrium *v.* praetorius. *Bk.*

***praetōrius,** -a, -um. *a* praetor. *scribitur* pre-: CIL XIII 7261 (*a. 215*). CHART. lat. ant. VIII 356, 33, 11 (*a. 222*). CIL VI 32546 (*a. 239*). XI 6107 (*a. 246*). *al.*; prat (*compendium*): CIL VI 32693. 32761; *cum apice* práét- CIL X 1763, -tór- CIL III 14188¹. 14207³⁴. XII 3166 (*aet. Vesp.*). *abbreviatur* praetor INSCR. numm. imp. Hadr. n. 908. CIL X 6489. *al.*, praeto INSCR. Gnecchi, Medaglioni Rom. III p. 16 Hadr. n. 57. CIL XII 5494 (*a. 435*). *al.*, praet (pret; *cf. l. 20*) INSCR. Année Épigr. 1973 n. 501 (*aet. Aug. ut* CIL II 1477). *et saepe* (*v. e. g. indicem ad* CIL VI), prae CIL VI 2734. 32571. *al.*, pre CIL VI 2575. 37187. *al.*, pr CIL VI 2762 (*saec. I med.?*). CONST. veteran. (CIL XVI 21; *a. 76*) extr. 17 *et passim,* p CIL VI 2636. 32683b. *al.* NOT. Tir. 36, 69. *de formis: in inscriptionibus praevalent formae una* i *scriptae, sc. gen. sing.* -ri INSCR. Année Épigr. 1957 n. 250 (*Italia; aet. Tib.*). CIL XI 395 (*a. 66*). X 6667 (*aet. Trai.*). IX 5428 (*aet. Ant. Pii*). *al. et abl. (dat.) plur.* -ris CIL XV 7237 (*aet. Carac.?*). 7238 (*a. 217/8*). CONST. veteran. (CIL XVI 151; *a. 246*) extr. 5. *al., rarius occurrit* -rii(s), *e. g.* CONST. veteran. (CIL XVI 21; *a. 76*) ext. 6. CIL VI 798 (*aet. Trai.*). III 1019 (*aet. Alex. Sev.*); *variant nimirum codd., e. g. F* Dig. 7, 8, 12 pr. -rii, *sed* 36, 1, 65, 9 -ris, *ceterum v.* SVET. Iul. 76, 3 Tit. 6, 1 *al., sed praevalere videtur* -rii(s). *abl. plur. heteroclit.* -bus (*a neutr.* -a) CIL VI 9277 ⟨con⟩ditarius de castris pra⟨etor⟩ibus (*cf. antea*: parent⟨ibu⟩s subus); *gen. fem. sing.* -ies *trad. codice* CIL IX 1424. *de notione*: PRISC. gramm. II 75, 5 *inter vocabula in* rius *desinentia significationem habent* alia a dignitatibus ut ... -us ..., quae tamen etiam possessivam habent significationem. GLOSS. ⌞-us⌟ ex praetore[m], sicut tribunic⟨i⟩us, quaestoric⟨i⟩us, aedilic⟨i⟩us, quae haec omnia significant (⌞ ⌟ praetoricius *coni. Leumann, Glotta 9, 1918, 133*). *legitur inde a* RHET. Her., MANCIA, CIC., *in poesi non nisi singulis locis apud* HOR. sat., LVCAN., AVSON., PRVD., *frequentatur in titulis; abiit in sermonem gr. πραιτώριος.* [*confunditur in codd. maxime cum* praetor, *ut* CIC. ad Q. fr. 2, 1, 1 PLIN. epist. 6, 33, 2 FLOR. epit. 3, 19, 11. *al.; restituitur pro* populus Romanus CIC. Phil. 5, 46 (*latet nota* pr *perperam soluta; dubites de* Verr. II 3, 66).]

I *respicitur praetor, sc. collega consulis minor*: **A** *i. qui (quod) pertinet ad praetorem* (*Romanorum praeter p. 1069, 12; imprimis de rebus, de animantibus l. 68. p. 1069, 15. 26. al.*): **1** *respiciuntur ea, quibus praeest praetor munere suo fungens, quae ab eo administrantur, conferuntur sim.*: **a** *in iurisdictione*: RHET. Her. 1, 12, 22 in privata actione -ae exceptiones sunt. CIC. Verr. II 1, 114 posteaquam ius -um constitutum est, semper hoc iure usi sumus (Caecin. 34 [*distinguitur* i. civile *ut e. g.* PAPIN. dig. 1, 1, 7, 1 i. -um est, quod praetores introduxerunt adiuvandi ... i. c. gratia; ... quod et honorarium dicitur. 22, 5, 14 VLP. dig. 13, 5, 3, 2]. *al. v. vol. VII 2, 681, 61 sqq. 698, 9. 13 sqq.; de potestate praetoris v. ibid. 693, 57 sq.*). 3, 17 in edictis -is, in censoriis legibus (*al. v. vol. V 2, 74, 27 sq.*). VAL. MAX. 7, 7, 6 *praetor cuidam possessionem dedit; consul* appellatus ... -am iurisdictionem abrogavit (TRYPH. dig. 23, 2, 67, 6 VLP. dig. 46, 5, 1, 10. *al.*). QVINT. inst. 3, 6, 70 *petere debes* apud consules: maior enim -a cognitione summa est (IVLIAN. dig. 21, 2, 39 pr. *al.*). IVLIAN. dig. 10, 3, 24, 1 teneris mihi -a actione (GAIVS dig. 36, 1, 65, 9 inst. 4, 71. PAPIN. dig. 48, 5, 6 pr. [*opp.* legis Aquiliae actio]. *al.*). POMPON. dig. 45, 1, 5 pr. stipulationum aliae iudiciales sunt, aliae -ae ...; -ae, quae a mero praetoris officio proficiscuntur (*ibid. iterum.* VENVL. dig. 46, 5, 9 MAECIAN. dig. 35, 2, 32, 2. *al.*). GAIVS inst. 1, 184 -us tutor (tutela *trad.*), quia a praetore urbano dabatur (VLP. reg. 11, 24 [-anus *cod.*]. INST. Iust. 1, 21, 3). MAECIAN. dig. 35, 2, 32, 2 (*e Iuliano*) cautionem -am. PAPIN. dig. 41, 4, 12 res ... usucapiuntur salva -i pignoris causa (COD. Iust. 8, 21 rubr. *et* 1). *al.* -um est (*sc. ius, an subaudienda struct. verbali?*): CIC. Verr. II 1, 124 das possessionem ei qui non iuravit; concedo; -um est. **b** *varia ratione* (*de* castris -is *v. p. 1066, 18*): CIC. Verr. II 3, 70 ex quo iudicum numero? ex cohorte -a praeclara hominum honestissimorum (*item de co-*

[Stewart-Pade]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mitibus praetoris: 4, 94 *infra*. Att. 7, 2, 3. *aliter IIA1*). 4, 94 ex domo atque ex cohorte -a manum ... armatam ... venisse (*al. v. vol. V 1, 1967, 49*). prov. 17 faciam ... illas *provincias* -as (*ibid. iterum.* Phil. 1, 19 ne -ae p. plus quam annum, neve plus quam biennium consulares obtinerentur. 11, 31 CAES. civ. 1, 6, 5 LIV. 28, 38, 13 HIST. AVG. Aur. 22, 9. *cf.* CIC. Pis. 88 Macedonia -a nuntiata). FLOR. epit. 3, 19, 11 *a duce servorum* -i (-ris *var. l.*) exercitus fusi. SYMM. epist. 7, 48 -a filii mei editio (7, 106. *al.*). 9, 144 ludos -os praeparamus. *al.*

2 *respicitur creatio praetoris eiusve dignitas, potestas sim.*: CIC. Verr. I 23 proxumis consularibus -isque comitiis (*al. v. vol. III 1806, 50 sqq., ubi addas* Ps. ASCON. Verr. p. 211, 8. *dubium*: LIV. 42, 43, 7 c. -is Boeotorum [*ed. princ.*, praetoris Boetarum *cod.*, praetoris et Boeotarcharum *edd. rec.*]). II 5, 40 cum penes te -um imperium ac nomen esset (Pis. 38 div. 1, 68). Manil. 69 potestate -a (*al. v. p. 305, 29 sq.*). Mur. 57 videtur -us candidatus in consularem ... incurrere (*al. v. vol. III 238, 17*). Balb. 57 ⌞-am sententiam⌟ et praetextam togam consequuntur (⌞ ⌟ *sc. ut inter -os s. dicant; cf.* loco -o dicere: Phil. 5, 46 Att. 12, 21, 1). VELL. 2, 65, 3 vidit hic annus Ventidium ... consularem praetextam iungentem -a (-ae *Gelenius*). PETRON. 65, 7 *Habinnas* -o loco se posuit (*in convivio, v. vol. VII 2, 1579, 11 sqq.; aliter l. 17*). PLIN. nat. 35, 201 -a ... ornamenta decerni a senatu (*v. vol. IX 2, 1012, 44 sqq.; cf.* insignia: TAC. hist. 4, 4, 2 ann. 12, 21. 12, 53, 2). SVET. Vesp. 1, 3 senatorem -ae dignitatis (VLP. dig. 1, 14, 3 si ... d. -a functus sit. HIST. AVG. Aur. 10, 3 multos ... in senatum adlegit cum aediliciis aut -is d.). *al.*

3 *exempla cetera*: CIC. Verr. II 1, 137 domus *Chelidonis* erat non meretricio conventu, sed -a turba referta. 3, 72 Apronianum lucellum ..., non -a praeda (*sc. ipsius Verris*). Sest. 77 *armatorum Clodii* copiam et tam magnificum apparatum non privatum aut plebeium, sed patricium et -um esse (*sc. fratris Clodii, praetoris*). Att. 5, 21, 11 in vectigali -o (*antea*: quod *Salamini* ... praetori dare consuessent). CIL VI 1887 (*saec. I²*) viat(or) honor(atus) dec(uriae) co(n)s(ularis) et pr(aetoriae). ACT. lud. saec. Sept. Sev. 5ª, 92 Pighi XVvir(i) ... tribunali praet(orio) ... st(eterunt) (*si recte suppletur*). VLP. dig. 43, 8, 2, 22 publicas vias dicimus quas Graeci *βασιλικάς*, nostri -as, alii consulares vias appellant (*aliter p. 1071, 9*). *al.*

B *i. qui praetoria dignitate praeditus est, praetura functus est* (*adhuc fungitur l. 58*): **1** *adi.*: **a** -us vir (*ordine inverso* vir -us VAL. MAX. 9, 12, 7 PLIN. epist. 3, 14, 1. 5, 4, 1 POMPON. dig. 1, 2, 2, 49. *al.*): MANCIA or. frg. Val. Max. 6, 2, 8 *catenis vinctum* -um v. Perpennam saevitiam ... exsecrantem *Pompei* (*nomen proprium postponitur ut* PLIN. epist. 5, 4, 1, *antecedit*: VELL. 2, 69, 2 a Statio Murco et Crispo Marcio, -is v. imperatoribusque. VAL. MAX. 1, 8, 12. 9, 12, 7 PLIN. nat. 19, 35. *al.* PLIN. epist. 5, 1, 1. *al.; in titulis e. g.* CIL VIII 7054). PLIN. nat. 20, 215 -i v. pater, ... Hispaniae princeps (22, 120). PLIN. epist. 6, 33, 2 *Attia* nupta -o v. SVET. Iul. 76, 3 decem -is v. consularia ornamenta tribuit. *al.* **b** *ceterae iuncturae*: CIC. Verr. I 38 minoris HS triciens -um hominem honeste non posse damnari (Font. 43 *legatos in bello Italico* fuisse ... M. Cornutum, ... L. Sullam, -os h. Q. CIC. pet. 13 novos h. -os. Ps. ASCON. Verr. p. 219, 8). Planc. 14 (*de candidatis*) hic familia consulari est, ille -a (*al. v. vol. VI 1, 244, 7; cf.* genus, nomen: CIC. Planc. 14. stirps: SVET. Iul. 39, 1). HOR. sat. 2, 2, 50 vos *gulosos* auctor docuit -us (*sc. Sempronius Rufus*). VELL. 2, 90, 3 *bellum Hispanicum* tot consulares, tot -os absumpsit duces. CIL VIII 9247 (*saec. I¹*) *cuidam* ⌞-o legato⌟ ... proco(n)s(ulis) Asiae (⌞ ⌟ -o, l. *ed. vix recte; v. enim vol. VII 2, 1120, 55 sq. et* CIL XI 5210 [*saec. I²*] -o l. provinciae Afr⟨i⟩c⟨ae⟩ imp(eratoris) Caesar(is) Aug(usti)). PLIN. nat. 19, 3 Valerius Marianus ex -is senatoribus (INSCR. Année Épigr. 1960 n. 35 [*Antioch. Pisid.; saec. II¹?*] *cuidam* senatoris -i ... fil(iae)). PLIN. epist. 4, 15, 10 decorus erit tibi consuli quaestor patre -o (*item attributive* SVET. Vit. 6; *cf. p. 1070, 5*). *al.* *de ipsis praetoribus*: FLOR. epit. 3, 19, 7 *in Sicilia a servis* capta sunt castra praetorum; ... -os duces profugos proelio ipsi *servi* sequebantur.

2 *pro subst. masc.*: **a** *solum ponitur*: CIC. p. red. ad Quir. 17 principes civitatis, omnes consularis, omnes -os eadem dicere (*in serie simili e. g.* Phil. 2, 54 consules ..., consularis, ... praetores, -os, tribunos plebis. 13, 30 qui ... -i *fuerunt in senatu*! ... qui aedilicii, qui tribunicii, qui quaestorii! LIV. 22, 49, 16 *pugna Cannensi perierunt* ambo consulum quaestores, ... *tot* tribuni militum, consulares quidam -ique et aedilicii. *al.*). Att. 6, 3, 1 quem *legatum* relinquam, qui provinciae praesit? ratio ... postulat fratrem, ... quod *eum* solum habeo -um. ad Q. fr. 3, 4, 1 quid plura de iudicibus? duo -i sederunt, Domitius ... et Cato. *al.* S. C. Cic. fam. 8, 8, 8 *v. p. 1062, 74.* CAES. civ. 3, 82, 2 *ut Pompeium* consulares -osque servorum habere numero dicerent. VARRO rust. 2, 4, 2 (*loq. Cn. Tremellius Scrofa*) septimus sum ... -us in gente nostra. SEN. contr. 1, 2, 22. 1, 8, 4 -o licet praetexta toga uti festis ... diebus. VELL. 2, 83, 3 vir e -is gravissimus. VAL. MAX. 7, 1, 1, ut *Metellus* eodem tempore tres filios consulares, unum etiam censorium et triumphalem, quartum -um videret (*inde restituitur*

PLIN. nat. 7, 142). SEN. epist. 55, 3 ille -us dives. ASCON. Scaur. p. 25, 25. TAC. hist. 2, 50, 1 origo illi *Othoni* e municipio Ferentio, pater consularis, avus -us. ann. 2, 47, 4 *legatus* delectus est ... e -is, ne consulari obtinente Asiam aemulatio inter pares ... oreretur. 3, 75, 1 *Ateius Capito* principem in civitate locum ... adsecutus, sed avo centurione Sullano, patre -o. *al.* *respicitur adlectio* (*ad rem v. Mommsen, Staatsrecht I³ 455 sqq.; cf. p. 1069, 20 sqq.*): CIL III 335 *cuidam* adlecto inter praetor(ios) ⟨a⟩b imp(eratore) Vespasiano (XII 3166 [*eiusdem fere aet.*]. IX 5533 a. ab divo Vespasiano ⟨et divo Ti⟩to i. tribunicios, ab isdem i. -os. PLIN. epist. 1, 14, 5. CIL III 552 [*a. 114–116*]. *et saepe in titulis*). XI 5211 (*aet. Dom.*) *Domitius Tullus* cum esset candidatus Caesaris pr(aetor) desig(natus), missus est ... legatus pro praetore ad exercitum, qui est in Africa, et apsens inter -os relatus. INSCR. Dessau 9485 (*Antioch. Pisid.; aet. Dom.*) C. Carist⟨a⟩nio ... adl⟨e⟩cto in senatu inter tribunic(ios), promoto inter -os. *al.* **b** *apponitur nomini proprio* (*vice versa e. g. p. 1069, 69; pauca selecta inde a* VELL.): CIC. Brut. 137 L. etiam Cotta -us in mediocrium oratorum numero. fin. 5, 54 e Cn. Aufidio -o, erudito homine, ... audiebam (*de eodem* Tusc. 5, 112). BELL. Afr. 28, 1 C. Vergilius -us, qui Thapsi ... praeerat. NEP. Att. 11, 2. LIV. 29, 11, 3 *patres legatos ad Attalum decernunt* M. Caecilium Metellum -um, Ser. Sulpicium Galbam aedilicium, duos quaestorios *eqs.* VELL. 2, 48, 1 per Afranium et Petreium, consularem ac -um, legatos *Pompei* (*item de Petreio* 2, 50, 4). VAL. MAX. 9, 12, 8 (*inde* PLIN. nat. 7, 184) Cornelius ... Gallus -us et T. ⟨H⟩etereius eques Romanus. PLIN. nat. 35, 20 Titedius Labeo -us, etiam proconsulatu provinciae Narbonensis functus. TAC. ann. 1, 75, 3 Propertio Celeri -o veniam ordinis ob paupertatem petenti decies sestertium largitus est *Augustus.* INSCR. Année Épigr. 1969/70 n. 93 (*Interamnae Liren.; non post saec. II¹*) Saturnino ⌞-o⌟ (*vix nomen proprium, v. Solin, Zeitschr. Pap. Epigr. 66, 1986, 178 sq.*). GELL. 13, 20, 14 M. Cato -us, qui se ... Vticae interemit ([*antea, sc.* 3 *et* 11, Catonis -i viri]. AMPEL. 19, 9 VIR. ill. 80, 1). *al.*

II *respicitur potius tabernaculum sim. praetoris, sc. ducis militaris (Romanorum praeter p. 1071, 14), ut significetur non tam qui ad praetorem, quam qui (quod) ad praetorium pertinet* (*intercedit usus neutr. pro subst. infra illustratus, sed subesse videntur vestigia quaedam notionis, quam primitus habuit vox q. e.* praetor [*cf. p. 1054, 21*]): **A** *de copiis* (*aliter p. 1069, 6 sq.*): **1** *aetate liberae rei publicae in iunctura* cohors -a: *v. vol. III 1552, 57 sqq. et cf. Mommsen, Ges. Schr. VI 3 adn. 3; primitus significata esse videtur cohors circa praetorium constituta (cf.* HYG. mun. castr. 6 cohor⟨te⟩s -ae lateri⟨bu⟩s praetorii[s] tendere debent. *v. etiam p. 1067, 22), quae duci et deinde cuilibet praetori, qui provinciae praeerat, praesidio esset* (*cf. e. g.* CIC. Verr. II 1, 36 CAES. Gall. 1, 40, 15 *et explicationes* PAVL. FEST. p. 223 SCHOL. Cic. Gron. D p. 282, 32); *ab Antonio et Octaviano cohortes numero auctae sunt* (*cf.* INSCR. numm. lib. rei publ. n. 544, 1 [*a. 32/31*] chortium -arum), *postea militiam apud Augustum eiusque successores continuaverunt, v. sub 2a; aliter supra p. 1068, 75.*

2 *aetate imperatorum*: **a** *de militibus, qui apud ipsum Caesarem stipendia merent*: CIL X 4872 (*saec. I¹*) *quidam* prim(us) ordo cohortium praet(oriarum) divi Augusti (*alia exempla inscriptionum v. in indice Inscr. Dessau III 1, 442 sqq.; occurrit passim notis* coh. pr. *sim. vix ad p. 1066, 70 trahendis, perscriptum est e. g.* CIL V 7258 [*saec. I¹?*]. CONST. veteran. [CIL XVI 21; *a. 76*] extr. 6; *exempla scriptorum v. vol. III 1552, 77. 79 sqq.; aliter infra sub b*). CHART. lat. ant. III 200, 1 (*a. 166*) optio classis praetor(iae) Misenatium (*item cum gen.* M. *vel* Ravennatium: CIL VI 31856 [*aet. Comm.*]. X 6657 [*saec. II ex.*]. *al.; cf. adi.* Misenensis, Ravennas: *vol. III 1293, 43 sqq. 60 sqq., sine altera determinatione ibid. 69 sqq.; ad rem v. Alföldy, Gnomon 39, 1967, 608. contextu manco quodammodo huc pertinet*: CHART. lat. ant. XI 500, 13 [*ante a. 127*] ex classe -ae M⟨isenatium⟩ [*sim.* 14; *errore an praecessit vel subaudiendum est subst. fem.?*]). AVR. VICT. Caes. 8, 3 Othonem -is, Vitellium Germanicianis legionibus factum *imperatorem* (40, 25 -ae l. ac subsidia ... sublata penitus *a Constantino. item de praetorianis*: 27, 2 -ae manus. 40, 5 turmae). *?fem. sing.* -a *per ellipsin de cohorte -a*: CIL VIII 21021 (*paulo post a. 297?*) miles coh(o)rtis tertiae -ae ... militavit in legione ... annis v, in -a annis XI (*item ex antecedentibus suppleri potest* cohorte: VI 2759 [*saec. III ex. vel IV in.*]. *non praecedit* cohors: VI 2785. 37207. *textu corrupto*: VI 37224 m. in legione ..., in praetoram. *ceterum coll. p. 1073, 16 cogitare possis etiam de errore lapicidae pro* in -o, *vel de acc. pro abl. posito*). **b** *de auxiliis quibusdam* (*quae -a appellantur, quod primitus fortasse ad praetorium legati alicuius pertinuerant vel quod e praetorianis quibusdam Caesaris constituta erant; cf. Speidel, Guards of the Roman armies, 1978, 61 sq.*): INSCR. Année Épigr. 1973 n. 501 (*Alexandriae Troadis, saec. I in.*) praef(ecto) equit(um) alae praet(oriae) (CONST. veteran. [CIL XVI 31; *a. 85*] int. 8. CONST. veteran. 4 ext. 6 Roxan [*a. 91*] Flavia -a singularium. CIL VI 1523 [*saec. II med.*] alae I pr(aetoriae) c(ivium) R(omanorum). *et saepius in titulis.* NOT. dign. or. 38, 26 [-torica *codd.*]). CIL V 3356 (*saec. I²*) praef(ecto) coh(ortis) II pr(aeto-

[Stewart-Pade]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

riae) (INSCR. Dessau 9491 [*Beryti, saec. II*^{1}] praef(ecto) coh(ortis) VI praetor(iae). CHART. lat. ant. X 411, 1, 1 pridianum coh(ortis) I Aug(ustae) pr(aetoriae) Lus(itanorum) eq(uitatae). CIL III 6753 [*saec. III*^{1}; *cf. Devijver, Prosop. mil. eq., I 323*]. *al.*).

B *de rebus*: **1** *de partibus castrorum*: CAES. civ. 3, 94, 5 ad -am portam (*al. v. supra p. 4, 82 sqq.; addere possis, si recte solvitur,* CIL XIII 7261 [*a. 215*] genium pla(teae) p(ost) p(ortam) pr(a)et(oriam)). CIL XIII 7337 (*a. 229*) plat(eae) praetor(iae) aram (*l. 7 conferunt edd.*). HYG. mun. castr. 14 a praetorio sine dubio via -a ducitur (dicitur *Rutgers; aliter p. 1069, 34*). **2** *de nave, qua vehebatur praetorium eius, qui classi praeerat*: LIV. 21, 50, 8 rex Hiero ... transgressus ... ex regia in -am navem *Ti. Sempronii consulis* (29, 25, 11 [*distinguuntur naves* rostratae, onerariae]. 35, 26, 7 -a n. praecedente classem, cum in ea ... praefectus classis veheretur *Achaeorum* [*item apud externos* 37, 23, 8 *Rhodiorum. al.* FRONTIN. strat. 1, 1, 2 *Poenorum.* FLOR. epit. 4, 8, 9 *Persarum*]. *al.* PLIN. nat. 32, 3. *al.*). LVCAN. 3, 535 Bruti -a puppis (FLOR. epit. 2, 7, 7). TAC. hist. 5, 22, 3 -am triremem. **3** castra -a, *sc. Romae sita, inde a* PLIN. nat. 3, 67, *v. vol. III 552, 28 sqq. (in titulis vel verbis perscriptis, ut l. 20, vel variis compendiis, quae vix ad p. 1067, 4 trahas); addere possis e. g.* CIL XV 7237 (*aet. Carac.?*) castris -is (*in fistula ut*: 7238 [*a. 217/8*]. *al.*). SCHOL. Iuv. 10, 95, 1 *et* 3 ('c. domestica'). *al.; ad praefecturam a Constantino novatam pertinere videtur* INSCR. Dessau 9074 (*Arelate*) primiscrinio castrorum praett. (*sed* praetorianorum *solvitur* INSCR. Gall. Narb. Espérandieu 107). *de castris summi ducis*: SERV. Aen. 8, 678 (*bis*). *in imag. significantur milites acie densa ordinati* AMM. 16, 12, 49.

C *de diis Tiburtibus quibusdam* (*ratione incerta*): CIL XIV 3540 Fortun(ae) -ae sacrum; ... *quidam* mag(ister) Hercul(aneus) Aug(ustalis). 3554 (*saec. II med.*) Herculi Tiburt(ino) Vict(ori) et ceteris dis praet(oriis) Tiburt(inis) (*an coll. p. 1072, 9. 50 intellegas gen.* praet(orii) Tiburt(ini) *?*).

*?***D** *de praefecto praetorii a Constantino novati: adi. v. supra p. 627, 21 sqq. masc. pro subst.*: GLOSS. -us: qui praeest in praetorio (*nisi intellegas praepositum quendam officialium praetorii coll. p. 1067, 45*).

m. pro subst. praetōrius *v. supra IB2 et IID; parum constat de f.* praetōria, *v. p. 1070, 61 (vix etiam p. 1070, 57). Stewart-Pade.*

n. pro subst. **praetōrium,** -ī. *exempla scripturae* pre-, *apicum, notarum variarum, terminationis* -ii(s) *contractae addidimus supra p. 1068, 18 sqq. de notione*: PAVL. FEST. p. 223 *praetores* bella administrabant, quorum tabernaculum dicebatur -um (Ps. ASCON. Verr. p. 234, 6). SCHOL. Cic. Bob. p. 168, 30 ('quaestorium') hospitium quaestoris ...; nunc ... omnia, in quibus variae dignitatis praesides habitent, -a nominantur. NOVELL. Iust. 24 praef. iudicialia ... habitacula *Romani antiqui* -a vocari disposuerunt. ISID. orig. 15, 2, 29 -um, quod ibi praetor resideat ad discutiendum. GLOSS. -um: *οἰκία στρατηγοῦ. πραιτώριον.* domus in qua iudicatur. *sim. al.; corruptum* GLOSS. II 158, 28 -um: *εἶδος ἅρματος* (petorritum *Cuiacius*). *legitur inde a* CIC., CAES., VARRONE, *raro nimirum in versibus, sc. fere singulis vel binis locis apud* VERG., PROP., PHAEDR., STAT. (*ter*), MART., IVV. *al.; abiit in sermonem gr. πραιτώριον.* [*falso trad.* HIST. AVG. Heliog. 23, 6 (*v. vol. VII 1, 561, 39*); *vix recte conicitur* HOMER. 11 *pro* praecordia (*sed recte p. 1074, 37*).]

I *usu originario pertinet ad rem publicam* (*Romanam praeter l. 65 sqq. p. 1072, 57 sqq. 71 sqq. 1073, 8*): **A** *significatur potius sedes praetoria, sc. ubi praetor et deinde quilibet praepositus munere suo fungitur et habitat* (*distinguuntur* principia *l. 70,* palatium *p. 1072, 43. 48. 1073, 2. al.*):

1 *in re militari*: **a** *de tabernaculo ducis in castris aestivis posito et de area adiacente* (*e. g. l. 57 sq. 66; ad rem v.* HYG. mun. castr. *passim; cf. explicationes l. 38*): CIC. div. 1, 72 *cum L. Sulla bello sociali* immolaret ante -um (*inde* VAL. MAX. 1, 6, 4). CAES. civ. 1, 76, 2 fit ... concursus in -um; *legatus* postulat, ut iurent omnes *eqs.* 1, 76, 4 *Pompeiani Caesarianos* productos palam in -o interficiunt. 3, 82, 1 *Pompeius in castris* suum cum Scipione honorem partitur ... et alterum illi iubet -um tendi (*cf.* VAL. MAX. 5, 5, 3 *Drusus* praecepit ... dextera in parte *castrorum* -um ei *Tiberio* statui). 3, 94, 6. BELL. Afr. 31, 4 *Caesar* in -o sedens per ... nuntios imperabat. VARRO ling. 5, 161 *in aedibus* locus si nullus relictus erat, sub divo qui esset, dicebatur testudo ..., ut est in -o et castris. PROP. 4, 1, 29 posuit -a Lycmon *Romulo auxilium ferens* (*item de -is non Romanis*: 4, 4, 31 Tatiae -a turmae. LIV. 3, 25, 7 *Aequorum.* 21, 3, 1 Hannibal in -um delatus imperatorque ... appellatus. 21, 43, 15 in -o patris ... prope natum *Hannibalem* [*sim.* 30, 28, 4]. CVRT. 4, 10, 4 duces ... adesse -o iubet. 5, 10, 12 in vestibulo -i aderant. 9, 6, 4 excubare ante -um. *al.*). LIV. 2, 45, 6 in -um conveniunt, poscunt pugnam. 7, 12, 14 iam in principiis ac -o *sermones fieri indignantium* (*item coniunguntur*: 28, 25, 5. *cf. p. 1072, 17*). 8, 11, 7 consulum -a (9, 2, 12 -a c. erigi. 22, 42, 2). 24, 15, 1 ubi signa coeperunt canere, ... parati instructique ad -um conveniunt. 25, 22, 8 tria -a circa Capuam erecta; tres exercitus ... fossa ... circumdare urbem parant. 41, 2, 11 -o deiecto ... ad quaestorium forum quintanamque hostes pervenerunt (*cf. supra p. 5, 16*). 42, 58, 4 tribuni praefectique et centuriones in -um, miles ad sua quisque tentoria discurrit. *al. usu generali circumscribitur militia*: CIC. Balb. 40 *ut Gaditanis* sit in nostris castris, sit in imperatorum -is, sit denique inter signa atque in acie locus. TERT. pall. 5, 4 (*loquitur pallium*) nihil campo ... debeo; ... nulla ⌞-a⌟ observo; ... non milito (*sed fortasse comprehenditur simul militia officialium, ut etiam ad 2 pertineat*; ⌞ ⌟ *'praetoria edicta' Gerlo, 1940, ad l. vix recte*).

b *de aedificiis structis eorum, qui praesunt*: **α** *castris stativis legionis*: CIL III 1019 (*aet. Alex. Sev.*) Genio -i ⌞huius⌟ ... ⟨leg(atus)⟩ leg(ionis) XIII (⌞ ⌟ *sc. non praesidis provinciae, v. Ritterling, RE XII 1718, 5*). HIST. AVG. Claud. 14, 11 dabis ... carpentarium unum, curam -i unum, aquarium unum *tribuno legionis V Martiae ceterum ignotae.* **β** *castellis auxiliorum* (*ad rem v. e. g. Johnson, Röm. Kastelle, 1987, 152 sqq.*): INSCR. Brit. I 1685 (*saec. III*^{1}) Genio -i sacrum ... praefectus coh(ortis) IIII (*in eodem castello*: 1684. *alibi*: 1075). CIL XIII 11759 (*a. 241*) in prae⟨torium ...⟩ et in baln⟨eum⟩ *aquam ductam.* INSCR. Brit. I 1912 (*ca. a. 300*) praetor(ium) ... in labe(m) conl(apsum) et princ(ipia) et bal(neum) rest(ituit). Maroc. Gascou 821 praef(ectus) ⟨c⟩oh(ortis) ... -um per m⟨a⟩nus commil(itonum) ... fecit. *?***γ** *praesidio navali*: PAP. mil. Fink 82, 7 (*saec. II; enumerantur res ad reficiendas naves aptae*) clavi in -um fer(rei), ... clavi ⟨i⟩n lib(urnam) Luci (*an cogites de diaeta nauarchi coll. p. 1068, 9, vel de navigio praetorio coll. p. 1071, 11?*).

2 *in re publica administranda de domibus*: **a** *eorum, qui praesunt imperii Romani provinciis* (*vel dioecesi vel praefecturae; hucine l. 5? ad notionem v. p. 1071, 39 sqq.*): CIC. Verr. II 4, 65 ut id *candelabrum* in -um ... deferrent *ad Verrem.* 5, 92 curritur ad -um. 5, 106 procedit ... e -o. 5, 160. LIV. perioch. 86, 1 C. Fabius in Africa ... in -o suo vivus exustus est (*item* Ps. ASCON. Verr. p. 241, 14. *cf. Cic. Verr. II 1, 70* Vticae domi suae). SEN. contr. 9, 2, 20 occisus est ... damnatus ... in -o (*L. Quinctii Flaminini consulis, Galliam obtinentis*). TAC. ann. 3, 33, 4 *si uxor magistratum comitaretur in provinciam,* duorum egressus coli, duo esse -a. SVET. Vit. 8, 2 a militibus e cubiculo raptus ... imperator est consalutatus ...; nec ante in -um rediit, quam *eqs.* VET. LAT. Marc. 15, 1 (cod. 1) *Iesum* adduxerunt ⌞in -um⌟ et tradiderunt Pilato (⌞ ⌟ *cod. 5. al.* in atrium, *gr. codd. pauci εἰς τὴν αὐλήν, om. plerique ut Vulg.; de eadem domo*: 15, 16 [cod. 6. *al.* = VVLG.] in atrium -i [cod. 1 in -um, *gr. ἔσω τῆς αὐλῆς, ὅ ἐστιν πραιτώριον*]. Ioh. 18, 28 [*ibid.; gr. πραιτώριον*]. *al.* ITIN. Burdig. p. 593, 3 ubi domus fuit sive -um Ponti Pilati. *al.*). Phil. 1, 13 (cod. 75. *al., sim.* VVLG.) ut vincula mea manifesta ... fierent in toto -o et ceteris omnibus (*gr. πραιτωρίῳ. Ephesi vel Caesareae? v. Vielhauer, Gesch. d. urchrist. Lit., 1975, 166 sqq.; urbi tribuunt* HIER. in Philem. 1 p. 605^{C}. THEOD. MOPS. *ad l.* -um illud nominans, quod nunc ex consuetudine palatium nominamus). TERT. Scap. 3, 5 *praeses Cappadociae* solus ... in -o suo. AMM. 14, 7, 10 *praefectus -o* praestrictis palatii *Caesaris* ianuis ... ad -um ... perrexit (*de eodem*: 14, 7, 15 -um ... praefecti). POSTVL. ap. procos. Aug. c. Cresc. 3, 56, 62 in secretario -i. AVG. de serm. dom. 1, 11, 29 iudicis (COD. Theod. 7, 8, 6. 15, 1, 35 de palatiis aut -is iudicum. *al.*). COD. Iust. 1, 40, 15 pr. (*a. 471*) nulli iudicum ... in civitatibus, in quibus sacra palatia vel -a sunt, liceat relictis his privatorum sibi domus ad habitandum veluti -a vindicare. *al. in titulis*: CIL II 2634 (*Asturicae; paulo ante a. 200*) Genio praetor(ii) ... leg(atus) Aug(usti) per Asturiam et Gallaeciam (INSCR. Tarr. Alföldy 34 [*saec. III in.*] G. -i consularis). XIII 8170 (*Coloniae Agrippinae*) leg(atus) Aug(usti), cuius cura -um ... restitutum *est.* INSCR. Année Épigr. 1930 n. 46 (*Sitifi*) porticum ⟨pr⟩aetori restituit. **b** *regum, Caesaris* (*cf. IIA1*): EDICT. imp. Claud. (CIL V 5050) 2 idibus Martis Bais in -o edictum Ti. Claudi Caesaris Augusti Germanici propositum fuit. IVV. 10, 161 *Hannibal* cliens sedet ad -a regis *Bithyniae.* VET. LAT. act. 23, 35 (cod. 51 = VVLG.) *Caesareae* in -o Herodis custodiri *Paulum* (*gr. ἐν τῷ πραιτωρίῳ*). EPIST. Austras. 2, 3 (*regi Chlodoveo*) -um tuum omnibus pateat[ur]. **c** *variis vel parum definitis* (*hucine p. 1071, 29?*): CIL III 6123 (*a. 61*) tabernas et -a per vias militares fieri iussit *Nero* (*item respicitur cursus publicus*: ITIN. Anton. Aug. p. 260, 6 Incero m(ilia) p(assuum) XXVIII, sed mansio Augusti in -o est. *inde saepius pro nomine loci, v. Onom.; cf. l. 66*). 2809 (*saec. II*^{2}*?*) -u⟨m vetustate⟩ conlapsum *refecerunt civitates quaedam Dalmatiae* (*'domum destinatam legato provinciae iuris dicendi causa Scardonae moranti' Mommsen ad l. p. 366*^{a}. *fortasse conferri potest, nisi locos ad l. 61 trahas*: INSCR. Année Épigr. 1955 n. 52 [*ex civitate Araditana Africae proconsularis; a. 368–370*] administrante ... pro(consule) et legatis eius ... -um pulcherrimum ... cur(ator) r(ei) p(ublicae) ... perf(ecit)). IX 4195 (*Amiterni*) praetori⟨um faciendum cu⟩raverunt. VET. LAT. Marc. 14, 54 (cod. 1) *Petrus* sequebatur illum usque in -um pontificis (*gr. εἰς τὴν αὐλήν, cod. 3. al. = Vulg.* in atrium. *de eadem domo*: 14, 66 [cod. 1, *gr. et Vulg. ut supra*]. AMBR. in Luc. 10, 75 in -o Iudaeorum, in domo principis sacerdotum). HIST. AVG. Aurelian. 45, 2 in quo *foro Ostiensi* postea -um publicum constitutum est. SIDON. epist. 1, 5, 10 *cum Romae* per omnia theatra, macella, -a, fora, templa,

[Stewart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

gymnasia *nuptiae Ricimeri celebrarentur.* 5, 7, 5 cum *quidam* sint in -is leones, in castris lepores. COD. Iust. 1, 40, 15, 1 ubi ... et palatium est et -um, palatium quidem habitationi praesidis, -um autem suscipiendis ... speciebus publicis horreorum vice ... deputetur. *al.*

B *significatur potius munus in ea sede administrandum vel ipsa multitudo ibi militantium*: **1** *aetate liberae rei publicae Romanae et apud Poenos de consilio ducis bellum gerentis*: LIV. 21, 54, 2 *his verbis* -um missum *est ab Hannibale.* 26, 15, 6 Fulvius ... dimittens -um ... praefectis socium imperavit, uti *eqs.* (30, 5, 2 [*antea*: advocato ... consilio]. 37, 5, 2).

2 *aetate imperatorum, pertinet ad*: **a** *milites, qui apud ipsum Caesarem stipendia merent*: α *inter cohortes praetorias Romae collocatas*: Ⓘ in -o: INSCR. Année Épigr. 1978 n. 286 (*e regione Marsorum*) *cuidam* tr(ibuno) mil(itum) in praet(orio) divi Aug(usti) et Ti(berii) Caesaris Aug(usti). EDICT. imp. Claud. (CIL V 5050) 31 *multi Anauni* militare in -o meo dicuntur (PLIN. nat. 25, 17. CONST. veteran. [CIL XVI 21; *a. 76*] int. 4. CIL VI 2605 [*saec. III²; opp.* in legione]. *al.; cf. p. 1070, 63*). PLIN. nat. 7, 82 Valens meruit in -o divi Augusti centurio. *al.* Ⓘⓘ e(x) -o: TAC. hist. 1, 20, 3 exauctorati ... tribuni e -o ..., ex urbanis cohortibus ..., e vigilibus. 2, 11, 3 veterani e -o (SVET. Nero 9. INSCR. Année Épigr. 1967 n. 33 [*Romae; saec. II ex.*]. CIL III 10198. *al.*). 2, 24, 3 super hos *milites* e -o auxiliisque mille equites ... ducebantur. CIL V 2784 missus ex pr(aetorio) speculator (*sine verbo*: INSCR. Année Épigr. 1916 n. 63 [*Ateste*]). *al.* Ⓘⓘⓘ praefectus (praefectura) -i *vel* -o: *v. p. 626, 35 sqq. 607, 10 sqq. 16 sq.* Ⓘⓥ *exempla cetera*: CIL V 2837 *quidam* missus est -o divi Aug(usti). VI 2558 militavit leg(ione) IV annis VIIII, traiectus in -um (*a Vitellio?*) coh(orte) V pr(aetoria) militavit ann(is) III (*sim.* 2437). TAC. hist. 4, 46, 4 militiam et stipendia orant; ... in -um accepti *sunt.* SVET. Nero 47, 1 tribunos centurionesque -i. *al.*

β *in classe praetoria* (*cf. p. 1070, 52 sqq., quo formas abbreviatas relegavimus*): CIL VI 3136 M. Valeri Bassi militis -i Misenesis (tetrere) Mine⟨r⟩va. 32772 nauarcus clasis -o Mesenatium.

b *milites, qui apud ipsum legatum legionis vel praesidem provinciae stipendia merent* (*fere technice in titulis et papyris*): INSCR. Dessau 2283 (*in arca legionis; a. 45*) C. Vibio Rufino leg(ato), C. Horatio ⟨...⟩o princ(ipe) p⟨raet(orii)⟩ (CIL XI 395 [*a. 66*] *Vettio Valenti* princip(i) -i leg(ionis) XIII gem(inae). III 2917 [*aet. Trai.*]. INSCR. Altav. Marcillet-Jaubert 317 [*saec. III¹?*]. CIL III 5293. *sunt qui ad l. 12 trahant, sed v. Passerini apud De Ruggiero, Diz. Epigr. IV 589 sqq.*). CHART. lat. ant. III 219, 2, 34 (*a. 105; enumerantur milites ab exercitu absentes*) ad -um (*item in eadem re*: VII 355, 21, 8 [*a. 219*]. VII 337, 2, 7 [*a. 223–233*] ad praet(orium) praesidis. *al.; cf.* CIL VIII 4240 mil(iti) leg(ionis) III Aug(ustae) exacto at -um [*inde emendandum* III 3634]). CIL III 7765 (*Apuli; saec. II ex.-III med.*) optio praet(orii) leg(ionis) V Mac(edonicae) ([*quae tendebat Potaissae*]. X 7583 [*Caralibus; saec. III in.?*]. *lectionis dubiae*: III 5803 VIII 2947).

c *praefecturam praetorianam ab imp. Constantino novatam*: PANEG. 3, 1, 5 me -is praefecisti et provincias ... meae fidei ... mandasti. AVSON. 406, 18 p. 239 *Probus* erorum primus est -oque maximus. SYMM. epist. 1, 1, 3 vers. 4 (*loq. Acyndinus praefectus -o*) Aurorae in populis regum -a rexi (RVT. NAM. 1, 273 praefecti nutu. SIDON. epist. 3, 12, 5 vers. 7 post -a recta Galliarum. *cf.* CE *sub d*). 1, 18 cura -i (*Ausonii*). TEST. Pap. Tjäder 4–5 B III 4 (*a. 480*) in Classe, castris -o, Rav(ennae) (*dat.* -o *sec. l. 55*). COD. Iust. 1, 27, 2, 35 in -o amplissimae praefecturae per Africam (*postea*: in officio a. p. per A.). *al.* praefectus -i (-orum) *v. p. 626, 84 sqq.*, -o *p. 626, 57 sqq.*, -is *fortasse p. 627, 21,* praefectura -o *v. p. 607, 19 sqq. 36,* -i *p. 607, 26 sqq.* (*addere possis* HIER. adv. Rufin. 2, 23, 20).

d *consularem Liguriae* (*cuius munus circumscribitur sec. l. 49*): CE 686, 11 (*saec. V¹*) Ligurum in populis regum -a r⟨exit⟩ *Floridus.*

β *de animantibus (eorum vocibus l. 63), qui superiores sunt, praestant vel vincunt*: Ⓘ *quolibet modo*: PLIN. nat. 10, 19 vulturum -ent nigri. STAT. Theb. 11, 111 neu mitis Adrastus -at *sententia sua.* TAC. ann. 11, 10, 4 *in rege faciendo* multi ad Gotarzen inclinabant, quidam ad Meherdaten ..., dein -uit Gotarzes. PLIN. epist. 3, 20, 6 *in comitiis* saepius digni quam gratiosi -bant. VET. LAT. Is. 54, 4 (Aug. c. Cresc. 3, 64, 72. *al.*) non est quod metuas, -bis enim (*gr. κατῃσχύνθης* [*cf. Aug. civ. 18, 29* confusa es, *Vulg.* non confunderis], *sed subesse videtur confusio quaedam cum κατισχύειν, ut apud Cypr. testim. 1, 20* revinces). Luc. 23, 23 (cod. 6) clamabant ... 'crucifige illum', et -bant voces illorum (*gr. κατίσχυον, cod. 3. al. et Vulg.* invalescebant). HIL. coll. antiar. p. 53, 26 suos suamque posse -ere factionem. HEGES. 3, 2 p. 184, 24 *si* -uisset Petrus *in certamine cum Simone mago.* AVG. civ. 7, 24 p. 305, 29 quantum maligni daemones -uerint, qui ... tam crudelia exigere potuerunt. epist. 120, 6 fallaciter sapere et imbecilliter -ere (*opp.* efficaciter fortes). in euang. Ioh. 47, 7 l. 15 non glorientur Iudaei, quasi -uerint. PATRIC. conf. 27 *peccata sim.,* quae in pueritia ... gesseram ..., quia necdum -bam. PS. THOM. euang. 13, 1 si -es, accipe eum ad disciplinandum (*nisi potius ad p. 1084, 21; gr. A 15, 1 εἰ θαρρεῖς*). *al.* *in amuleto*: INSCR. Rev. Ét. Anc. 42, 1940, 488 n. 4 (*contra invidum*) ligabit te brachium dei; ⌞id⌟ non prebaleas, infau⟨s⟩t(e) (⌞ ⌟ *obi. acc. int. sec. p. 1078, 31 et IIB? si intellegas 'bracchium', cogites potius de obi. inf. supplendi, sc. 'infestare, superare' sim. [sec. p. 1084, 27], quam de obi. acc. pro*

[Thome]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dat., qui ex eodem amuleto laudatur supra p. 1081, 62; pro subi. accepit editor coniciens -at). Ⓘⓘ *imperio, opibus sim.*: Plin. nat. 6, 29 -ent oppida Albaniae Cabalaca, Hiberiae Harmastus (*nisi aestimatione ut p. 1082, 32; cf. p. 1078, 56*). Vet. Lat. gen. 49, 24 (cod. 102. *al.*) per manum potentis Iacob, inde qui -uit Israhel (*gr. ὁ κατισχύσας, Vulg. aliter, aliae vers.* convalescens, confortavit). exod. 1, 7 (Tycon. reg. 5 p. 55, 15) filii ... Israhel creverunt et multiplicati sunt ... et -uerunt nimis (*gr. κατίσχυον, cod. 100* convalescebant. *Vulg.* roborati). III Esdr. 4, 2 (Lib. geneal. chron. I p. 183, 449) non -ent homines? terra(m) et mare tenent ...; rex autem -et et dominatur ⌞eorum⌟ (*vix ἀπὸ κοινοῦ. loco utroque gr. ὑπερισχύειν, rec. Vulg.* praecellere). Avg. civ. 18, 2 p. 256, 30 pars partem, quae -et, opprimit; vitrici enim victa succumbit. Salv. gub. 2, 1 mali -ent, affliguntur boni. Cassiod. Ios. antiq. 17, 271 p. 505 praepositi latronum, qui multum quondam -⟨u⟩erat (*gr. ἐπὶ μέγα δυνηθέντος*). Greg. M. epist. 3, 33 ut *gloriosi terrae* in eo, quod temporaliter -ent, mercedem sibi non temporalem parent (*nisi potius ad 2e*). *al.* *fere i. q. dominari, regnare*: Cassiod. Ios. antiq. 16, 8 p. 455 si -rent *filii Mariamnes,* ultionem exigerent (*gr. δυναστευόντων αὐτῶν*). Iord. Get. 284 *Gothi* Gallias ... tenentes suo iure defendunt, ut nullus ibi (sibi *var. l.*) alius -ret. Ⓘⓘⓘ *vi militari, pugna*: Frontin. strat. 3, 10, 3 tamquam -ret hostis. Vet. Lat. exod. 17, 11 (Cypr. Fort. 8. *al.*) cum levabat manus Moyses, -bat Israel; ubi autem submiserat manus, invalescebat Amalech (*gr. bis κατίσχυεν, Vulg.* vincebat, ... superabat). Lact. mort. pers. 44, 3 dimicatum, et Maxentiani milites -bant. Clavd. Don. Aen. 9, 725 p. 278, 22 aut occidi ... aut -ere. Prvd. c. Symm. 2, 534 exercitus ... -uit. Oros. hist. 7, 37, 11. *al.*

b *in iure -ent quaecumque iuris potioris sunt* (*doctrinam meliorem v. p. 1082, 34 sqq.; cf. p. 1079, 50. 1080, 31. 1081, 61*): Scaev. dig. 28, 6, 48, 1 quoniam eodem testamento et legatus sit Stichus et libertatem accepit, -ere libertatem et, si -et libertas, non deberi legatum (*cf. p. 1079, 51 et* Vlp. dig. 40, 7, 2, 2 -ere libertatis dationem. Pavl. dig. 31, 14 pr. favor libertatis -et [*postea*: legatum ... -bit]). Vlp. dig. 24, 1, 22 si, posteaquam heredem instituit *servum,* donavit, donatio -bit (*antea*: valere institutionem). Pavl. dig. 46, 3, 98, 6 -et causa dandi. Hermog. dig. 39, 5, 33 pr. causam ... constitutae pecuniae, non iudicii potestatem -ere. Cod. Theod. 9, 42, 9, 3 sit duodecim tabulis locus ac ius civile -at, ut *eqs.* *al.* *pro subi. est acc. c. inf.*: Pavl. dig. 47, 10, 18, 3 -et, quod principale est, iniuriam eum mihi facere velle ... et ideo iniuriarum *actionem* habeo. Inst. Iust. 1, 6, 3 *si debitor propter manumissionem solvendo non est,* -uisse ... videtur ... non impediri libertatem (*an de doctrina meliore, ut p. 1082, 39? simili ambiguitate*: 3, 25, 9 -uit ... culpae nomine teneri eum).

c *in gramm. -ent quae usu, consuetudine praestant* (*alia de causa l. 45; -et ipsa consuetudo* Avg.; *cf. p. 1079, 56 sqq.*): Don. Ter. Ad. 894, 1 cum hic dominas habeat, 'dominus' dixit, quia et -et masculinum (Eun. 1065, 1 si 'aliam' diceret, neque commode neque *εὐφώνως* loqueretur; -et enim m. genus. *cf. p. 1080, 41*). Avson. 348, 21 p. 167 -uit post quam (*sc. litteram K*) ... C *littera.* Prisc. gramm. II 208, 12 *in voce q. e. 'cupido'* feminini -uit declinatio.

II *vi praeverbii evanida i. q. valere, posse sim.* (*quae pro syn. occurrunt e. g. l. 62 sqq. p. 1084, 1. 13; usu qui dicitur impersonali p. 1084, 7; attulimus exempla pauca certiora, cf. quae p. 1078, 29 monuimus*): **A** *cum struct. verbalibus* (*subaudiendis sub 1c; cum subst. verbali p. 1084, 42; saepius in sent. negatis*): **1** *inf.* (*de acc. c. inf. v. l. 72*): **a** *ponitur inf. act. vel mediopass.*: Vet. Lat. Eph. 3, 18 (Aug. epist. 140, 2. *al.*) ut in caritate ... fundati -atis comprehendere ..., quae sit latitudo *eqs.* (*gr. ἐξισχύσητε, Pelag.* valeatis [ev- *var. l.*], *Vulg.* possitis). Iren. 2, 20, 3 Aeon ... requirens patrem et non -ens invenire. Cypr. laps. 4 siccos oculos tenere. Zeno 2, 1, 7 *fortitudo,* quod facere -uerit, aestimat rectum. Filastr. 104, 4 vix discere -bant (Rvstic. Conc.^{S} I 4 p. 54, 22 [*gr. I 1, 7 p. 68, 8 μόλις ἐξίσχυσα, cf. I 5 p. 361, 30* vix ... potui]. Cassiod. hist. 8, 1, 6 vix eum *versum* implere -ui [*Socrat. 4, 23 p. 513^{B} μόλις ... ἐξέμαθον*]. *al.*). Ps. Ambr. act. Seb. 5, 15 p. 1028^{B} fenus debitor feneratori reddere -et; et terra agricolae ... restituere ... semina potest (*item per variationem*: Hier. in Is. 9, 28, 16 l. 83 capere non p. et ... cooperire non -et. Cassiod. Ios. antiq. 3, 98 [*gr. ἠδύναντο tantum*]. *al., cf.* Vita Hil. Arel. 1 l. 13 nec incipere ... queat nec ... supplere -at. Cassiod. hist. 9, 14, 11 neque praeparare ... valentes ... neque ... sumere -entes. *sim. al.*). Rvfin. Adamant. 4, 11 p. 70, 15 aliud esse non -ens *homo.* Hippocr. vict. 2 l. 124 alium cibum ... minus -ent suscipere ([*gr. 41, 10 οὐκ ἐπιδέχονται*]. Ferrand. epist. 1, 1. *cf. p. 1084, 35. 61 et* Rvstic. Conc.^{S} I 4 p. 62, 11 persuadere ... illos minime -entes [*gr. I 1, 3 p. 38, 24 μὴ δυνηθέντες*]). Rvstic. Conc.^{S} I 4 p. 232, 9 -uisti per orationes ... quae studebantur pro ecclesiis optinere (*cod.,* optineri *Schwartz, ut intellegatur acc. c. inf.; aliam vers. v. p. 1084, 47*). Ven. Fort. carm. 5, 5, 4 sine quo *Christo* nullum -et esse bonum. *et saepissime.* **b** *ponitur inf. pass.*: *accedit ad subi.*: Rvfin. Orig. princ. 2, 3, 3 p. 117, 17 quae *corpora* ... a morte vinci ... *non* -ant. Cassian. inst. 1, 9, 1 sollicitudine carnis ... exuti esse non possumus nec ab ea penitus -emus absolvi. Cassiod. compl. in act. 5, 34 *praedicatio* nequaquam ab aliqua potestate -et dissipari (*ita trad., v. Stangl, Cassiodoriana, 1898, 8*; poterit *Maffei sec. act. 5, 39* non poteritis). inst. 1, 23, 1 quod ... -et inveniri (*antea*: potuit recondi). in psalm. 146, 5. Greg. M. in Ezech. 1, 6, 19 l. 497 aeterna ... gaudia nulla ... -ent cogitatione penetrari. in I reg. 1, 18 l. 450. *al.* *?ponitur pro subi.* (*nisi locos aliter explices; sed cf. p. 1079, 22*): Cassiod. in psalm. 2, 8 l. 218 quid sit dei substantia, nullatenus -et comprehendi. Iord. Rom. 377 dum ⌞resisti⌟ contra Parthos non -et, ... pacem effecit *dux* (⌞ ⌟ *deponens intellexit Mommsen in indice p. 185 fortasse rectius*). **c** *subaudiendus est inf.* (*saepius in formulis quibusdam*): Filastr. 31, 3 virtutem eius videre cupiebant; non -entes autem *eqs.* Evseb. Verc. epist. 3, 1, 2 quibus potes tractatibus, quanto labore -es, transgressores obiurga. Hier. epist. 44, 1 faciat unusquisque, quod -et (*nisi ad B; item* Cassian. inst. 8, 12 si id, q. -et, ... compleverit. Max. Tavr. 17, 3 pro eo, q. -ent, operantur. *al.*). Rvfin. epist. Clement. 9, 2 in quantum unusquisque -et, ... panes ... cum suis fratribus sumat ([*gr. ὡς δύνασθε*]. Orig. in iud. 8, 5 p. 515, 15 in q. -o, lavare cupio [valeo *var. l.*]. Pallad. hist. mon. II 20, 17. Greg. M. epist. 10, 15 l. 14 in q. vero ut -et [*abundantiam defendit Norberg, Stud. crit. II, 1939, 212*]. *al.*). Ps. Avg. serm. 142, 2 si aliquis ieiunare non potest, ...; si vero -et (Ennod. epist. 1, 2, 4 p. 4, 14 silentii tui, si -es, talione multetur. Ps. Fvlg. Rvsp. serm. 15 p. 878^{B} iugula fluctus, si -es [*antea*: si potes]. *al.*). Cassian. inst. 3, 1 (*item fere* 12, 24) quantum tenuitas ingenii nostri -uit, arbitror expeditum (*nisi ad B; sim. dubites*: Ennod. epist. 9, 14, 2 p. 239, 14 q. -es, orare non cesses. Caes. Arel. serm. 34, 2 p. 141, 18. *al.*). Cassiod. inst. 1, 6, 4 Bellatoris presbyteri, ut -et, labore collecta est *expositio* (Bened. reg. 2, 26. *cf. l. 19*). *al.* *supplendus est inf. verbi notionis generalis* (*fort. addas l. 71. p. 1082, 73*): Svlp. Vict. rhet. 27 p. 327, 18 unde hunc *caedis reum* ⌞-uisse⌟ dicamus (⌞ ⌟ *def. Stangl, Philologus 54, 1895, 347*; perficere potuisse *edd.*). Avg. serm. 379 Rev. Bénéd. 59, 1949 p. 64, 1 dixi breviter; si intelligentiores -uerunt (*sc. comprehendere sim., nisi quid excidit*), sed tardiores relinquendi non sunt: hoc ipsum, quod dixi, ... planius explicetur.

2 ad *c. gerund.* (*subst. verbali l. 41; cf. p. 1079, 27*): Cypr. epist. 27, 3 p. 542, 17 qui ad resistendum minus virtute animi et robore fidei -bant. 59, 17 p. 687, 15 ut ... plus existimemus ad impugnandum posse humana conamina quam quod ad protegendum -et divina tutela. Anon. de mach. bell. 5, 6 ad colendos agros adhuc -entes agricolas. Soran. p. 33, 11 *infans* non -et ad perferenda quae difficillimae digestionis sunt. Mvtian. Chrysost. hom. 2, 1 p. 243 neque ad loquendum ... lingua sufficit neque ad percipiendum -et intellectus (*gr. p. 19 δύναται*). *al.* *cum subst.*: Ambr. Iob 4, 4, 18 non -bat vetus testamentum ad istius mundi redemptionem.

3 ut (in hoc ..., ut Ps. Mar. Victorin.; *vix huc iam* Plin. *p. 1080, 40*): Ps. Mar. Victorin. phys. 14 *omnipotentiam* etiam in hoc ipso -ere necesse est, ut ... revocet ex morte (*quod antecedit v. l. 58*). Rvstic. Conc.^{S} I 4 p. 118, 19 quod ... -ueris orationibus ..., ut in ecclesiis statueretur quod in studio fuit (*aliam vers. v. p. 1083, 70*). Vitae patr. 5, 5, 39 (*loq. daemon*) vix nocte ista -ui, ut facerem eum fornicari (*gr. Nau 1908 p. 276 n. 191 κατέβαλον αὐτὸν εἰς πορνείαν*). *al.* *iunctura abundanti*: Vvlg. II par. 2, 6 quis ... poterit -ere, ut aedificet ei *deo* dignam domum? ([*cf. postea*: ut possim ... aedificare; *Vet. Lat. cod. 109* invalescit]. Verec. in cant. 4, 29 l. 4 cum -ere non potuerint *haeretici,* ut servos sibi subiciant dei [*nisi ad I*]).

B *cum obi. acc. int.* (*cf. etiam supra l. 14. 24 et v. quae p. 1078, 31 monuimus*): Vet. Lat. Phil. 4, 13 (Theod. Mops.) omnia -o in eo, qui me confortat ([*gr. ἰσχύω, Vulg.* possum]. Ps. Mar. Victorin. phys. 14 omnipotentia ... o. -et [*ibid. iterum; antea*: si ... est aliquid, quod non potuit]). Potam. tract. 1 l. 82 age ..., si aliquid -es, ... pauca narrato (Cassiod. in psalm. 126, 1 l. 52 Greg. Tvr. Franc. 3, 14 p. 111, 6. *cf. p. 1080, 62. 1081, 45*). Hippocr. vict. 2 l. 556 *venter* minus -et quam cibi, quos suscipit. Rvstic. Conc. ^{S} I 4 p. 125, 3 scit ... affectus saepius maiora necessitate -ere. Sidon. epist. (carm. 22) 2 compertum habere ..., quid sidera -ant (Pomer. 3, 6, 3 turpia ... verba ... q. -ent? Verec. in cant. 4, 9 l. 48. *al.; cf. etiam p. 1081, 43*). Ps. Chrysost. hom. I 912^{C} multa medicamenta expensa sunt et nihil -uit medicina ([*Migne gr. 55, 567 ἠπόρησε*]. Caes. Arel. serm. 40, 2 p. 170, 14 medicamentum spiritale. Iord. Get. 220 cum diu ... obsidens n. paenitus -ret [*in re militari ut*: 308 Greg. Tvr. Franc. 5, 38 p. 245, 7. *al.*]. Anthim. praef. p. 2, 8 stomachus ... infrigidatus n. -et. *al.*). Greg. M. in cant. 10 invitamur ..., ut simus sponsa; si hoc necdum -emus, simus sodales; si neque hoc adepti sumus *eqs.* (*nisi trahas ad l. 27 sq.*).

C *exempla cetera* (*perpauca significantiora*): **1** *vario usu*: Cypr. epist. 70, 3 p. 769, 15 *in baptismo haereticorum non* potest pars ... inanis esse et pars -ere; si baptizare potuit, potuit et spiritum sanctum dare

[Thome]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*item opp.*: AVG. bapt. 5, 21, 29 p. 286, 19). 74, 5 p. 803, 3 cur non eadem ... maiestas nominis *Christi* -et in manus impositione quam valuisse contendunt in baptismi sanctificatione? Ps. AVG. quaest. test. 115, 38 circa eos ..., qui responsis illorum *mathematicorum* non commodant fidem, non -et effectus eorum. NOVELL. Iust. 147, 1 maiorem -ere ... *ἀπραγμοσύνην* nostris subiectis (*gr. περιγενέσθαι*). *al.* **2** *cum respectu iuris* (*sc. -et quod lege ratum habetur*): COD. Theod. 16, 5, 7, 1 nec in posterum tantum huius ... legis forma -at, sed in praeteritum etiam. CONC. Taur. a. 398 p. 57 l. 62 haec sententia -bit ... circa omnes, qui *eqs.* EDICT. Hunir. Vict. Vit. 3, 8 *ut*, etiam si qua specialia meruissent *rei*, minime -rent (*cf. 3, 13* nihil valituris). COD. Iust. 6, 51, 1, 7 *si legati sim.* condicio defecerit, hoc, quod ideo non -uit, manere disponimus ... apud eos *eqs.* NOVELL. Iust. 52, 1 nullam omnino pignorationem in nostra republica -ere (*gr. κρατεῖν*).

deriv.: praevalentia, praevalesco.

cf. Onom. (Praevalens).

praevalēsco, -uī, -ere. [*a* praevalere; *cf.* convalescere. *Fo.*] *excepta l. 18 formas stirpis perf. sub* praevaleo *afferre maluimus, v. p. 1078, 13.* NOT. Tir. 64, 13[a.b] -uit. -it (*cod. A, om. cett.; antea*: convaluit. convalescit). *legitur stirps praes. semel apud* COLVM. *et raro inde a* VET. LAT., *de perf. v. supra.* [*var. l. dubia* HIER. epist. 77, 2 *v. p. 1110, 15; perperam edebatur olim* -ente *pro* praevalente PRIMAS. in apoc. 8, 2.]

i. q. praevalidum fieri, prae aliis valescere (*sc. vi praeverbii comparativa, hic illic fortasse intensiva, e. g. l. 29. 31; accedit locut. adv.* ex toto *l. 26; evanescere videtur nonnumquam vis incohativa, ut significetur potius status praevalens, e. g. l. 39; syn.* praevalere *l. 29*): **1** *absolute*: COLVM. 5, 6, 17 vitem ..., antequam ex toto arbor -at, conserere convenit (*postea*: subpares esse aetate et viribus arbores vitesque convenit). VET. LAT. Agg. 2, 5 (Aug. adv. Don. 20, 30; *cf.* 20, 31 *et* 32) nunc praevale, Zorobabel, ... et praevale, Iesus ..., et -e, omnis populе terrae, dicit dominus (*gr. κατίσχυε* [*bis*], ... *κατισχυέτω, cod. 176* invalescere [*bis*], ... invaliscat, *Vulg.* confortare [*ter*]). TRACT. Pelag. 3, 19, 3 p. 62 anima peccatorum ... -ere difficile poterit, si non *eqs.* (*comparatur cum aegroto, qui* pristinam difficile recipiet sospitatem). *forma* '-ente *aliqua re*' (*aliquo l. 39; cf. l. 43*): PAVL. NOL. epist. 49, 1 p. 391, 1 *navem* anchoris fundare conati sunt; sed hiemis ... violentia -ente *eqs.* AVG. civ. 2, 21 p. 82, 24 diffamata et -ente religione christiana. 22, 8 p. 575, 8 *quidam* morbo ... -ente *fere* mortuus ... iacebat. epist. 137, 15 p. 118, 8 -ente peccato sacrilegis ausibus deum ... offendens *populus Iudaeorum* (*cf.* REGVLA mag. 11, 98 -entibus vitiis. *cf. etiam p. 1082, 16*). serm. 313, 5 ut tamquam -entibus hostibus prenderetur *martyr.* **2** *accedunt determinationes indicantes: quis (quid) minus valeat, opprimatur*: PAVL. NOL. epist. 24, 10 p. 211, 6 ut *Christus* -at inimicis nostris et tenebris superabundet. POSSID. vita Aug. 18, 5 innotescente et -ente adversus ... errorem ... veritate. *quo respectu quis valeat* (*ni fallimur*): Ps. PAVL. NOL. epist. app. 1, 5 *peccatores* -unt in ⌞vanitates suas⌟ veritatis immemores (⌞ ⌟ *abl. var. l.; coll. psalm. 51, 9 p. 1079, 61 acc. pro abl. positus esse videtur, ut indicetur potius respectus quam finis*).

[praevalētūdine *non agnoscendum est* CHRON. Gall. chron. I p. 652, 61 hac tempestate -e Romanorum vires funditus attenuatae (praevalente hostium multitudine *sim. temptavit Mommsen,* prae valetudine, *sc. mala, Wieland in plagulis*).**]**

ˣpraevalidus, -a, -um. *a* prae *et* validus. *compar. deest, superl.* -issimus SALV. gub. 6, 78; *cf.* quam -us VAL. MAX. 2, 9, 6 p. 101, 11, quamvis -us PLIN. nat. 32, 7, nimis -us VVLG. Is. 31, 1 (*cf.* nimium *p. 1086, 57, nisi ad verbum spectat*), omnino -us CASSIOD. in psalm. 105, 21. *legitur fere singulis vel binis locis inde a* VERG., OV., MANIL., VELL. (*de* LVCIL. *v. l. 68*), *paulo saepius apud* LIV. (*sexies*), VAL. MAX. (*septies*), TAC. (*novies*); *cf.* praevalens *p. 1078, 48 sqq.* [*restituitur pro* pervalidus LIV. 40, 47, 2 *p. 1086, 18; e coni. dub.*: LVCIL. 389 tonsillas ⌞quoque ⟨prae⟩validis⌟ in funibus aptas (⌞ ⌟ *vetus liber Dousae,* quoque ⟨quae⟩ validis *Marx,* quoquo v. *Bücheler*).]

i. q. admodum validus (*cf.* PRISC. gramm. III 50, 10 -us: valde validus. *in malam partem i. q. nimis validus v. imprimis p. 1086, 12. 54, cf. l. 53; pro syn. ponuntur e. g.* nimium fertilis VERG. georg. 2, 252, fortis AVG. loc. hept. 7, 23, potens VAL. MAX. 4, 7 pr., robustus FRONTIN. strat. 1, 10, 1 SALV. gub. 6, 78; *opp. e. g.* exilis COLVM. 2, 9, 14 FRONTIN. strat. 1, 10, 1 SVET. Vesp. 5, 2, imbecillus SALV. gub. 6, 78; *structuras collegimus infra sub 3b*): **1** *pertinet ad vim vitalem, robur corporis animantium bene valentium, fortium* (*serpentium veneno valentium* AVG.): VERG. georg. 2, 190 -as ... multoque fluentes ... Baccho vitis (*cf.* SVET. Vesp. 5, 2 *ramum quercus* primum exilem et cito arefactum ..., secundum -um ac prolixum). OV. epist. 9, 80 *Herculis* -ae fusos comminuere manus (VAL. MAX. 5, 3 ext. 3 p. 242, 11 CORIPP. Ioh. 6, 578. *cf.* PLIN. nat. 32, 7 quamvis -os lacertos torpescere). met. 3, 219 (*in canum catalogo*) -us ... Lacon et cursu fortis Aëllo (*cf. 211* valens). LIV. 3, 43, 4 *miles quidam* -us, pari viribus animo (*de ipsis hominibus ut*: 7, 5, 6 -um iuvenem et ... stolide ferocem viribus suis. VAL. MAX. 9, 13 ext. 4 servos. TAC. ann. 16, 9, 2 *Silanum* quamvis inermem, -um tamen). 30, 44, 8 -a corpora ab externis causis tuta videntur. MANIL. 5, 75 equorum -as vires (Ps. CATO dist. 4, 12 PRVD. psych. 524). FRONTIN. strat. 1, 10, 1 *Sertorius* adductis ... duobus equis, -o alteri, alteri admodum exili, duos admovit iuvenes ..., robustum et gracilem (*fere item* 4, 7, 6). AVG. c. Parm. 2, 22, 42 (*in imag.*) in parte Donati ... multum veneni *est* ex illis ... -is ... serpentibus, *sc. episcopis a concilio damnatis.* IVLIAN. in Am. 2, 9 l. 121 silvam ... longa iam aetate -am (*in imag. de gentibus*). VITA Caes. Arel. 2, 39 *quidam ita aeger,* ut etiam -a iuventute careret, ... ita sanatus est, ut ... robur pristinum ... rediret. *al. transfertur ad terram valde nutrientem, fertilem*: VERG. georg. 2, 253 nimium ne sit mihi fertilis illa *terra* nec se -am primis ostendat aristis. COLVM. 2, 9, 14 *hordeum* seritur ... terra ... vel -a vel exili (*postea*: pinguissimo agro, ... nimiis viribus).

2 *pertinet ad potentiam, quae nititur opibus, auctoritate publica sim. vel vi militari*: **a** *de civitatibus sim.*: LIV. 26, 16, 7 delendam *esse* ... urbem -am, *Capuam* (27, 39, 9 duas [*Romam et Carthaginem*]. 40, 47, 2 *Celtiberorum* [perv- *cod. Mogunt.*]. VAL. MAX. 3, 7, 2. PLIN. nat. 5, 4 *Lixum,* -am hanc u. maioremque Magna Carthagine). VAL. MAX. 3, 2, 6 *cum* Intercatia, -um oppidum, circumsederetur (RVFIN. hist. 4, 6, 3 [*gr. ὀχυρωτάτη*]). AVG. civ. 3, 18 p. 126, 13 *cum* populi ... duo -i (*Romani et Poeni, cf. l. 17*) impetus in alterutrum fortissimos et opulentissimos agerent.
b *de copiis*: VELL. 2, 69, 2 acceptis ... -is in Syria legionibus. FRONTIN. strat. 2, 4, 12 -o hostium equitatui. TAC. hist. 2, 28, 1 cohortes turbidas ac, si una forent, -as. HEGES. 4, 29, 2 p. 287, 21 cognoscit -am manum e diverso adfore ..., se contra nec viribus aequis nec numero pares posse decernere adversum validiores (PRVD. cath. 5, 46. AVG. loc. hept. 7, 23 *v. vol. VII 1, 1272, 37 sqq.* OROS. hist. 7, 32, 12). VVLG. Is. 31, 1 habentes fiduciam super quadrigis, quia multae sunt, et super equitibus, quia -i nimis. OROS. hist. 6, 8, 19 magno equitatu pedestribusque copiis -is (*cf. Caes. Gall. 3, 20, 3* quo plurimum valebant). **c** *exempla cetera*: TAC. hist. 2, 38, 1 modo turbulenti *erant* tribuni *plebis,* modo consules -i. 2, 52, 1 *victoria Bedriacensi* -is iam Vitellii partibus. ann. 3, 35, 2 avunculum esse Seiani Blaesum atque eo -um. 12, 60, 4 equitum Romanorum -a nomina referre. 15, 20, 1 -i provincialium et opibus nimiis ... elati. HIST. AVG. Avid. 1, 2 summum virum ... et apud ipsum Marcum -um. HEGES. 1, 14, 1 *Antipater* non tenuis pecuniae et ideo -ae potentiae (*cf. gr. 1, 123 ἰσχύος πρωτεύων*).

3 *vario respectu*: **a** *de rebus*: **α** *corporeis* (*sc. firmis, quae non franguntur, vel etiam efficacibus, vehementibus sim. [maxime l. 47 sq.]; de mole gravi non nisi dubia lectione* STAT. *p. 664, 27; in imag.* VAL. MAX.): VAL. MAX. 2, 2, 5 -um imperii nostri mucronem (*in imag. de more maiorum; cf. proprie de securi* ROMVL. fab. 64, 1 rec. vet., *de cuspide hastae*: CORIPP. Ioh. 2, 133 -o ... hastilia ferro). 4, 7 pr. amicitiae vinculum potens et -um neque ... sanguinis viribus inferius (*proprie de funibus fortasse iam* LVCIL. *p. 1085, 58*). CYPR. epist. 55, 28 carinam -is et electis roboribus intexe (*cf.* OROS. hist. 6, 8, 12 naves solido robore intextae cavernisque -is obduratae). SER. med. 509 qui -um fricto sale miscet acetum (*v. app. crit.*). CHIRON 725 id medicamentum -um est, optimum erit. ENNOD. carm. 2, 134, 4 aquis (2, 136, 4). CASSIOD. var. 1, 17, 1 *castelli* munitio ... efficitur -a, si *eqs.* **β** *incorporeis*: VAL. MAX. 2, 9, 6 p. 101, 11 quam ... constantis et -i illum ingenii fuisse, qui *eqs.* (*cf.* IVVENC. 4, 100 -o consistite robore cordis, ne mens ... iaceat). TAC. ann. 3, 25, 1 nec ideo (*sc. lata lege Papia Poppaea*) coniugia ... frequentabantur, -a orbitate. 3, 53, 2 -a et adulta vitia (*postea*: quibus flagitiis impares essemus). SVLP. VICT. rhet. 5 p. 315, 25 si ex altera parte -a sit causa, ex altera prorsus infirma. PAVL. PETRIC. Mart. 1, 197 *gentilium* error ... -a nimium viventes morte premebat *parentes Martini.* *determinatur structuris* (*cf. b*): FIRM. math. 3, 3, 23 maiora ... erunt haec mala et fortiori calamitate -a, si *eqs.* (*item c. abl.*: EVSEB. GALLIC. hom. 72, 12 Christi vineam, *sc. ecclesiam Arelatensem,* ... sacerdotum instructione -am). AVG. c. Faust. 16, 14 p. 454, 20 non valere ... hoc ad convincendum gentilem ... fateor; sed adversus vos ... satis esse idoneum ac -um. CASSIOD. in psalm. 105, 21 hoc (*sc. figura q. d. auxesis*) sive in laudibus sive in vituperationibus omnino -um est.

b *de animantibus* (*non nisi cum structuris indicantibus, qua [in] re quis valeat* [*apud quem v. supra l. 36; ceterum cf. l. 58*]): FIRM. math. 4, 22, 5 *quidam* erunt ... virtute animi, qualitate corporis et auctoritatis potestate -i (*cum abl. ut*: HIL. AREL. vita Honorat. 18 l. 12 fortissimos quosque et recenti adhuc conversatione -os in ieiuniis ... impar viribus pari lege comitatus est [*opp. l. 13* infirmos]. CASSIOD. var. 6, 3, 5 *praefecti praetorio* officium ... efficax, instructum et tota animi firmitate -um. *cf. l. 8. 34. 59*). SALV. gub. 6, 78 *quidam* ad vinum -issimi, ... robusti ad bibendum (*opp.* imbecilli, ... infirmi). CASSIOD. var. 10, 6, 4 in hac te cognovimus arte -um, ut *eqs.*

masc. plur. pro subst. v. l. 35. 69.

[Thome]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

adv. **praevalidē.** *i. q. modo praevalido*: PLIN. nat. 17, 109 *ne surculus inserendus nimis comprimatur, est* cavendum in -e accipientis *arboris* trunco. CORIPP. Ioh. 2, 151 -e ... pugnat eques. *Thome.*

praevallo, -āre. *a* prae *et* vallare. [*falsa var. l. pro* praevelare CLAVD. 22, 189. 28, 647 (*e coni. dub. p. 1098, 53*).] *i. q. ante vallare, vallo praemunire*: BELL. Alex. 19, 4 imperat pontem adversus hostem -ari et ... lapidibus ... obstrui.

[praevalus, *corruptum, v. p. 381, 23.*]

praevapōro, -ātum, -āre. *a* prae *et* vaporare. *i. q. ante vaporare, προπυριᾶν*: THEOD. PRISC. eup. faen. 8 (*praecedit*: quae *loca* ante ... vaporabis) *pulverem* -tis locis asperges ([vaporatis *var. l.*]. CASS. FEL. 71 p. 169, 18 locum -bis spongiis [-ti(u)s *codd.*]). CASS. FEL. 17 p. 25, 11 *cataplasma* inductum -tis partibus ex spongia sic appones (21 p. 35, 5 spongiis [28 p. 45, 10]. 34 p. 73, 24).

praevāricāns *v.* praevarico(r). *Bk.*

praevāricātio, -ōnis *f.* *a* praevaricari (*quod non ante Cic. legitur*). *gen. sing.* -us LEX agr. (CIL I^2 585) 38. *legitur non nisi in oratione soluta (sed v. l. 24), sc. in titulis inde a* LEGIBVS repetund. *et* agr., *apud auctores inde a* CIC. (*sexies*), CAEL. (*semel ut* SEN. *rhet.*, TAC.), QVINT. (*quater*), PLIN. epist. (*septies*), *maxime apud script. eccles., inter quos frequentant* AMBR. *et* AVG.; *abiit in sermonem iuris gr. forma προιβαριϰατίων.* [*in codd. confunditur cum* praevaricator CIC. part. 124. IORD. Get. 233 (*falso trad.* PAVL. dig. 47, 15, 6 TRACT. Pelag. 4, 13, 2 p. 91). *e coni. dub.* PS. CYPR. ad Novat. 14, 3 (*v. p. 1097, 8*). COMM. instr. 1, 36, 13.]

i. actio praevaricandi (GLOSS. II 335, 45 *ϰαθύφεσις*: -o. 417, 14 *προδοσία*: proditio, -o. GLOSS.^{L} II Philox. PR 182 -o: *ἡ ἀπόστασ[ε]ις, παράβασ[ε]ις*). *praevalet abl. instr.* -e, *cf.* -is causa *l. 37 et e. g.* QVODV. prom. 1, 14, 21, per -em VET. LAT. Rom. 2, 23 (cod. 75. *al.* = VVLG.). IREN. 4, 12, 1 l. 9 AMBR. in Luc. 7, 141 AVELL. 2, 30. *al., sim. al.; locutiones verbales pro* praevaricari *positae*: -em facere (fieri) VET. LAT. psalm. 100, 3 (Lucif. non conv. 7. *al.* = VVLG.). MAR. VICTORIN. rhet. 1, 21 p. 208, 29 HEGES. 2, 9, 1 p. 155, 24 AVG. grat. Christ. 8, 9. *al.*, committere AMBR. parad. 2, 11 AVG. civ. 20, 26 p. 474, 9, exercere *fort. p. 1088, 28; cf. fig. etym. sim. p. 1096, 68 sqq.*.

I *usu forensi respicitur proditio causae suae, sc. fere per collusionem cum parte adversa* (*ad rem v. p. 1093, 43 et definitiones l. 47 sqq.*):

A *strictius de collusione accusatoris cum reo*: **1** *forma* -is causa: LEX repetund. (CIL I^2 583) 5 quoius nomen -is c. delatum erit (75 [*suppl. ut* 82]). 55 ⟨qu⟩od -is c. factum non erit (56. agr. [CIL I^2 585] 38. Vrson. [CIL I^2 594] 123, 2 [*prave incisum*]. *iungitur cum* calumnia: LEX Iul. munic. [CIL I^2 593] 120 k(alumniae) -is c. accusasse fecisseve. EDICT. praet. dig. 3, 2, 1. VLP. dig. 48, 2, 4 -is calumniaeve c.). CAEL. Cic. fam. 8, 8, 2 -is ... causa[m] ... depositum *esse* HS *tot.* **2** *cetera exempla*: LEX repetund. (CIL I^2 583) 75 rubr. de -e (*suppl.* 82 rubr.). CIC. Cael. 24 Asicius iudicio est liberatus ...; 'at -e est ... liberatus' – perfacile est isti loco respondere (*cf. l. 54 nec non* QVINT. decl. 333, 3 *reum* -e dimissum). part. 124 si ... -em (-torem *var. l.*) accusator esse definiat omnem iudicii corruptelam ab reo, defensor autem ... tantummodo accusatoris corruptelam ab reo (*postea*: etiam si propius accedat ad consuetudinem mentemque sermonis defensoris definitio, tamen accusator sententia legis nitetur). *al.* SEN. contr. 9, 6, 19 (*accusator ad ream*) si hoc ante dixisses, potuisti -em pacisci. QVINT. inst. 7, 1, 31 sq. propositis ... ceteris remotis *unum superest* ..., ut ⟨in⟩ -um criminibus: (32) 'ut absolvatur reus, aut innocentia ipsius fit ... aut difficultate probationis aut -e; nocentem fuisse confiteris, ... nulla probandi difficultas fuit: quid superest nisi ut -o fuerit?' (PLIN. epist. 3, 9, 34 quod accusator eius *reae* -is crimine corruisset). PLIN. epist. 3, 9, 34 accusatore -is damnato (VLP. dig. 43, 29, 3, 13. *cf.* VENVL. dig. 47, 15, 5 accusator in -e convictus). *al.*

B *laxius de collusione inter quasvis partes in lite*: TAC. ann. 11, 5, 2 nec quicquam ... tam venale fuit quam advocatorum perfidia, adeo ut Samius ... quadringentis nummorum milibus Suillio datis et cognita -e ferro in domo eius incubuerit (*sunt qui ad A trahant, sed potius referas ad perfidiam patrocinii coll. 11, 5, 3* patres legem ... Cinciam flagitant, qua cavetur ..., ne quis ob causam orandam pecuniam ... accipiat). PLIN. epist. 1, 20, 2 quam *brevitatem* ego custodiendam esse confiteor, si causa permittat; alioqui -o est transire dicenda, -o etiam ... breviter attingere, quae sint inculcanda (*sim. de modis praevaricandi*: MAR. VICTORIN. rhet. 1, 21 p. 208, 29 [*de narratione*] -o duobus modis fit, si utilia nostrae causae cum obscuritate dicamus aut utilia adversariorum ... aperte proferamus). COD. Theod. 10, 15, 3 fidem cum veritate tueantur *advocati fisci,* ne ... conlusionis fraude vulgata ex eorum facultatibus recuperet, quidquid calliditate -is perdiderit *fiscus.* *al.*

II *usu vario* (*sc. fere christiano; gr. respondet παράβασις, nisi alia adnotavimus, cf.* GLOSS. *supra l. 27; vox* peccatum, *quae* VVLG. lev. 16, 16. *al. pro syn. est, saepius distinguitur, v. e. g. p. 1088, 72 sqq.*). *accedit adi.* perfida CYPR. unit. eccl. 5 (*cf.* mala GAVDENT. serm. 15, 13 AVG. c. adv. leg. 2, 7, 24, nefaria COD. Theod. 16, 5, 15, impia AVELL. 2, 32 [*al. ibid.*]. *al.*), propria FIRM. err. 25, 2 (*cf.* voluntaria AMBR. paenit. 1, 10, 45 TRACT. Pelag. 5, 3, 2 p. 117. *al.*, spontanea AVG. in Gal. 24, 6), mortifera LEO M. serm. 62, 3 (*cf.* letalis SALV. gub. 6, 31). *al.* *gen.* -is *pendet e subst. notionis similis*: iniquitas FILASTR. 120, 6 AVG. in psalm. 118, serm. 26, 7, culpa AMBR. Hel. 11, 40 TRACT. Pelag. 4, 13, 1 p. 91. *al.*, peccatum AVG. gen. ad litt. 11, 30 p. 363, 9 c. Pelag. 3, 4, 7 CASSIAN. conl. 17, 25, 15. *al., sim. al.* (*cf. vice versa p. 1089, 1. 19*).

A *nude vel cum variis struct.* (*sc. fere gen. subi., gen. inhaer. p. 1089, 1. 19*): **1** *strictius respicitur proditio causae suae, defectio sim.* (*sc. sublucente usu sub I illustrato; pars adversa, quacum colluditur, indicari vid. per praepos.* cum *l. 32* [*cf. l. 26*]): **a** *exempla varia*: **α** *praevaricantur homines*: CIC. div. 2, 91 id ipsum, quod ... Diogenes Chaldaeis quasi quadam -e concedit, nego posse intellegi. Ps. QVINT. decl. 14, 1 ne meretrici, *quae mihi odii potionem dedit,* prosit, ... quod -e (-em *var. l.*) videor explicatus *amore.* TERT. nat. 2, 14, 12 *cupiditate lucri Aesculapius* vivos ad mortem, non mortu⟨os rursus ad vitam⟩, -e venalis medicinae agebat. adv. Marc. 4, 8 p. 439, 23 *Christus Marcionis* cecidit et in aliam -is notam, cum se a daemoniis quasi filium creatoris sustineret timeri (*cf. Luc. 4, 41*). uxor. 2, 2 l. 4 consiliariorum (consiliorum *var. l.*) *nuptias cum gentili permittentium* -em. AMBR. hex. 6, 4, 17 *exerce* vocem tuam ... pro Christo ..., ne quasi mutus canis ... fidei custodiam quodam -is silentio deseruisse videaris. AVG. ord. 1, 2, 4 ne tuam causam deseras falsis voluptatibus inlectus, qua -e nihil turpius ... inveniri potest. *al.* *e coni. probabili*: EPIST. ad imp. Comm. (CIL VIII 10570) 2, 1 ⟨-em⟩, quam ... cum Allio Maximo adv⟨er⟩sario nostro ... in perniciem rationum tuarum ... exercuit *procurator* (*suppl. Mommsen*). **β** *praevaricantur res* (*sc. fere pro personis positae*): TERT. anim. 17, 9 *auruginosis* amara sunt omnia; num ergo gustui -em exprobrabis, an valetudini? (*ibid.* mendacium). idol. 20, 5 (*ad fidelem*) quid erit deieratio, si per eos *deos paganos fit,* quos eierasti, quam -o fidei cum idololatria? (*cf. Waszink–v. Winden ad l.; an ad p. 1089, 31?*). FILASTR. 109, 7 nomen idoli species doli et formae -o ... est nuncupatum. MACR. Sat. 5, 13, 30 victoriae -o significabatur *omine quodam.* *praevaricantur sidera sim., ut quodammodo accedere vid. respectus declinationis corporeae*: CLEM. ad Cor. 20, 3 sol et luna ... sine omni -e explicant iussos fines sibi (*gr. παρεχβάσεως* [*παραβ- var. l.*]). AMBR. in psalm. 118 serm. 12, 9, 2 numquid ulla in ipso est sole -o? nonne cotidianos cursus suos servat?

b *de apostasia (cf.* GLOSS. *p. 1087, 26) vel de haeresi*: VET. LAT. psalm. 100, 3 (Lucif. non conv. 7. *al.* = VVLG.) facientes -es odivi (*Hier. psalt. sec. Hebr.* declinationes). EPIST. pontif. 111 Cypr. epist. 49, 3 schismatici huius et haeretici (*sc. Novatiani*) dolum et -em (-e *var. l.*). AMBR. paenit. 1, 2, 5 communionem *negare his,* qui -e lapsi sint. HIER. in Ier. 5, 2, 12 post confessionem fidei -e (-em *var. l.*) mutatae *ficus* (*Ier. 24, 1 sqq., i. fideles*). tract. p. 557 l. 40 omni tempore sunt martyria, sunt et -es (*cf. p. 556 l. 22* negationes). COD. Theod. 16, 7, 3, 1 (*antea*: si quis defunctum ... desertae christianae religionis accusat) cuius *defuncti* -o criminanda est. AVELL. 2, 31 multos *episcopos* ... nullificari merito haereseos vel -is. 2, 44 communicavit *quidam* praevaricatoribus fidei non ignorans eorum -em. 2, 114 *falsi sacerdotes* non solum ob causam -is ... devitandi sunt, sed etiam quod ... proprias ... haereses vindicant. *al.*

c *de lapsu diaboli et angelorum rebellium*: RVFIN. Orig. in exod. 8, 2 p. 220, 21 exsecrabiles illos *angelos* fecit -o, non natura. AVG. in Gal. 24, 6 *angeli* nullo suadente spontanea -e ... lapsi sunt. in psalm. 103, serm. 3, 22 l. 59 bestias silvae (*103, 20*) significare daemonia et angelos -is (*sc. pro 'a. praevaricatores'; an ad b? sim. dubites de* VEREC. in cant. 2, 9 unicuique earum *doctrinarum haereticarum* -is [-um *Pitra*] angelum deputatum *esse* [*cf. 1, 5 l. 12* praevaricatores angelos]). Ps. AVG. quaest. test. 2, 2 diaboli apostasiam multos angelos ... secum in -e (-em *var. l.*) traxisse. 110, 2 in supernis ... coepta -o descendit ad terras (*sim.* 113, 7). CASSIAN. conl. 8, 9 causam ... ruinae seu -is diabolicae. *al.*

2 *laxius respiciuntur quaevis peccata, delicta* (*sc. quae fiunt fere transgrediendo mandatum sim.*): **a** *exempla varia*: VET. LAT. Rom. 4, 15 (cod. 75. *al.* = VVLG.) ubi ... non est lex, nec -o (*Tycon. reg. 3 p. 24, 12* transgressio). Hebr. 2, 2 (cod. 75, *sim. al. et* VVLG.) omnis -o et contumacia accepit iustam remunerationem. IREN. 3, 21, 8 (*ad exod. 7, 10*) Aegyptiorum -em, quae insurgebat adversus dei dispositionem. LVCIF. Athan. 2, 18 l. 20 cum ... tu sis reus -is, qui minime ..., prout tibi dedit mandata dei unicus filius, egeris (VVLG. Ios. 6, 18 AVG. grat. Christ. 8, 9. *al.*). AMBR. parad. 6, 30 qui non oboedivit erravit, quia -o peccatum est. AVG. civ. 13, 5 p. 562, 20 (*ad Rom. 7, 12 sq.*) -o additur *peccato,* cum ... etiam lex ipsa contemnitur (*cf.* c. Iulian. op. imperf. 2, 217, 1 [*ad Rom. 5, 20*] generibus peccatorum, quae ante legem fuerunt, etiam illud accessit, quod -o nuncupatur. SALV. gub. 4, 79 paganos ..., qui legem nesciant, sine -e peccare.

[Huyck]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sim. al.). CASSIAN. conl. 17, 30, 1 cum -e peccati (VEREC. in cant. 3, 2. *cf. l. 19*). *et saepe.* **b** *de peccato protoplastorum vel originali*: VET. LAT. Rom. 5, 14 (cod. 75. *al., sim. al. et* VVLG.) peccaverunt in similitudine -is Adae ([*Iren. 3, 18, 7* transgressionis]. AMBR. bon. mort. 10, 47. *al.*). I Tim. 2, 14 (*ibid., sim. al. et* VVLG.) Adam non est seductus, sed mulier seducta in -e fuit (*Hil. myst. 1, 3, 5. al.* transgressione). IREN. 3, 20, 1 l. 17 auctor -is (*de diabolo ut*: SACR. Leon. 1110 ille a. -is. Ps. BOETH. fid. cath. 132 -is primus a.). FILASTR. 117, 1 quod dominus pellicias tunicas post -em nostros parentes vestiri⟨t⟩ (120, 6 [*120, 3* p. transgressionem mandati]. AVG. in psalm. 101, serm. 1, 12 CASSIAN. conl. 5, 24, 2. *al.; cf.* ante -em: RVFIN. Adamant. 1, 17 AVG. pecc. orig. 4, 4. *al.*). AMBR. in Luc. 7, 141 per -em primi hominis (AMBROSIAST. in Rom. 6, 8, 1. AVG. civ. 13, 13 tit. primorum hominum. *al.*). Nab. 17, 73 primae -is laqueos (AVG. civ. 13, 13 p. 572, 20. *al.; cf.* LEO M. serm. 28, 3 aliquis ... originalis -is alienus atque innocens. 55, 3 antiquae -is [64, 2]. *sim. al.*). RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 214, 1 *serpens* omnem posteritatis eius *Evae* subolem contagio -is infecerat (LEO M. serm. 64, 2 sine c. [contagione *var. l.*] antiquae -is. *cf.* AVG. gen. ad litt. 10, 18 p. 320, 18 contagioni -is). BOETH. c. Eut. 5, 50 qui deciderat -e peccati (ISID. diff. 2, 34 p. sui -em. *item cum gen. inhaer.*: BOETH. c. Eut. 8, 36 delicti. VIGIL. THAPS. c. Eutych. 1, 9 transgressionis). *et saepius.*

B *accedit gen. obi. indicans potius*: **1** *quid quis contemnat, spernat sim.*: **a** *quaevis observanda*: VET. LAT. H Macc. 15, 10 (rec. L, *sim.* X, V, P) *Iudas* ostendens gentium fallaciam et iuramentorum -em (*rec. B et M* transgressionem/-es). CYPR. zel. 12 Christi nomen induere et non per Christi viam pergere quid aliud quam -o est divini nominis, quam desertio itineris salutaris? AMBR. Hel. 4, 7 prima, *sc. Adae et Evae,* poena de ieiunii -e dicente mandato dei: '...' (*gen. 2, 17*). Ps. AVG. quaest. test. 1, 3 nihil est malum nisi -o boni, dum inconcessa praesumuntur *eqs.* CHROMAT. in Matth. 22, 2, 2 ne ... diabolus ... reos nos apud deum constituat de fidei -e *in persecutione* (AVELL. 2, 41 sacrae f. *addas fort. p. 1088, 32*). CASSIAN. conl. 17, 8, 4 *non est* constantiae -o, sed temeritatis emendatio ..., quotiens sponsio vitiosa corrigitur. SALV. gub. 6, 35 *paganis spectacula celebrantibus* -o (-e *var. l.*) ... non erat sacramenti. VEREC. in cant. 7, 13 l. 14 foederis dei -em. *al.* **b** *leges, mandata sim.*: VET. LAT. Rom. 2, 23 (cod. 75. *al.* = VVLG.) qui in lege gloriaris, per -em legis deum inhonoras (AMBR. Hel. 4, 7. parad. 8, 39 divinae. *al.*). IREN. 5, 21, 2 l. 91 ea, quae fuerat in Adam, praecepti dei -o (ARNOB. IVN. ad Greg. 23 p. 438, 8. *cf.* CASSIAN. conl. 16, 6, 7 p. dominici). Ps. MAR. VICTORIN. phys. 13 *Adae fit* mali ... cognitio ex -e mandati ([*ibid.* praetereundo mandatum]. LVCIF. non parc. 3 l. 71. GAVDENT. serm. 15, 13 [*ibid.* mandatum non custodivit]. AMBR. parad. 12, 56 p. 315, 5 si quid ... vel addas vel detrahas *in mandato referendo,* -o quaedam videtur esse m. Ps. SVLP. SEV. epist. 2, 4 p. 229, 18 [*opp.* observatio]. *al.*). *al.*

2 *quid quis adulteret, pervertat, corrumpat* (*exempla potiora; cetera v. sub 1a*): TERT. adv. Marc. 1, 20 p. 316, 1 tu illam solius conversationis ... reprehensionem (*cf. Gal. 2, 11 sqq.*) suspectam vis haberi etiam de praedicationis erga deum -e (*cf. p. 315, 17* interversionem). CYPR. epist. 43, 3 ut gracilia fratrum corda ad letales laqueos -e veritatis averterent (hab. virg. 15 *mundus muliebris* inpugnatio est ... divini operis, -o est v. SACR. Leon. 289 [*sim.* 300] ut praedicationis apostolicae claritatem nulla ... subdola doctrina subvertat, nulla -o v. offuscet).

C *accedit praepos.*: adversum: VVLG. Ier. 29, 32 visitabo super Semeiam Neelamiten ..., ait dominus, quia -em locutus est a. dominum. ab: SALV. gub. 6, 31 in spectaculis ... apostatatio quaedam fidei est et a ... caelestibus sacramentis letalis -o. *Huyck.*

***praevāricātor,** -ōris *m.* *a* praevaricari. *de origine v. l. 74 sqq.* *scribitur* pre- AVX. Maximin. c. Ambr. fol. 305^{v}, 4. 307^{r}, 19 (*in cod. saec. V*^{1}). *syllaba* -va- *corripitur in versu neglegenter facto* CYPR. GALL. exod. 1160. *legitur paucis locis apud* CIC., CAEL., LABEONEM *p. 1093, 44,* PAVL. FEST., QVINT., PLIN. *min., saepius inde a* TERT. *apud script. eccles., inter quos frequentant* AMBR. *et* AVG.; *deest in poesi praeter* CYPR. GALL. *supra; abiit in sermonem iuris gr. forma* προαιβαριχάτωρ. [*in codd. confunditur cum* praedicator CYPR. epist. 67, 8 HIER. epist. 61, 1, 3. *al.,* praevaricatio CIC. part. 124 AMBR. exc. Sat. 2, 87. *al.* (*restituitur* PAVL. dig. 47, 15, 6), praevaricari (*sc. forma* -atur) LACT. inst. 6, 7, 5 (*falso trad.* HIER. hom. Orig. in Ezech. 4, 1 p. 316, 15).]

i. qui praevaricatur (*in appositione vergit in vim adi., e. g. p. 1090, 20. 48*): **I** *usu forensi* (*accedit gen. eius, cui -r favet p. 1090, 18, quod corrumpit p. 1090, 26*): **A** *testimonia potiora notionis, veriloquii* (*cf. p. 1093, 44.* GLOSS. *καθυφέτης. πλαστο[σ]κατήγορος*): CIC. part. 126 *-em definiens quidam* verbi ... vim ex contrario repetit quasi ⌞converso⌟ (ex vero *var. l.*) accusatore, cui contrarium est nomen -is, ... et ex nomine ipso, quod significat eum, qui in contrariis causis quasi varie (vare *Gesner*) positus esse videatur (*item in veriloquio*: VLP. dig. 3, 2, 4, 4 [*item* 47, 15, 1 pr.] -r ... est quasi varicator [variator *Stephanus sec. Schol. Basilic. 21, 2, 4*], qui diversam partem adiuvat prodita causa sua [*seq.* LABEO *p. 1093, 44 allatus*]. 50, 16, 212 a varicando [*an* variando *?*]. *cf. etiam l. 11*). PAVL. FEST. p. 226 -es a praetergrediendo sunt vocati. MARCIAN. dig. 48, 16, 1, 6 -em eum esse ..., qui colludit cum reo et translaticie munere accusandi defungitur, eo quod *eqs.* VLP. dig. 47, 15, 1, 1 is ... -r proprie dicitur, qui publico iudicio accusaverit; ceterum advocatus non proprie -r dicitur. 50, 16, 212 -es appellamus, qui causam adversariis suis donant et ex parte actoris in partem rei concedunt. ISID. orig. 10, 223 -r: malae fidei advocatus et qui vel in accusando nocitura vel in defendendo profutura praetereat *eqs.* (*affert Cic. frg. inc. K 34* quid enim tam praevarum?).

B *cetera exempla*: **1** *de accusatore*: CIC. div. in Caec. 58 utrum te perfidiosum an -em existimari mavis? (*sc. accusatione Verrem tibi familiarem aut prodis aut adiuvas; cf.* Ps. ASCON. div. in Caec. p. 185, 19 [*referuntur verba Caecilii*] quod ... illi *Verri* sit inimicus, quare -r esse non possit). Vatin. 3 quem -em esse ... iudicasses, ei te ... ad accusandum libros *Sestii* ... dedisse. Pis. 23 *templum obsessum* a coniuratorum reliquiis atque a Catilinae -e quondam, tum ultore (*sc. Clodio; ad rem cf. p. 1093, 55*). PLIN. epist. 3, 9, 30 est lege cautum, ut reus ante peragatur, tunc de -e quaeratur. 3, 9, 35. COD. Iust. 9, 9, 10 (*a. 225*) delictum accusatoris -is, *qui de crimine adulterii paciscitur. al.* **2** *de quavis parte in lite*: QVINT. inst. 12, 1, 24 (*de advocato*) proditorem, transfugam, -em donabimus oratoris illo sacro nomine? SERV. Aen. 6, 609 ('fraus innexa clienti') *intelleguntur* -es, qui patroni sunt clientium. SCHOL. Iuv. 10, 222 ('quot Basilus socios ... circumscripserit') advocatum ⟨dicit⟩ illo tempore -em. PHILIPP. in Iob rec. long. 24 p. 683^{B} -es negotiorum secretum quoddam ... requirunt, quando munera pro causis praevaricatis accipiunt (*de iudicibus, si conferas p. 683*^{A}).

II *usu vario* (*sc. fere christiano.* GLOSS. -r: *παραβάτης.* qui non obaudit monitum. GLOSS. II 417, 15 *προδότης*: proditor, -r. *haud raro convicii loco adhibetur, sc. maxime sub A1c*): **A** *nude ponitur*: **1** *strictius respicitur qui a parte sua deficit, proditor sim.* (*fere sublucet usus sub I illustratus*): **a** *de quibusvis -bus*: CIC. Phil. 2, 25 (*Antonius asserit* Caesarem meo consilio interfectum) vereor ..., ne ... -em mihi apposuisse videar, qui me non solum meis laudibus ornaret, sed etiam oneraret alienis. TERT. adv. Marc. 4, 7 p. 436, 5 *Christus est* -r iudicandus, si secundum eum (*sc. creatorem*), adversus quem venerat, docuit. CYPR. eleem. 19 -r ... et proditor pater es, nisi filiis tuis fideliter consulas. CLAVD. MAM. anim. 2, 9 p. 134, 11 *ut* non adversarius, verum -r subor[di]natus esse videaris, qui velut adsentante conludio feceris nos tuis admodum testibus vincere.

b *de diabolo et angelis rebellibus*: LACT. inst. 6, 7, 5 *viae perditionis* dux -r (-tur *cod. unus*) ac subdolus. HIER. in Ezech. 20, 8a l. 1022 draco in Iob volumine (*LXX 26, 13*) *ἀποστάτης,* -r et recedens appellatur (*sim.* 29, 3b l. 659). in Is. 8, 27, 1 l. 12 Belial, id est apostata, -r et absque iugo (*sim. explicatur vox* satan(as): nom. hebr. p. 81, 18 adversarius sive -r [*cf. e. g. ibid. p. 66, 5* a. sive transgressor]. ISID. orig. 8, 11, 19 transgressor, quia -r effectus *eqs.*). AVG. agon. 1, 1 quoniam sub illo *verbo dei* sunt omnes sancti angeli, multo magis sub illo sunt -es angeli, quorum diabolus princeps est (in Iob p. 516, 19 PROSP. resp. ad Vinc. 6 FVLG. RVSP. fid. 3, 33. *al.; sing. de diabolo solo*: AVG. in psalm. 23, 10). **c** *de apostatis vel haereticis* (*cf. l. 75 sqq.*): VET. LAT. Is. 30, 1 (Hier. *ad l.*) vae filii -es (*gr. ἀποστάται, cod. 177. al.* apostatae, *Cypr. epist. 59, 5. al. et Vulg.* desertores). HERM. Pal. vis. 1, 4, 2 gentibus et ⌞qui -es sunt⌟ (⌞ ⌟ *gr. ἀποστάταις, vulg.* refugis; *opp.* iustis). CYPR. epist. 67, 8 -um (praedic- *var. l.*) numerus vel proditorum, qui nunc in ecclesia contra ecclesiam surgere ... coeperunt (*item iuxta pon. e. g. l. 38. p. 1091, 69*). HIL. coll. antiar. p. 168, 1 *Liberius epistulam* scribens -bus Arrianis haereticis, qui in ... orthodoxum episcopum iniuste tulere sententiam. LVCIF. Athan. 1, 39 l. 3 (*iuxta*: deum derelinquentibus). non conv. 7 l. 1 cum superbis et -bus, *sc. Arianis,* ... quomodo esse possumus? FAVSTIN. trin. 7, 4 sine labe communionis haereticorum atque -um (*item iuxta ponuntur vel distinguuntur*: HIER. epist. 61, 1, 3 aut invitus subscripsisti et -r [praedic- *var. l.*] es, aut volens et h. AVELL. 2, 24 scripta contra h. et -es edidit *Hilarius. al.*). AMBR. epist. 10, 74, 7 (= epist. extra coll. 1a, 7) necesse erit ..., ut *comes episcopum coercens* aut -em aut martyrem faciat (*item opp.*: AVX. Maximin. c. Ambr. fol. 307^{r}, 19 ut quos desidera⟨bat⟩ *Satanas* -es f⟨ace⟩re et desertores, ... fierent m. et confessores. AVG. civ. 13, 5 p. 562, 25 c. Iulian. op. imperf. 6, 27. *cf. p. 1091, 32*). parad. 3, 17 *ad fluvium Tigrim* -r Istrahel captivus est ductus. Ps. AVG. spec. 33 tit. de -bus. MAX. TAVR. 76, 3 *Petrus* ante lacrimas -r extitit, post lacrimas pastor adsumptus est. GENNAD. vir. ill. 16 -es episcopos. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 88, 21 semet ipsum ab apostatis et -bus episcopum fuisse ordinatum. *al.*

2 *laxius respicitur qui quolibet modo delinquit, mandata transgreditur sim.*: **a** *de quibusvis -bus*: VET. LAT. psalm. 118, 119 (cod. 303. *al.*) -es aestimavi omnes peccatores terrae ([*alias vers. et gr. v. p. 1097,*

[Stirnemann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2]. *explicant, partim ad 1 trahentes, e. g.* HIL. in psalm. 118 samech 11 p. 493, 17 -es ..., qui susceptam fidem ... relinquunt. AMBR. in psalm. 118 serm. 15, 33, 1 recte -r dicitur, qui discedit a domino; ... sed non solus ille -r est, qui ... ad cultus transgreditur idolorum, sed etiam quicumque legis mandata non servat. AVG. in psalm. 118, serm. 25, 1 omnis ... -r peccator est ..., sed non omnis peccator -r est). Gal. 2, 18 (cod. 75. *al.* = VVLG.) si ..., quae destruxi, haec iterum aedifico, ⌞-em⌟ me constituo (⌞ ⌟ *sc. legis, cf. l. 43, sed ad 1 trahit* PELAG. *l. 73; gr. παραβάτην*). VVLG. II reg. 23, 6 -es ... quasi spinae evellentur universi. RVFIN. Orig. in Rom. 5, 1 p. 1017^{C} -bus ..., id est his, qui se ei *peccato* tota mente ... subiciunt (*opp.* iustos). AVG. in psalm. 100, 5 qui oderunt legem dei, qui audiunt illam et non faciunt, -es dicuntur. NOVELL. Iust. 7, 12 epil. omne ... auxilium (*i. apparitores*) hanc nostram legem ... servet et -es subdat poenis (*gr. παραβαίνοντας*). GREG. M. in Ezech. 1, 9, 25 qui recta praedicat, si auditur, iram irritati creatoris super -em populum placat. *al.* **b** *sing. de Adam vel plur. de utroque protoplasto* (*cf. de Eva p. 1092, 25*): PELAG. Aug. pecc. mer. 2, 30, 49 *non* -is transgressio plus nobis nocuit, quam ... redemptio profuit salvatoris. RVFIN. Orig. in Rom. 5, 1 p. 1018^{B} omnes qui ex Adam -e nati sunt (AVG. c. Iulian. op. imperf. 2, 185, 1. PROSP. in psalm. 118, 119 [*sec. Rom. 5, 14*] in similitudine -is A. *al.*). Ps. AVG. hypomn. 4, 7 l. 329 ut ... -um nos filios cognoscentes non gloriemur de nobis. LEO M. serm. 24, 3 terra ... carnis humanae, quae in primo fuerat -e maledicta (Ps. BOETH. fid. cath. 222). *al.*

B *accedit gen. (addidimus pron. poss. et praepos. l. 56) indicans*:

1 *quid -r contemnat, quem offendat, unde declinet, deficiat*: **a** *res observandas*: **α** *varias*: CAEL. Cic. fam. 8, 11, 1 *ne diebus comitialibus praetermissis* -r causae publicae existimaretur *tribunus plebis.* TERT. anim. 25, 2 Hicesius *medicus* et naturae et artis suae -r. paenit. 3, 10 nihil a conspectu eius *dei* remotum ...: dissimulator et -r perspicaciae suae non est. CYPR. epist. 69, 10 -es fidei atque ecclesiae proditores intus in ipsa ecclesia contra ecclesiam stare (FAVSTIN. trin. 7, 4. AVELL. 2, 31 sacrae f. *al.*). NOVATIAN. Cypr. epist. 30, 4 si in occasione martyrii -es euangelii esse voluissent. AMBR. hex. 4, 3, 11 umbra corpori adhaeret ..., adeo ut ... quasi naturalis iuris -r habeatur *pictor eam praetermittens.* CASSIAN. conl. 17, 8, 1 sponsionis suae, *sc. monasticae.* AVELL. 95, 22 vel -em vel contemptorem iudicii conpetentis ... a catholica ... communione secludi. SIDON. epist. 9, 12, 3 ne tu sis eatenus iustitiae -r, ut ... opineris *eqs. al.*

β *legem, mandatum sim.*: VET. LAT. II Macc. 13, 7 (recc. L, X, V) -em legis contigit mori ([*gr. παράνομον, aliter recc. cet.*]. Rom. 2, 25 [cod. 75. *al.* = VVLG.; *gr. παραβάτης. eadem fere* 2, 27]. LVCIF. Athan. 1, 29 l. 8. Ps. AMBR. mans. 42 p. 39^{C} observatores -esve divinae l. AVG. in psalm. 85, 19 l. 5 [*ad Vet. Lat. psalm. 85, 14* praetereuntes legem]. THEOD. MOPS. in Gal. 2, 18 p. 33, 8 -r l. dicor ..., cum ab ea recesisse videbor. *al.*). AMBR. parad. 6, 34 p. 291, 22 *Eva* non debuit ... coniugem proprium -em divini facere mandati (TRACT. Pelag. 4, 14, 3 p. 92 alicuius m. dominici. CHROMAT. serm. 31, 2 divini m. CASSIAN. inst. 2, 15, 2 contumaces aut -es mandatorum. *al.*). PELAG. frg. Migne suppl. 1, 1545 divini praecepti -es (AVG. civ. 21, 16 p. 520, 23 eius *p. legis. al.*). AVELL. 70, 3 -es mandatae sibi legationis. *al.*

b *deum vel quosvis homines, quibus fides, obsequium praestandum est*: LACT. inst. 2, 16, 9 veritatis inimici et -es dei (*sc. daemones, de quibus antea*: qui desciverunt a d. ministerio. *de haeretico*: CASSIAN. c. Nest. 7, 14, 1 non solum d., sed etiam testimoniorum ipsorum -r). CASSIAN. c. Nest. 6, 10, 2 quid facis in ecclesia catholica, catholicorum -r? (*nisi ad a*). AVELL. 95, 40 in eius *synodi Chalcedonensis* -e pellendo. *pro gen. ponuntur aliae struct.*: VET. LAT. psalm. 118, 158 (Aug. spec. 6 p. 43, 9, *sim.* HIER. psalt. sec. Hebr.) vidi ⌞-es tuos⌟ et maerebam, quia verbum tuum non custodierunt (⌞ ⌟ *gr. ἀσυνθετοῦντας, Psalt. Rom.* non servantes pactum, *cod. 421 et Vulg.* praevaricantes). DIDASC. apost. 4, 15 quanticu⟨m⟩que ... reges idololatr[e]ae et -es fuerunt a deo (*cf. Const. apost. 1, 6, 11 ἐξεπόρνευσαν ἀπὸ θεοῦ ἐν ἀποστασίᾳ αὐτῶν*). Ps. AVG. hypomn. 1, 2 l. 93 (*deus loq.*) mortem nolo ... peccatoris ..., sed ipse eam sibi, dum in me -r extitisset, invenit.

2 *quid -r pervertat, minuat* (*nisi quaedam ad 1 trahas; cf. supra p. 1090, 26*): TERT. adv. Marc. 1, 22 p. 320, 16 deum Marcionis ..., mali permissorem, iniuriae fautorem, ... benignitatis -em, quam non statim causae suae exhibuit. 1, 27 p. 328, 7 o deum *Marcionis* veritatis -em, sententiae suae circumscriptorem ([*de eodem*: 4, 43 p. 566, 22 auctor erroris et -r v.]. CYPR. epist. 73, 11 cur -es v., cur proditores unitatis existimus? sent. episc. 38 quidam nostri -es v. haereticis suffragantur [*cf. antea de haereticis*: hostes atque impugnatores v.]). CYPR. mortal. 20 spei nostrae et fidei -es sumus, ... si ficta, si fucata videntur esse, quae dicimus. PELAG. in Gal. 2, 18 (*v. supra l. 7*) ipse meae sententiae -r invenior (*Ps. Primas. p. 589^{B}* refragator). HIER. chron. a. Abr. 2170 se gulosum et -em philosophiae coarguebat *Crescens cynicus* (*inde* PROSP. chron. I p. 427, 657).

3 *quo -r pertineat* (*cf. p. 1090, 18 nec non* FACVND. fid. 7 Vigilii atque Pelagii Romanorum -um): VICT. TONN. chron. II p. 203, 554, 2 Primosi -is Carthaginis ecclesiae ([episcopi *add. cod. unus; cf. p. 202, 552, 1* damnavit, quae sunt synodaliter ... defensata]. GREG. M. epist. 9, 150 l. 2 Maximus Salonitanae e. -r [*de eodem 4, 20 tit.* praesumptori in Salona]).

f. ✕**praevāricātrix,** -īcis. *legitur inde ab* IREN., AMBR., *non nisi apud script. ecclesiasticos.*

1 *i. quae praevaricatur* (*praedicative l. 21. 30. 39. al., iuxta subst. sive per appositionem iuxta nomina propria e. g. l. 16 sq., sive attributive, ut vergat in vim adi., l. 13. 23 et passim; accedit gen. non nisi l. 25. 39*): **a** *de hominibus eorumve coetu* (*de diabolo l. 24*): IREN. 3, 17, 2 l. 43 Samaritanae illi -i, quae in uno viro non mansit (*cf. Ioh. 4, 7 sqq.*). AMBR. fug. saec. 6, 34 *Helias* fugiebat saecularem illecebram ... et impiae ac -is nationis sacrilegia. HIER. in Ezech. 14, 12 l. 597 plagae inducuntur super terram '-em' sive, ut septuaginta transtulerunt, 'peccatricem' (*cf. p. 1094, 35*). in Is. 5, 13, 3 l. 11 *Nabuchodonosor divino* imperio serviebat destruens -em Hierusalem. VVLG. Ier. 3, 7 -x soror eius (*sc. Israhel*) Iuda, *sc. idololatriam velut adulterium committens* (*sim.* 3, 8 -x I. soror eius. 3, 10. 3, 11 -is I. *cf.* HIER. *ad l.* 1, 55, 4 loquitur ... sub figura duarum sororum ... et priorem aversatricem, sequentem -em vocat; ... *altera* paulatim recessit a domino et idcirco -x dicitur). AVG. bapt. 3, 19, 26 (*ad Os. 2, 5*) de -e Iudaeorum gente (IVLIAN. in Os. 7, 8). civ. 20, 21 p. 461, 27 (*ad Is. 66, 24* virorum) *nemo* dicturus est -es feminas in illo supplicio non futuras. c. Faust. 14, 11 p. 412, 1 diabolus ..., -x creatura. c. Iulian. op. imperf. 6, 26 p. 1563 -i ... mandati (*de Eva ut*: Ps. FVLG. RVSP. serm. 44 p. 908^{D} *Adam* exsulem paradisi secum fecerat -x illa ... Eva. *sine auctoritate codd. legitur in edd. vet.* AMBR. in psalm. 36, 37 delictum superioris -is). EPIST. pontif. 611 Schwartz p. 43, 7 *Acacium damnavimus,* quia sit persona -x. *al.* **b** *de hominum partibus eorumve qualitatibus, natura sim.*: AMBR. parad. 2, 11 decepto ... sensu (*i. Eva*) -em ... mentem (*i. Adam*) asseruit *allegoricus interpres.* Ps. AMBR. laps. virg. 34 necesse est -em (peccatricem *ed. vet., v. app. crit.*) animam tartareis poenis ... tradi (AVG. gen. ad litt. 10, 17 p. 318, 13 ex traduce animae illius -is [*sc. Adae*] animas creari [*sim.* 10, 20 p. 324, 16; *cf. 10, 15 p. 314, 15* peccatrice]. Ps. THEOPHIL. in Luc. 5 Migne suppl. 3, 1314). AVG. epist. 157, 20 p. 470, 3 abundantia -is iniquitatis. c. Iulian. op. imperf. 3, 33, 2 -em naturam, quam noverat in radice, ... cum stirpe damnavit *deus* (Ps. PROSP. vocat. gent. 2, 24. *vix etiam* GENNAD. dogm. 52 [*sc. dubia auctoritate editum Migne 58 p. 1000^{A}*]). in psalm. 65, 14 agnosce te, infirmitas humana: accepisti legem, ut et -x legis esses. *al.* **c** *de rebus variis*: AVG. pecc. orig. 38, 43 quicquid etiam nondum erat natum, merito est in -e radice damnatum (*cf. l. 36 nec non* FERRAND. epist. 4, 10 *benedictus, qui* sine transgressione -is originis deus verus et homo perfectus apparuit). PETR. CHRYS. serm. 72ter, 5 mors -x facta (*de qua antea*: ipsum *Christum* pervadere praesumpsit).

2 *usu deflexo i. q. ad praevaricationem pertinens*: AMBR. epist. 10, 76, 17 (*antea*: factum *est,* ut a mandatis caelestibus deviaret *Adam*) -is conscientiae reus latere cupiebat. PROSP. c. coll. 10, 3 -is scientiae nuditatem, *sc. fide carentem.*

deriv.: praevaricatorius.

praevāricātōrius, -a, -um. *a* praevaricator. *i. q. ad praevaricatorem, praevaricationem pertinens*: IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 5, 20 vestra figmenta ..., qui id, *sc. concubitum,* -um, non naturale iuratis. EPIST. pontif. 701 Schwartz p. 15, 16 inferioris loci pontifices ... -a (-tori *codd. plerique*) absolutione potioris non illum penitus exuerunt, sed se praevaricatione potius nexuerunt (*ibid.* l. 18 -a a. rei reum absolvere. *opp. l. 10* legitima ... a.).

praevāricātrix *v.* praevaricator.

praevāricātum, 1. praevāricātus *v.* praevarico(r).

*?***2. praevāricātus,** -ūs *v. p. 1097, 24.* *Stirnemann.*

✕**praevāricor,** -ātus sum, -ārī *et* praevārico, -āvī, -ātum, -āre. *a* prae *et* varicare. NOT. Tir. 81, 8 -at.

de genere: 1) depon. occurrit passim inde a CIC. (*formis tam depon. quam act. utitur e. g.* AVG.), *testantur* CHAR. gramm. p. 465, 27. 479, 30 sq. CLEDON. gramm. V 56, 19. *2) formae act.* (*neglectis nimirum part. praes. et fut. nec non gerund.; testatur* PRISC. gramm. II 396, 18 *afferens inter verba, quae* ancipiti terminatione in una eademque significatione protulerunt antiqui): *a) in stirpe praes.*: TERT. fug. 7, 1 -are ([-ari *var. l.*]. VET. LAT. num. 22, 18 [Aug. quaest. hept. 4, 48]. Ps. SEN. epist. Paul. 7 [-ari *al. var. ll.*]. HIPPOCR. vict. 1, 24, 1. *al.*). VET. LAT. deut. 11, 16 (cod. 100) -etis (Ps. AVG. quaest. test. app. nov. 75, 3). III Esdr. 1, 16 -ret ([-retur *ed. Clement.*]. Ps. ORIG. in Iob 2 p. 477^{D}). HERM. Pal. vis. 3, 7, 2 -ant (THEOD. MOPS. in Gal. 6, 13 p. 108, 3; -at: SERM. Arian. frg. 17 fol. 198, 45 AVG. epist. 157, 15 p. 464, 10. NOT. Tir. *l. 61*; -o: GLOSS.). HEGES. 3, 17 p. 219, 17 -bo (*in var. l., v. ed. p. 422*). *b) in stirpe perf. longiore*: VET. LAT. exod. 32, 8 (cod. 100) -verunt (Os. 8, 1 [cod. 175]. CANON. Turner I 1 p. 129 rec. IV *et*

[Sinclair]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 210 rec. V. *al., cf. l. 6*; -vit: AMBROSIAST. in Rom. 5, 12, 2a [-tus est *cod. unus*]. 5, 14, 2 TRACT. Pelag. 1, 1 p. 6. *al.*; -vi: PELAG. in Rom. 7, 10 p. 57, 12 Ps. ORIG. in Iob 2 p. 475[D]). ANON. in Rom. 24A -verint (CONC. Araus. a. 441 p. 93 tit. Hisp. 28; -verim: Ps. CHRYSOST. hom. II 1196[A] [p. 97, 12 McK.; -tus sim *al. var. ll.*]), *in stirpe breviore*: VET. LAT. Ezech. 16, 59 (Somn. Neron. 7, 3) -asti. AVG. epist. 157, 15 -arunt (*sed ibid. et* -verunt [-arunt, -ti sunt *edd. vet.*]). AVG. epist. 157, 15 -assent (-asset: Ps. AVG. quaest. test. 123, 4. EPIPHAN. in euang. 18 p. 13, 11 [-tus esset *cod. unus p. corr.*]). CASSIOD. compl. in Rom. 5, 1 -asse (Ps. CHRYSOST. hom. II 1197[B] [p. 101, 14 McK.; praevaricatorem ... esse *var. l.*]). *3) formae notionis pass. (praeter gerund.): p. p. p.* -tus VET. LAT. act. 10, 46 (cod. 5). FILASTR. 115, 3 AVG. fid. et op. 14, 21 PASS. Montan. 2, 1. *al., inf.* -ari NOVELL. Iust. 6 epil. pr. *et ibid.* epil. 2, *ceterum* -etur PELAG. in Rom. 4, 15 p. 39, 15 NOVELL. Iust. 94, 2; *vix etiam* -atur *p. 1096, 59.*

praevărĭ- *invenitur in initio hexametri* VEN. FORT. carm. 9, 2, 7. *legitur inde a* CIC., ASCON., PLIN. *utroque,* TAC., QVINT., AVR., FRONTONE, TERT., *maxime apud scriptores eccles. (de Labeone v. l. 44); deest in versibus praeter* VEN. FORT.; *abiit in sermonem iuris gr. forma* πραιβαρικατεύειν. [*confunditur in codd. cum* praevaricatio AMBR. epist. 10, 74, 7. Hel. 4, 7 (*bis*); *restit.* -atur *pro* praevaricator HIER. hom. Orig. in Ezech. 4, 1 p. 361, 16 (*cf. l. 10*); *vertitur sec. falsam var. l. gr.* παρῆσαν (*vel* παρέβησαν) VET. LAT. I Macc. 11, 63 (rec. L. *al.*) -ti sunt ... in Cedes (*v. Lundström, Lex. errorum interpretum Lat., 1983, 136*).]

i. (ante) varicare, sc. cruribus distentis stare vel incedere (*cf.* GLOSS. -at: διασκελίζει. divaricat); *sed fort. iam antiquitus inhaeret respectus modo pravo ingrediendi, a via recta declinandi, qui in exemplis haud raro latere vid., ut usu utique translato significetur sive intrans. i. q. (clam vel fraudulenter) parti contrariae inservire, officium deserere, delinquere sim., sive trans. i. q. prodere, transgredi, pervertere sim.* (GLOSS. καθυφίημι. νοσφίζομαι. apostatare: retro ire, -are. GLOSS. II 417, 10 προδίδωμι: prodo, -o); *vis praeverbii evanuit vel parum dilucida est, sed sunt qui saltem l. 52 sqq. vim temporalem agnoscant* (*ita ut praevaricatione cognitio anticipetur vel vera accusatio praeveniatur*). *vocem primitus t. t. rei rusticae fuisse testatur* PLIN. nat. 18, 179 arator nisi incurvus -atur; inde tralatum hoc crimen in forum; ibi utique (ubique *trad., corr. Gelenius*) caveatur, ubi inventum est. *vis praeverbii autem hoc loco tam obscura est quam in usu cetero, quem dicit derivatum, et de ipsa re ambigitur* (*sunt qui ad vitium crurum referant, sed fort. potius de declinatione cogites coll.* delirare *et Catone agr. 61, 1* sulco vario ne ares). *fig. etym. aliasque iuncturas abundantes collegimus p. 1096, 68.*

I *intransitive*: **A** *usu forensi -antur qui causam suam produnt, cum adversario colludunt*: **1** *testimonia notionis potiora* (GLOSS. προδίδωμι δίκην [*cf. l. 29 sq.*]. *ad rem v. etiam* PLIN. *l. 33 nec non* Levy, *Zeitschr. Sav. Stift., Rom. Abt., 53, 1933, 177 sqq. et* Wesenberg, *RE XXII 2, 1680 sqq.*): VLP. dig. 3, 2, 4, 4 nomen *praevaricatoris* Labeo a varia certatione (varicacione, varia ratione *var. ll.*) tractum ait, nam qui -atur, ex utraque parte constitit, quin immo ex adversa (*sim. loco gemino* 47, 15, 1 pr.). 47, 15, 1, 1 (*rubr.* de praevaricatione) sive privato iudicio sive publico -tus sit *advocatus,* ⌞hoc est prodiderit causam⌟ (⌞ ⌟ *interpol. susp. Lenel*). MARCIAN. dig. 48, 16, 1, 1 -ari *est* vera crimina abscondere (*opp.* falsa crimina intendere; ab accusatione desistere).

2 *cetera exempla*: **a** *absolute*: **α** *strictius respicitur collusio accusatoris cum reo* (*cf. quae l. 31 sq. adnotavimus*): CIC. Cluent. 87 *non poterat* sine ignominia calumniae relinquere accusationem Cluentius; an ut -retur? nam id quoque ad corrumpendum iudicium pertinet. har. resp. 42 *Clodius* a Catilina *repetundarum reo* pecuniam accepit, ut turpissime -retur (*ad rem cf. p. 1090, 18 et* ASCON. tog. cand. p. 68, 3 ita ... iudicio est absolutus Catilina, ut Clodius infamis fuerit -tus esse[t]). Att. 4, 18, 1 quem *accusatorem* fremunt omnes -tum. QVINT. decl. 333, 3 (*them.*: egit pauper, non tenuit) illum damnabunt *iudices,* quod -tus sit (*ibid. iterum*). TAC. ann. 14, 41 *damnatur quidam,* quod reos, ne apud praefectum urbis arguerentur, ad praetorem detulisset ... -ando ultionem elusurus (*postea*: qui talem operam emptitasset vendidissetve). MARCIAN. dig. 48, 16, 1 pr. accusatorum temeritas tribus modis detegitur ...: aut enim calumniantur aut -antur aut tergiversantur (*seq. definitio l. 49*). Ps. ASCON. div. in Caec. p. 190, 17 (*ad 13* videto, ne nimium familiariter inimicitias *cum Verre* exercere videare) hoc est ne inimicum fingas, ut -are (-ari *ed. priores*) possis. **β** *laxius respicitur collusio inter quasvis partes in lite*: QVINT. inst. 9, 2, 87 neque oratoris puto esse umquam -ari neque litem intellego, in qua pars utraque idem velit. decl. 388, 28 (*them.*: adulescentem ... apud venaliciarium repertum iudicio asserens evicit *libertus*) dedit ... pecuniam venaliciario, ut -retur. Ps. QVINT. decl. 3, 6 (*se ipse defendit quidam*) -andum mihi est, si pudorem habeo. PLIN. epist. 3, 9, 29 e testibus quidam ... inquisitorem reum postulavit, tamquam in causa *priore quadam* ... -retur. VLP. dig. 47, 15, 2 hodie is, qui -ti sunt, poena iniungitur extraordinaria. COD. Iust. 2, 7, 1 (*a. 213*) si patronum causae -tum putas et impleveris accusationem (*ibid.* si non docueris -tum. CYPR. ad Donat. 10 quis ... vero subveniat? patronus? sed -atur et decipit; iudex? sed sententiam vendit). MACER dig. 47, 15, 3, 2 nec interest, publico an privato iudicio -tus dicatur *advocatus* (*cf. p. 1093, 47 sq.*).

b *accedit dat.* (*sc. commodi potius quam incommodi praeter l. 12*): CIC. Cluent. 58 *patronus* ad ea, quae erant in causa, addebat etiam ipse nova quaedam vulnera, ut ... non defendere, sed -ari ⌞accusationi⌟ videretur (⌞ ⌟ *om. codd. aliquot*). *testimonia gramm. et gloss.*: DIOM. gramm. I 313, 21 -or obnoxio. DOSITH. gramm. 63, 1 -or reo (*sim.* GLOSS.[L] II Philox. PR 178 -or reo: κατυφίημι [*pro* καθ-] τοῦ ὑπευθύνου). IDIOM. cas. gramm. IV 567, 26 -or tibi καθυφίημί σοι, προδίδωμί σοι (*dat. incomm. vid. intellegere* GLOSS. -or t.: νοσφίζομαί σε).

B *usu vario* (*sc. fere christiano; intercedit gr.* παραβαίνειν [GLOSS.], *quod infra respondere scias, nisi alia adnotavimus*): **1** *absolute* (*cum struct. praepos. laxius conexa l. 62. al.*): **a** *strictius -antur qui a parte sua deficiunt, sibi non constant sim.*: **α** *exempla varia potiora, sc. sublucente fere usu sub A illustrato* (*cetera v. sub b*): AVR. Fronto p. 5, 23 (*accusat somnum antea laudatum a Frontone*) accipe nunc tu paucula contra somnum pro insomnia; quamquam, puto, -or, qui adsiduo ... somno adsum neque eum desero neque ⟨sino⟩ deserat (*respondet* FRONTO p. 8, 18 elegantissime -ari te ais). TERT. anim. 1, 6 (*comparatur sapientia christiana cum Socratica*) haec sapientia ... deos ... saeculi negare liberior, quae nullum Aesculapio gallinaceum reddi iubens -etur. virg. vel. 8, 7 (*ad I Cor. 11, 4 sqq.*) cur ex parte definitionem apostoli agnoscimus absolutam circa omnem virum, ... ex parte autem -amur, aeque absoluta ea circa omnem mulierem? (*nisi trans. ad IIA1*). CYPR. zel. 6 zelo excaecante sensus nostros ... inflat superbia, exacerbat saevitia, perfidia -atur *eqs.* **β** *respicitur apostasia*: VET. LAT. deut. 11, 16 (cod. 100) ne ... -etis et deserviatis d[a]eis alienis (Aug. loc. hept. 5, 33 -emini, *Vulg.* recedatis a domino). Is. 63, 8 (Hier. Didym. spir. 43; *deus loq.*) nonne populus meus filii? et non -buntur (*gr.* ἀθετήσωσι, *Vulg.* negantes). AMBR. epist. 10, 74, 7 (*sim.* epist. extra coll. 1a, 7) aut -ari (-atio *cod. unus*) ... aut subire martyrium, *sc. ut in persecutione.* VVLG. II par. 36, 14 principes sacerdotum ... -ti sunt inique iuxta universas abominationes gentium et polluerunt domum domini. Ezech. 14, 13 (*loq. deus*) terra cum peccaverit mihi, ut -etur -ans. CANON. Turner I 1 p. 129 rec. IV (*sim.* p. 210 rec. V) de his, qui -verunt ... nemine cogente (p. 128 rec. I. *al.* -ti sunt). Arel. 10 de his, qui in persecutione -ti sunt, si voluntarie fidem negaverunt, hoc ... synodus statuit. *al.* **γ** *respicitur lapsus diaboli et angelorum rebellium* (*cf. l. 58. p. 1095, 38 nec non p. 1090, 45*): HIER. hom. Orig. in Ezech. 4, 1 p. 361, 16 *et* 19 sicut et angelus -atur (-tor *trad.*) – ... (*affertur Iudas 6*) – quomodo ergo et angeli -antur et alii sunt, qui dei praecepta custodiunt. RVFIN. Orig. princ. 1, 5, 5 p. 77, 9 erat etiam iste *diabolus* lux aliquando, antequam -retur et caderet in hunc locum *terrenum.*

b *laxius -antur qui quovis modo delinquunt, mandata transgrediuntur sim.* (*cf.* CASSIOD. in psalm. 118, 119 [*v. p. 1097, 2*] -ari ... non est nisi legem transgredi constitutam): **α** *exempla varia*: VET. LAT. num. 5, 12 (Aug. loc. hept. 4, 8) si -ta fuerit uxor ([*Vulg.* erraverit]. *sc. adulterio ut*: ZENO 1, 1, 14 qui -tus fuerit e duobus *coniugibus*). Is. 21, 2 (Hier. *ad l.*) praevaricator -atur et iniquus inique agit (*gr.* ἀθετεῖ, *Vulg.* infideliter agit). Rom. 5, 14 (Mar. Merc. Conc.[S] I 5 p. 67, 25) regnavit mors ... etiam in eos, qui non -verunt in similitudinem praevaricationis Adae (*cod. 75. al. et Vulg.* peccaverunt, *77 et 78* in non peccantes *sec. gr.* τοὺς μὴ ἁμαρτήσαντας). ARNOB. nat. 2, 42 idcirco animas misit *deus,* ut ... sollicitarent abigerent -rentur et proderent? AMBR. Hel. 4, 7 (*affertur gen. 2, 17*) eo usque ... nemo -ari noverat. parad. 14, 72 p. 330, 22 -ta utique in patribus generatio hominum salva per filios. AVG. gen. ad litt. 11, 19 p. 352, 6 cadunt a iustitia fidei etiam homines simili superbia -ti *ac diabolus.* IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 2, 187 (*ad Rom. 5, 14*) Iudaeos sub lege peccantes similiter ut Adam -tos fuisse. Ps. AVG. quaest. test. app. nov. 75, 3 (*ad Rom. 4, 15*) legem Iudaeorum servantes necesse est ut -etis. HIPPOCR. vict. 1, 24, 1 studium litterarum ... tale est: docent (-ens *cod.*) -are penes leges (*gr.* παρανομεῖν κατὰ νόμον). CONC. Araus. a. 441 p. 92 tit. codd. AR 27 in utroque sexu si ⌞profess(a)e castitatis⌟ -verunt (⌞ ⌟ *gen. qual. pro subi.; cf.* p. 93 tit. Hisp. 28 de his qui professi sunt castitatem si -verint. *in eadem re*: LEO M. epist. 167, 15. CANON. Turner II p. 104 rec. IV quotquot virginitatem polliciti -ti sunt professione contempta, inter digamos ... haberi debebunt). *al. pass. impers.*: NOVELL. Iust. 6 epil. 2 (*in additamento, quod gr. deest*) si ... -ari videntes non denuntiaverint *iudices.*

β *respicitur peccatum protoplastorum vel originale*: AMBR. Hel. 4, 9 opertus erat Adam virtutum velamine, priusquam -retur. parad. 6, 32 *Eva* scivit utique malum esse -ari et ideo iuste -ta damnatur. AMBROSIAST. in Rom. 5, 14, 2 -vit ... putans se hominem futurum deum. ANON. in Rom. 40A (*ad Rom. 5, 12*) ostendit apostolus, quemadmodum uno Adam -ante peccatum in hunc mundum ingressum sit cunctis. RVFIN. Adamant. 3, 2

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

serpentem ... ⌞Evam ad -andum persuasisse⌟ (⌞ ⌟ *gr. ὑποβάλλειν τῇ Εὔᾳ*). TRACT. Pelag. 1, 1 p. 6 Adam semel -vit et mortuus est (*p. 7* mandati praevaricator exstiterat). Ps. AVG. hypomn. 5, 4 l. 190 -antis vitio protoplasti. quaest. test. 112, 8 -ando Adam genus hominum obnoxium fecit peccato. OROS. apol. 26, 5 -ante homine terra maledicitur. PROSP. c. coll. 13, 1 solus Adam -tus est et in peccato eius nemo peccavit. VEN. FORT. carm. 9, 2, 7 -ando duo probro damnantur acerbo. *et saepe.*

2 *accedunt determinationes indicantes*: **a** *auctoritatem (officium l. 29) neglectam*: **α** *contra quam delinquatur*: in c. *acc.*: TERT. apol. 2, 17 *qui in inquisitione Christianum negare iubes,* -aris in leges: vis ut neget se nocentem, ut eum facias innocentem (Ps. PRIMAS. in Rom. p. 423[B]). VET. LAT. Sirach 7, 20 noli -ari (-are *var. l.*) ⌞in amicum⌟ pecunia differenti (*gr. male resp., v. ed. Beuron. ad l.*; ⌞ ⌟ amicum, in amico *var. ll.*). Is. 66, 24 (Aug. civ. 20, 21, *sim.* VVLG.) qui -ti sunt in me (*sc. deum aut deo ut*: VVLG. Ier. 5, 11 praevaricatione ... -ta est in me domus Israhel [*pendet* HIER. in Ier. 1, 97, 3 in eum *dominum*]. *sim. al.*). HIER. in Ier. 1, 97, 3 quod -ta sit in deum domus Israhel (VVLG. I Esdr. 10, 2 nostrum. *al.*). AVELL. 2, 32 *Osius episcopus* dat manus impietati et ... -atur in fidem. in *c. abl.* (*sc. pro acc., nisi ad γ. cf. l. 13. 15*): VVLG. num. 31, 16 (*Moses ad populum*) *mulieres Madianitarum* -ari vos fecerunt in domino super peccato Phogor (Os. 5, 7 *Israhelitae* in d. -ti sunt, quia filios alienos genuerunt). II Esdr. 13, 27 in deo. *aliis praepos.*: VVLG. deut. 32, 51 (*deus ad Mosen*) morere in monte *Nebo* ..., quia *tu et frater tuus* -ti estis contra me in medio filiorum Israhel. EVSEB. EMES. serm. 20, 8 (*antea: Esau* non servavit pactum fraternitatis ad populum *Israhel*) quia ergo -vit conscientia ad fratrem, et erexit iudicem adversus se. **β** *unde declinetur*: de: VET. LAT. exod. 32, 8 (cod. 100; *deus ad Mosen*) *Israhelitae* -verunt ... de via, qua praeceperas eis (Ps. Philo antiq. 12, 4 -tus est vias meas, *Vulg.* recesserunt ... de via). act. 1, 25 (cod. 50, *sim.* VVLG.) de quo *apostolatu* -tus est Iudas ire in locum suum (cod. 51 a quo -tus est, *codd. 6 et 54* a quo transgressus (est)). HIER. tract. in psalm. I p. 177 l. 60 Iudaei ..., si quis -tus fuerit de lege, interficiunt eum. ab: VET. LAT. II Macc. 7, 2 (rec. L *et* X) a patriis legibus -ari ([V *v. p. 1096, 9, B al.* transgredi]. SALV. gub. 4, 95 [*ibid. e. g.* contemnunt; spernere]). HERM. Pal. vis. 3, 7, 2 qui -ant a deo vivo ([*gr. οἱ ... ἀποστάντες, vulg. 3, 7* qui abscesserunt]. VEREC. in cant. 2, 33 l. 34 [*in deut. 32, 32*] ex vinea Gomorraeorum est vitis praevaricationis, ex qua sunt principes -ti a deo. *cf. ibid.* 5, 3 l. 35 quidam angeli -ti ab eo *creatore*). HIL. coll. antiar. p. 85, 20 tit. gesta, ubi -ti sunt episcopi legati a fide vera. AMBROSIAST. in Rom. 5, 14, 3a rec. *γ* ad hoc factum hominem ..., ut imperium unius dei praedicaret, ⌞a quo⌟ -tus est satanas (⌞ ⌟ quod rec. *β, deest α*). *al.* **γ** *cuius respectu quis peccet* (*cf. l. 19*): Ps. HIER. in Rom. 43 per quam *legem naturalem* -tus est Cain.

b *ipsum peccatum*: **α** in *c. abl.* (*cf.* super *l. 20*): Ps. PHILO antiq. 24, 4 (*Iosue moriens loq.*) iam video ... transgressionem populi huius, in ⌞quo⌟ incipient -ari (⌞ ⌟ *nisi* qua *conicias coll.* VVLG. Ezech. 18, 31 proicite a vobis omnes praevaricationes vestras, in quibus -ti estis. HESYCH. in lev. 4, 22 p. 829[B] in quolibet. 5, 1 p. 839[A] ea, in quibus -tus est *peccator*). **β** *abl. nudo*: VVLG. Ezech. 18, 24 in praevaricatione, qua -tus est, et in peccato suo, quod peccavit *quidam.* **γ** *obi. acc. int.* (*cf. δ*): VVLG. Ezech. 39, 26 (*deus loq.*) praevaricationem, quam (qua *var. l.*) -ti sunt in me. **δ** *inf. fin.* (*vel pro obi. int.; aliter adhibetur l. 30*): HESYCH. in lev. 5, 1 p. 839[D] eos, qui frequenter egerunt paenitentiam et -ti sunt Christum iniuriare, qui eam concessit.

II *transitive c. obi. acc. (supplendo p. 1096, 64, obi. int. v. l. 49) eius*: **A** *quod (qui) -ando contemnitur, respuitur, non servatur*: **1** *varia, sc. fere observanda* (*communio fidelium l. 60*): TERT. patient. 9, 4 impatientia, *i. desiderium moriendi,* ... male ominatur et fidem ⌞-atur⌟ et Christum laedimus, cum *eqs.* ([⌞ ⌟ *om. cod. unus*]. AVELL. 2, 32 [*opp.* vindicans; *cf. 2, 42* violaverat]). VET. LAT. psalm. 72, 15 (Hier. epist. 23, 1, 1. *al.*) ecce generationem filiorum tuorum -tus sum (*gr. ἠσυνθέτηκα, Aug. in psalm. 72, 21 = Vulg.* reprobavi, *Hier. psalt. sec. Hebr.* reliqui. *explicat* HIER. in psalm. incipio a filiis tuis alienus fieri). III Esdr. 1, 16 suum vicem (*loco gemino Vulg. II par. 35, 15* discederent). AMBR. virginit. 2, 6 -andae metum ... sponsionis (*ibid.* -andum ... promissum). Ps. AMBR. act. Seb. 16, 56 principes sacra sua -ta puniunt. VVLG. lev. 5, 15 anima si -ans caerimonias per errorem ... peccaverit. SERM. Arian. frg. 17 fol. 198, 45 qui ... dicit C(h)r(istu)m quod non est, -at notitiam eius qui est. TRACT. Pelag. 6, 15, 4 p. 158 Abraham numquam ieiunavit; nec tu ... ieiunare debebis, cui indictum peccatum sit -are ieiunium. Ps. AVG. quaest. test. 109, 13 qui -atur eam *iustitiam,* reus fit dei iudicio. HESYCH. in lev. 5, 1 p. 838[D] paenitentiam saepe peccando -ti sunt (*p. 838[C]* deliquit in paenitentiam). CONC.[S] II 3, 1 p. 71, 3 -tus es, quod bonum est, et fidem sprevisti? *al.* *singulariter pro obi. est res sumi vetita, sc. quae non intacta relinquitur*: VEN. FORT. expos. symb. 22 felle ... potatur *Christus crucifixus,* ut amaritudinem -ti pomi et nimis acidi amputaret.

2 *leges, mandata sim.* (*ipse legis lator l. 25*): **a** *divina vel ecclesiastica*: VET. LAT. exod. 32, 8 (Ps. Philo antiq. 12, 4; *deus ad Mosen*) *Israhel* -tus est vias meas, quas praecepi eis (*cf. p. 1095, 27 sqq.*). num. 22, 18 (Aug. quaest. hept. 4, 48) non potero -are verbum domini ([*cod. 100* praeterire, *Vulg.* immutare]. IREN. 5, 19, 1. VVLG. I reg. 15, 24 sermonem domini et v. *Samuhelis*). Ezech. 16, 59 (cod. 175, *sim.* Somn. Neron. 7, 3; *deus ad Hierusalem*) sprevisti haec -ando testamentum meum ([*Vulg.* irritum faceres]. 17, 15 [Hier. hom. Orig. in Ezech. 12, 3 p. 437, 27; *Vulg.* dissolvit]. *al.*). II Macc. 7, 2 (rec. V) parati sumus mori magis quam patrias dei leges -ari ([-are *var. l.; cf. p. 1095, 33*]. HEGES. 4, 4, 3 l. patriam *Iudaeorum.* HIER. hom. Orig. in Ezech. 12, 1 p. 434, 5 l. dei. ANON. in Rom. 26A utrasque *l. naturalem et Mosis. al.; cf. l. 30*). PHILO quaest. in gen. 4, 242 caelestia ... consilia (*Petit sec. armen.,* conc- *trad.*). SERM. Mediol. frg. 9 Adam praeceptum -ans ... et dei praecepta sancta contemnens (HEGES. 3, 17 p. 218, 17 Adam latebat, quia p. dei -tus est, exclusus est de paradiso, quia non servavit mandatum [HIER. adv. Pelag. 3, 18. *al.*]. RVFIN. patr. 2, 6 p. et monita naturalis legis. *sim. al.*). FILASTR. 115, 3 *ut Adam* -to ... mandato pelleretur de paradiso ([*opp.* custodito]. AMBR. parad. 5, 27 divina m. [10, 47]. 13, 65 m. dei [RVFIN. Adamant. 5, 21. *al.*]. HIER. hom. Orig. in Luc. 23 p. 144, 7 non Iohannis m. -antur, sed spiritus sancti. COMPVT. cod. Col. prol. 9 p. 233 legis m. *al.*). AMBR. Hel. 4, 7 *Eva* prima est -ta indictum abstinentiae. CONC.[S] II 3, 1 Rustic. p. 65, 3 plene omnia statuerunt patres: anathema *sit* -anti ⌞ea⌟; nemo addat, nemo minuat (⌞ ⌟ *om.* vers. ant., *ut ad p. 1094, 45 pertineat; II 2, 1 p. 48, 6* qui transcenderit ea). *al.* *pro obi. est ipse deus*: HIER. Didym. spir. 45 non -ti sunt nec spreverunt ⌞patrem⌟ (⌞ ⌟ *si ἀπὸ κοινοῦ. spectat ad* Is. 63, 8 [*p. 1094, 30*] *ut*: 50 qui 'spernit', sive quod melius habetur in graeco, qui '-atur', non hominem -bitur, sed deum. *ibid.* quando ... ad immunditiam sunt delapsi, spreverunt sive -ti sunt dominum). **b** *quaelibet*: HEGES. 1, 32, 6 p. 63, 9 *Arabes occidendo legatos* -ti sunt legem omnium hominum, ipsorum etiam barbarorum ([*gr. 1, 378 παρὰ τὸν πάντων ἀνθρώπων νόμον*]. NOVELL. Iust. 38 epil. hanc l. nostram. *al. in iisdem*). RVFIN. Orig. in Ios. 17, 1 p. 401, 18 ne qui forte ex incredulo populo ... viderentur sibi permanente antiqui cultus statu -ari (-are *var. l.*) religionis ordinem, si transirent ad fidem. NOVELL. Iust. 6 epil. pr. licentiam ... universis damus ... respicientibus aliquid horum -ari nuntiare nobis. 54, 2 pr. si quid -ti fuerint *alienatores* horum, quae competunt, aut quoddam colludium fiat. *et saepius in his novellis.*

B *quod (qui) -ando quodammodo mutatur (in perversum praeter l. 55), corrumpitur (huc vergunt quaedam sub A, e. g. l. 23; accedit abl. instr. l. 43. 45. 67); pro obi. sunt*: **1** *res adulterandae* (*aliter l. 57; indicatur finis per praepos.* in *c. acc.* PASS.): Ps. SEN. epist. Paul. 7 deos ore innocentium effari, haud eorum, qui -are doctrina sua quid possint (-ari, -are (vel) ordinare, predicari *var. ll.*). TERT. fug. 7, 1 *persecutionem* si evadi vellet, melius non immitteret, ne voluntatem suam alia voluntate -are (-ari *var. l.*) videretur *dominus* (*sunt qui ad A referant*). PASS. Montan. 2, 1 post popularem tumultum ... postque sequentis diei in (*om. pars codd.*) acerrimam persecutionem Christianorum -tam violentiam (*vix depon.*). Ps. CYPR. singul. cler. 20 callidi argumentatores et iuris periti fallaces, qui dum cupiunt -ari controversias actionesque causarum, etiam ipsa iura transvertunt (*aliter interpunxit Hartel, ut ad usum intrans. pertineat*). PHILIPP. in Iob rec. brev. 24 p. 1440[C] (*sim.* rec. long. p. 683[A]; *ad Iob 24, 14*) potest ... et de iniquis iudicibus intelligi, qui ad hoc maturius surgunt, ut causam egeni et pauperum muneribus corrupti -entur (rec. long. 24 p. 683[C] munera pro causis -tis accipiunt *praevaricatores negotiorum*). *in bonam vel neutram partem* (*in versione sec. falsam var. l. gr.*): VET. LAT. act. 10, 46 (cod. 5) audiebant ... eos *gentiles* loquentes ⌞-tis⌟ linguis et magnificantes deum (⌞ ⌟ *gr. in ipso cod. evanuit, om. cett. tam gr. quam lat.*). **2** *homines captandi, alienandi* (*sensus l. 64. interpol. vid.* VITAE patr. 7, 2, 2 -atur ac decipitur [*Paschas. verba patr. 14, 10 exhibet* decipitur *solum, gr. Cotelier p. 652 χλευάζεται*]. *nescio an huc pertineat var. l. p. 1095, 13*): Ps. ORIG. in Iob 1 p. 427[C] isti *haeretici* sunt, qui a veritate plurimos -antur et a fide innumeros aberrare faciunt (*item accedit* ab: 2 p. 475[D] [*diabolus loq.*] filios ... eius *Iob* perdidi et sensum eius a deo non -vi). *obi. supplendo*: Ps. ORIG. in Iob 1 p. 398[D] (*diabolus de Iob*) quomodo circumveniam? ... quomodo -er? quomodo a iustitia abducam? (*eodem obi. supplendo* 2 p. 477[D] quomodo deiciat, quomodo Adae familiaritate -ret).

in figura etymologica q. d.: -are praevaricatione *p. 1095, 15. 48. 1097, 13,* -are praevaricationem *p. 1095, 50* (*simili abundantia*: in praevaricatione -ari *p. 1095, 46,* -ans [praevaricator] -atur *p. 1094, 35. 50. 1097, 12*).

part. praes. ✖**praevāricāns,** -antis. *gen. plur.* -um *e coni., v. p. 1097, 12.* **1** *pro adi. fere i. q. proprius praevaricatorum, vitiosus*: PRISCILL. tract. 10, 125 sive instituto bonae indolis sive cupiditate vitae -is *nasci* ([-es *cod.*]. *cf. 124* in cupiditate perditae vitae). AMBR. parad. 3, 17 ⌞-ia corporis vitia⌟ (vit(al)ia *var. l.*). **2** *pro subst. masc. i. qui praevari-*

[Sinclair]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

catur, praevaricator, peccator (GLOSS. -es: *παραβαίνοντας* [*cf. l. 3*]): VET. LAT. psalm. 118, 119 (Hil. *ad l.* samech 11 p. 493, 14. *al.; sim.* VVLG.) -es deputavi omnes peccatores terrae (*cod. 303. al.* praevaricatores, *gr. παραβαίνοντας, unde* AVG. *ad l.*, serm. 25, 1 'praevaricatores' vel potius '-es'. *cf. ibid.* non ... -es deputat omnes peccatores apostolus [*Rom. 5, 20*], sed eos tantum -es deputat, qui transgrediuntur legem. *ibid.* quisquam -ans). PS. CYPR. ad Novat. 14, 3 *in libris biblicis* habemus exempla -is isti⟨u⟩s (*sc. Novatiani*) praecedentia (praevaricationis huius *edd. ante Diercks*). AMBR. parad. 8, 39 p. 295, 15 non in mandante culpa est, sed in -e peccatum est. HIER. in Ier. 2, 71, 2 (*ad Ier. 9, 2* coetus praevaricatorum) coetus ... -ium ([*ibid.* peccatoribus]. *cf.* CASSIAN. conl. 3, 7, 6 quantas ... sub Moyse -ium turbas ... extitisse). VVLG. Is. 24, 16 -es praevaricati sunt et praevaricatione transgressorum praevaricati sunt. ACT. Archel. 34, 11 'ministerium mortis' (*cf. I Cor. 15, 54*) appellata est lex, quia peccantes et -es morti tradebat, servantes autem se defendebat. AVELL. 97, 81 haec nos ex verbis apostoli fas est ... metiri, ultra quae -um (*Günther,* -andum *cod.*) est temeraria curiositate prorumpere. *al. respiciuntur apostatae*: AMBR. paenit. 1, 9, 40 (*ad Novatianum*) tunc te ista (*sc. I reg. 2, 25*) paterer obicere, si solis -bus non relaxares paenitentiam (-toribus, -tionibus *var. ll.; cf. 1, 2, 5* qui praevaricatione lapsi sint).

part. perf. praevāricātus *pro subst. masc. vix latere putes sola forma* -orum, *quam ad subst. q. e.* praevaricator *traximus.*

?part. perf. neutr. **praevāricātum,** -ī *pro subst.* (*sc. vi passiva, si conferas* peccatum, delictum. *an subst.* praevaricatus, -ūs *agnoscas?*): THEOD. MOPS. in Gal. 2, 18 ostendit non esse -um ab illa *lege Mosis* discedere.

deriv.: praevaricatio, praevaricator (-trix); *cf.* impraevaricabilis.

Sinclair.

praevārus, -a, -um. *a* prae *et* varus. *i. q. valde varus* (*item* ISID. *infra*): CIC. frg. inc. K 34 quid enim tam -um? (*de re quadam perversa sim.? affertur ab* ISID. orig. 10, 223 *s. v.* praevaricator). *e coni. dub.*: APVL. flor. 19, 1 venarum pulsus inconditos vel -os (*Scaliger*; praeceleres *vel* praetardos *coni. alii*; praeclaros *trad., quod defendere temptat Oudendorp, v. Hildebrand, 1852, ad l.*). *Bk.*

praevehor, -vectus sum, -vehī *et ?*praeveho, -vēxī, -vectum, -vehere. *a* prae *et* vehi (vehere). *legitur part. perf. inde a* VERG., LIV., *ceterae formae raro inde a* LVCANO, SIL. [*confunditur in codd. passim cum* pro- (*vix recte trad.* ACC. trag. 128; *restituitur* PANEG. 7, 5, 2), *restituitur pro* per- SIL. *p. 1098, 10* (*vix recte etiam in ed. Aldina* PLIN. epist. 1, 16, 2). *loco corrupto trad. in var. l.* PROP. 1, 8, 19, *v. p. 687, 66.*]

I *mediopassive*: **A** *de motu qui fit ante alios eadem via progredientes, fere i. q. praeire* (*praeveniendo l. 45. 49. 53*): **1** *proprie -untur homines equitantes* (*intrans.; is qui sequitur indicatur per praepos.* ante *l. 48*): equo (*cf. l. 66*): VERG. Aen. 7, 166 -tus e. longaevi regis ad auris nuntius ... reportat advenisse viros (*cf.* CLAVD. DON. *ad l.* p. 25, 31 hoc est ante legatos ad regem vectus). LIV. 10, 36, 6 consul e. -tus (pro- *var. l.*) ad portam castrorum *aditum suis fugientibus interclusit.* SIL. 7, 117 volucri rapit agmina cursu ac -tus e. *Romanos provocat Hannibal.* 17, 124 *dux* ante omnes -tus e. trahit agmina voce. *cetera exempla*: LIV. 9, 35, 7 *hostes fugientes* castra repetunt, sed equites Romani -ti (praeventi(s) *var. l.*) per obliqua campi cum se fugientibus obtulissent, ... montes petunt (*nisi vi praetereundi ad l. 73*). 40, 13, 3 (*in lustratione exercitus*) inter divisam victimam ... -ti sumus et secutum est ... agmen. EVAGR. vita Anton. 31 homines ... equorum velocitate -ti nuntiant adfuturos *alios pedibus euntes* (*cf. gr. προλαμβάνων τοῦ ὁδεύοντος τοῖς ποσίν*). **2** *hyperbolice et in imag.* (*sc. transitive*): SIL. 16, 500 subitus ... erumpit et auras -itur Theron *in cursu* (*cf. e. g. 14, 488* superabat ... ventos). PANEG. 7, 5, 2 (*ad Constantinum*) Africanum Pompeiumque ... aetatis cursum virtute -tos (pro- *trad.*) tam mature sumpto vincis imperio.

B *de motu qui fit ante quaedam finitima (fere porrecta), sc. sive intrans. i. q. in fronte alicuius (rei) vehi, ire (cf. praepos.* praeter *l. 66,* per *l. 68,* circum *l. 74), sive trans. i. q. vehendo tangere, praeterire* (*haud raro vi praeverbii deflexa ita, ut significentur motu continuato ea relinqui, ante quae quis vehatur; indicatur, unde motus incipiat, per adv.* hinc, inde *l. 69. p. 1098, 3. 20, ut quidam praeter necessitatem agnoscant vim provehendi*): **1** *-untur homines*: **a** *equitando* (*intrans. praeter l. 71 sq. [?]. p. 1098, 2*): equo: LIV. 24, 44, 10 praeter undecim fasces e. -tus senex *a duodecimo lictore consulis desilire iussus est* (*cf. Quadrig. hist. 57* iuxta venit. *simili contextu Liv. 22, 49, 6* praetervehens e.). LVCAN. 7, 342 *Pompeius* totum ... per agmen sublimi -tus e. (*sc. milites adhortans ut*: SIL. 5, 170 hinc -tus e. *Flaminius* [pro- *var. l.*]. 9, 572 [pro- *var. l.*]. *in eadem re p. 1098, 3*). CLAVD. rapt. Pros. 2, 122 umectat ... Lucifer agros roranti -tus e. ([pro- *var. l.*]. DRAC. Romul. 10, 470 exilit interea tecturus L. astra puniceo -tus e. [pro- *Bücheler*]). *cetera exempla* (*fortasse huc l. 49*): STAT. Theb. 7, 133 *Mars* circum fastigia vallis turbine -tus (pro- *var. l.*) rapido ter sustulit hastam, ter concussit equos (*sunt qui ad II referant, sed cf. Smolenaars, comm. 1983, ad l.*). TAC. hist. 4, 71, 5 paulum morae in adscensu, dum missilia hostium -untur *equites.* 5, 16, 3 (*2* ut quosque suorum advehebantur *duces, eos exhortati sunt*) *Cerialis primo admonuit legiones quasdam*; hinc ⌊-tus⌋ (-tos *M*) ad Germanicum exercitum manus tendebat (⌊ ⌋ *'sc. aciem legionum' Heraeus, comm. ⁴1899, ad l.; 'procedens' sim. intell. alii*).

b *navigando* (*cf.* praetervehor *p. 1041, 59*): **α** *trans.* (*fort. huc l. 15*): MELA 2, 27 eius *promunturii* tractum legentibus -tisque Mastusiam sinus *Melas* intrandus est. LVCAN. 9, 1003 *Caesar* avidus ... Iliacas pensare moras Asiam ... -itur (pro- *var. l.; ibid.* relinquit). SIL. 4, 51 consul ... -tus classe (*Heinsius,* per- *trad.*). TAC. hist. 2, 2, 2 oram Achaiae et Asiae ac laeva maris -tus Rhodum ... petebat *Titus.* DICT. 5, 17 *Antenor* devenit ... ad mare Hadriaticum multas interim gentes barbaras -tus (praeventus, paenevicit *sim. var. ll.*). **β** *intrans.*: TAC. Agr. 28, 1 *navibus clam captis raptores* ut miraculum -bantur. SIDON. epist. 1, 5, 5 *in Pado navigans* obiter ⌊Cremonam⌋ -tus adveni (*sunt qui 'procedens' intellegant*; ⌊ ⌋ *nisi ἀπὸ κοινοῦ, ut ad l. 6 pertineat*). *respiciuntur qui sibi obviam eunt*: TAC. hist. 5, 23, 2 (*de classibus Batavorum et Romanorum*) his flumen secundum, illi vento agebantur: sic -ti temptato levium telorum iactu dirimuntur.

2 *-untur flumina* (*sc. trans.; in descriptione locorum*): LVCAN. 10, 308 (*de Nilo*) inde plagas Phoebi ... -eris sterilesque diu metiris harenas. TAC. ann. 2, 6, 4 *Rhenus* servat ... violentiam cursus, qua Germaniam -itur, donec Oceano misceatur.

II *act. vel pass.* (*vix huc p. 1097, 74*): GLOSS. V 510, 63 -tus: ante portatus (praevexus *cod.*). *?per confusionem praeverbiorum i. q. provehere*: EPIST. Austras. 5, 4 Ennodium ..., qui generosi sanguinis ⌊nobilitatem⌋ (*Freher, gen. trad.*) humilitate -xit ad gloriam *caelestem* (*an conicias* provexit*?*). *Friis-Jensen.*

praevello, -vulsī, -vulsum, -ere. *a* prae *et* vellere. [*vix recte trad.* TERT. scorp. 13 p. 177, 5, *v. Beikircher, Festschr. Frede-Thiele II, 1993, 614.*] *i. q. ante vellere* (*sc. vi praeverbii locali; contextu manco* LABER., *ceterum respicitur obi. quod vellendo tollitur; p. p. p. n. plur.* -sa *pro subst.* TERT.; *cf.* GLOSS.ᴸ I Ansil. PR 1162 -at [-it *var. l.*]: rumpat): LABER. mim. 146 ⌊aliqua parte⌋ -erat (*trad.,* evulserat *Bücheler*; ⌊ ⌋ *fortasse recte Diomedi tribuuntur, qui gramm. I 372, 17 affert frg. ad testandas formas perf. verbi q. e.* vellere). TERT. nat. 1, 10, 35 *deis offertis* de opimis ... supervacu⟨a⟩ esui capitula ... et ⌊plumarum setarumque -sa⌋ (*om. apol. 14, 1*). EPIST. Alex. p. 212, 11 *opobalsami* clibulas (*i.* glebulas) de corticibus -bam (vellebam *et alio ordine verborum* carpsi *var. ll.*).

praevēlo, -āvī, -ātum, -āre. *a* prae *et* velare. [*confunditur in codd. maxime cum* praevallare, *ubi v., et* praevalere SERV. *et* CONC. *infra* (*restituitur* SVLP. SEV.).]

i. q. ante velare (*item* GLOSS.; *occurrit fere structura 'aliquid aliqua re'; pro subiecto est ipsa res velans l. 47. 50; adhibetur absolute l. 55*): **1** *corporaliter: spectat potius ad ornandum*: CLAVD. 22, 189 *quod Gallus pace gaudens* amnem ... domibus -et amoenis (*cf. p. 1045, 35*). 28, 647 Getica -ans fronde secures *consul victor.* CYPR. GALL. exod. 1073 haec *sacraria* ... lamina conspicui -at ductilis auri (*exod. 25, 11* deaurabis *arcam*). *spectat potius ad occultandum*: CLAVD. rapt. Pros. 2, 325 flammea sollicitum -tura pudorem *sponsae.* CYPR. GALL. gen. 879 fraterna ... toga *Rebecca* -ans pectus et artus *filii Iacob* (*gen. 27, 15* vestibus Esau ... induit eum). **2** *incorporaliter* (*sc. occultando; potius excusando* CONC.): SERV. Aen. 4, 500 ('praetexere funera sacris') praetexere: -are, abscondere (praeval(l)ere, praevetare *var. ll.,* praevallare *Hagen*). SVLP. SEV. chron. 2, 14, 7 *scriptores pagani* nihil ex his, quae sacris voluminibus scripta sunt, attigerunt: dei spiritu ⌊-ante⌋, ut intaminata *manerent mysteria* (⌊ ⌋ *Hyltén, Traditio 19, 1963, 451 sq.;* praevalente *trad., coni. alii alia*). CONC. Epaon. a. 517 p. 32 l. 199 (*inde* Tur. a. 567 p. 190 l. 418) incestus ... coniugii nomine -andus *non est.* CONC. Aurel. a. 538 p. 123 l. 233 nullis excusationibus haec praesumptio -itur (*i.* -etur, *more solito codicis vet., quem sequuntur edd., v. Maassen in indice ed. p. 253a*). *Mensink.*

praevēlōx, -ōcis *adi.* *a* prae *et* velox. *i. q. valde velox* (*item* GLOSS.): PLIN. nat. 11, 111 *Indicae formicae* lacerant quamvis -bus camelis fugientes *raptores* (*ad rem cf. Herodot. 3, 102. 105*). QVINT. inst. 11, 2, 44 illa -x *memoria* fere cito effluit et, velut praesenti officio functa nihil in posterum debeat, ... discedit.

praevenerābilis, -e. *a* prae *et* venerabilis. *i. q. valde venerabilis*: CONC.ˢ II 2, 2 p. 12, 22 hoc -e atque mundanum concilium (per- *var. l.; cf. p. 64, 12. al.* sancta ... synodus, *gr. II 1, 2 p. 128, 24 ἁγία καὶ μεγάλη καὶ οἰκουμενική*). *Bk.*

***praevenio,** -vēnī, -ventum, -īre. *a* prae *et* venire. *scribitur* pre- CE 1537, 5 (*lapis periit*) *et e. g. in cod. saec. V/VI* COLLECT. Arian. serm. 15, 5; praeb- GLOSS. Paul. l. 1313. *in tmesi p. 1099, 29.* NOT. Tir. 20, 53ᵇ -it (*addidit cod. V*). 20, 61 -tus. *de notione*: SYNON. Cic. p. 439, 10 -it. praeit. antecipit. praevertitur. antecedit. praecurrit. exstat. 447, 23 volucer. praeceps. -ens. *eqs.* GLOSS. -it: *προλαμβάνει. φθάνει, ἔφθακεν.* prae-

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

occupat, anticipat, ante venit. *al.* *legitur inde a* SALL., VERG., OV., GRATT. (*de* PLAVTO *v. l. 6 et 9*), *sc. singulis vel binis locis, sed 14 apud* LIV. (*ceterum frequentatur maxime a* TAC., HEGES., AVG.); *prius, sed inde a* LIV. *multo rarius legitur* antevenio. [*confunditur in codd. saepius cum* per-, *e. g.* LIV. 9, 23, 2 (*restituitur* TAC. ann. 1, 30, 4, *e coni. dubia* PLAVT. Mil. 404 si ad erum haec res prius ⌞-it⌟ peribis [⌞ ⌟ *Lindsay,* devenerit *A,* pervenit *vel* creverit *P*]; *falsa var. l. e. g.* LIV. *l. 44, falso trad. fortasse* VEREC. in cant. 6, 5 l. 51 ad ... itinera -ire, *sed cf. et l. 51 sqq.*), *ceterum e. g. cum* pro- CELS. 6, 7, 8. *al.* (*falsa var. l.* PLAVT. Truc. 385 PLIN. nat. 16, 165); *falso trad. pro* praevernat, *ubi v.*]

i. q. antevenire, praecedere sim. (*longe praevalet usus trans. [reflexive, sc. reciproce, p. 1101, 59. 1105, 35 sqq.; mediopassive p. 1101, 60]; pro obi. ponuntur struct. verbales et enuntiata p. 1103, 30 sqq. 1104, 39 sqq.; usum absolutum vel intrans. infra ubique fere distinximus [cum praepos. l. 46 sqq. p. 1103, 54, dat. p. 1103, 59, vix etiam p. 1105, 20]; de vi activa p. p. p.* -tus *v. p. 1102, 33. 67*).

CAPVT PRIMVM: *praevalente respectu temporali* (*qui usu deflexo evanescit l. 51. p. 1100, 37. 1102, 42. 1103, 67*). *gr. respondere solent φθάνειν vel προφθάνειν, quae infra non adnotavimus; accedunt adv.* ante, antea *e. g.* TAC. hist. 3, 67, 1 CYPR. Fort. 13 p. 347, 14 CLAVD. DON. Aen. 1, 65 p. 26, 1 (*cf.* ante-, priusquam *p. 1101, 50 sq. 1102, 2 sq. al.*), *adi.* prior LIV. 9, 23, 2 PAVL. PELL. euch. 446; *iungitur cum abl. instr. vel respectus passim, cum praepos.* in *c. abl. e. g. p. 1102, 26. 52. 1103, 8,* de *p. 1102, 61,* ad *p. 1101, 3, abl. vel acc. mensurae p. 1100, 1. 1102, 74. 1104, 11.*

I *strictius pertinet ad motum, quo quis (quid) prior venit* (*nonnulla etiam vi locali explicari posse vix mireris, e. g. l. 29. 69. p. 1104, 4 sq.; pro subi. sunt animantes passim, res e. g. l. 29 sqq. 34 sq. 67 sqq.*): **A** *intransitive* (*sed hic illic, e. g.* VERG. *sub 1, cogitare possis de obi. ἀπὸ κοινοῦ posito*): **1** *vario usu*: VERG. ecl. 8, 17 nascere praeque diem veniens age, Lucifer (*per tmesin, cf.* SERV. -ens age diem. *sublucet vis localis; de eadem stella*: OV. fast. 5, 548 Lucifero -ente. PLIN. nat. 2, 36 *sidus* -ens ... et ante matutinum exoriens). LIV. 22, 24, 6 hostis breviore via -turus erat. 24, 12, 3 maturandum Hannibal ratus, ne -rent Romani (*sim.* 35, 50, 6). 24, 21, 5 -erat non fama solum ..., sed nuntius etiam (HEGES. 4, 21. *cf.* nuntius: LIV. 25, 39, 7 AMBR. obit. Valent. 23. rumor: TAC. hist. 3, 69, 1). STAT. silv. 3, 5, 111 venies, carissima coniunx, -es etiam. Ach. 1, 701. TAC. ann. 2, 55, 4 *Piso* linquit Germanicum -itque. 15, 17, 2 ut pedes *Romanus* ... facilitate camporum -entem equitem *Parthum* adsequeretur. IVVENC. 4, 465 (*Matth. 26, 32* praecedam vos in Galilaeam) -am vestrosque choros ... docebo. *al.* *part. praes.* -ens *pro subst. masc.*: POTAM. tract. 1 p. 1415[A] *cum Lazarus resuscitaretur,* quae *fuit* pressura videntium? ... qualis in cervicibus -entium multitudo pendebat? **2** *indicatur quo quis prior veniat* (*cf. p. 1100, 13; neglecto respectu temporis vix recte trad. codd. potioribus* LIV. 25, 9, 5 Tarentum fama -erat [per- *recc.*]): LIV. 9, 23, 2 quo cum prior Romanus exercitus ... magnis itineribus -isset (per- *var. l.*). 33, 41, 3 ut, priusquam moveretur aliquid ..., -ret in Aegyptum *L. Cornelius* (*opp.* si ... occupasset *Antiochus*). VVLG. II reg. 13, 30 cum ... adhuc pergerent in itinere, fama -it ad David (II Cor. 9, 5 ad vos [per- *var. l., gr. προέλθωσιν vel προσ-*]. RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 192, 26 ad Antiochiam [*vi temporali minus perspicua pertinet fortasse ad l. 51*; per- *Mansi 5, 951[B]*]. *cf. supra l. 6*). *in versione vocis gr. φθάνειν mera notione perveniendi adhibitae* (*cf. e. g. Bauer-Aland, Griech.-dt. Wörterb. NT s. v.; in imag. praeter* Dan.; *hucine l. 49?*): VET. LAT. Dan. 8, 7 (cod. 177. *al.*) vidi eum *hircum* -ire usque ad arietem (*Vulg.* cum ... appropinquasset). Matth. 12, 28 (cod. 5. *al.*) -it in vos regnum dei (*cod. 4* adpropiavit, *Vulg.* pervenit. *item loco gemino* Luc. 11, 20 [cod. 4. *al.* = VVLG.]). I Thess. 2, 16 (cod. 75. *al., sim.* VVLG.) -it ... super eos ira dei.

B *transitive*: **1** *-untur eodem contendentes* (*sc. fere animantes, eorum actiones l. 66. 75, fama sim. l. 62 sqq., lumen solis lunaeque l. 69; saepe animo hostili, officiendo sim., sed mero respectu temporis e. g. l. 62. 66. 73; huc vergit p. 1101, 45*): **a** *proprie*: LIV. 8, 30, 12 *Fabius* cum maximis itineribus isset, non tamen -ire famam adventus sui potuit (*al. v. vol. VI 1, 223, 45 sqq.; cf.* nuntium: SVET. Iul. 57 HEGES. 1, 30, 7. rumorem: AMM. 14, 2, 9 celeritate nimia. CLAVD. 8, 102. 15, 13). 24, 35, 9 *Marcellus* -isse hostem festinans (LVCAN. 4, 167. FLOR. epit. 3, 3, 7 occupatis compendiis). 28, 20, 9 adventum Scipionis -erat fama cladis (SCHOL. Cic. Bob. p. 87, 19 HEGES. 4, 29, 1). SEN. nat. 3, 29, 8 fugientes unda -et et ex ipsis arcibus deferet. SIL. 17, 45 *navis Magnae Matris Claudiam fune* ducentem -it. STAT. Theb. 6, 239 *vesper* lunae -erat ignes (*cf.* CHALC. comm. 71 solis splendore -to stella ... apparet). TAC. hist. 4, 49, 2 prospera navigatione (*sim.* ann. 14, 58, 3 celeritate ventorum). ann. 2, 79, 2. APVL. Socr. prol. 4 p. 109 *v. supra p. 682, 71.* VET. LAT. Marc. 6, 33 (cod. 11. *al.* = VVLG.) concurrerunt illuc et -erunt eos (*gr. προῆλθον, cod. 13* praeibant). CYPR. epist. 59, 9 p. 677, 11 *dum Felicianus* detinetur, Felicissimo ad vos properante -tus est. AMM. 30, 1. 12 compendiosis vallibus eius itinera -erunt. *al.* *cum acc. mensurae*: RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 60, 9 dum me Aegyptii triduum -issent (*gr. I 1, 5 p. 135, 12 προλαβόντων*). **b** *in imagine*: CYPR. epist. 19, 2 p. 526, 12 ut ... quidam de lapsis confessores ipsos -ire et ante ad ecclesiam introire festinent. ALC. AVIT. hom. 7 p. 114, 16 si ..., dum per huius saeculi iter curritur, ... animam caro -erit et facultatem viae *probae* ... praecluserit (*sc. tamquam currus celerior?*).

2 *-untur loca, antequam alius ea occupet*: *in re militari*: AMM. 28, 3, 1 opportuna ... ad insidiandum barbaris -ens loca (PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 1, 294 p. 601 locum fraudi o. [*gr. προλοχίζων*]). HEGES. 4, 30 p. 289, 22 omnes -it aditus *Cremonae,* ne confugientes reciperentur (*gr. 4, 642 ὑποτέμνεται*). PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 4, 97 p. 740 totum *murum oppidi* latrones -erant (*gr. προδιείληπτο*). *exempla cetera*: HEGES. 3, 2 p. 184, 8 *Simon magus* -ens Romam (*nisi ad A2; sed cf.* RVFIN. hist. 2, 13, 1 *diabolus* urbem maximam ... -it et Simonem ... evocat). PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 7, 122 p. 835 *spectatores* loca ... -erant (*gr. προελήλυθότες ... κατειλήφεσαν*).

3 *-itur tempus statutum* (*opinio de tempore praesumpta* AMM.): AMM. 18, 2, 14 sollicitarum gentium opinione -ta ... miles per Hortarii regna transibat. CLAVD. DON. Aen. 1, 645 p. 126, 18 ut, antequam prandere-tur, veniret et celeritate reditus prandio -to munera ... perferret (*cf.* p. 127, 2 ut horam prandii -ret). RVFIN. hist. mon. 15 p. 434[A] -ens horam solitam (*gr. 15, 3 ταχύτερον*). REG. eccl. Carth. l. 32 qui tempus et diem concilii -erant.

b *exempla cetera* (*saepe generalia*): PLAVT. Most. 697 (*verba senis cum uxore coire nolentis*) non bonust somnus de -o. Truc. 646 rus mane ... ire me iussit pater, ut bubus glandem -o depromerem (*item prandent animalia*: APVL. met. 9, 15, 2 cum tempestivo -o laxarentur iumenta). Q. SCAEV. Gell. 4, 1, 17 (*nisi est* SVLP. RVF., *v. Mommsen, Ges. Schr. II 79*) quae ad edendum bibendumque in dies singulos -i aut cenae causa parantur, 'penus' non sunt. PAVL. FEST. p. 31 rubens cibo ac potione ex -o burrus appellatur. CELS. 1 prooem. 72 *famem* facilius uno cibo quam -o quoque adsuetus *sustinet.* SEN. epist. 83, 6 sine mensa -um, post quod non sunt lavandae manus (122, 6 p. -um aut cenam bibere vulgare est. *in indicanda parte diei*: PERS. 1, 134 *lectoribus ineptis* mane edictum, p. -a Callirhoen do. SVET. Cal. 45, 1. HIER. tract. in psalm. I p. 10 l. 247 p. -um ...; non in meridie, sed ad vesperam [*cf. gen. 3, 8* p. meridiem]. DIOSC. 5, 112 p. 213, 11 mane et p. -u(m) [*gr. 5, 87, 7 δείλης*]. *al.; cf. l. 68*). SVET. Cal. 58, 1 hora fere septima, cunctatus an ad -um surgeret marcente adhuc stomacho. Claud. 34, 2 meridie, dimisso ad -um populo. Vit. 13, 1 epulas ... quadrifariam dispertiebat, in iantacula et -a et cenas comissationesque. GELL. 13, 31, 16 -um ... abstemium, in quo nihil vini potatur, caninum dicitur, quoniam canis vino caret (*cf. p. 1127, 31*). VET. LAT. Dan. 13, 13 (cod. 176; *sim.* VVLG.) hora -i est (PS. ORIG. in Iob 1 p. 430[A] meridiano tempore, h. -i. *al.; cf. l. 61*). PANEG. 3, 11, 4 neque tempus epularum ei, qui saepius statarium -um ... capiat gaudens castrensi cibo. PAVL. NOL. epist. 15, 4 sollemnitas paschalis revocavit dies -orum (*sc. ieiuniis solutis, cf. l. 30; ceterum opp.* ieiunium *sim.*: AVG. bon. coniug. 8, 8 ieiuniis sacrilegorum meliora sunt -a iustorum. epist. 211, 8 [*inde* PS. AVG. reg. III 3, 1] quando ... aliqua *monacha* non potest ieiunare, non tamen extra horam -i aliquid alimentorum sumat, nisi cum aegrotat. REG. eccl. Carth. l. 155 de sacrificiis inhibendis post -um [*postea*: ut a ieiunis ... offerantur. *cf. p. 1124, 23*]. *al.; cf. p. 1124, 9*). CE 1924, 2 (*in ostio deversorii*) Mercurius hic lucrum promittit, ... Septumanus hospitium cum -o. *al. in praeceptis sim. ad valetudinem pertinentibus* (*vix huc l. 37*): HOR. sat. 2, 4, 22 ille salubris aestates peraget, qui nigris -a moris finiet. CELS. 1, 3, 15 implet ... corpus ... unctio et, si post -um est, balineum (PLIN. phys. Bamb. 50, 8. *al.*). SCRIB. LARG. 122 p. 66, 6 capientem cibi in -o aut de tempore exiguum ..., ne crudus sumat medicamentum (MARCELL. med. 20, 89 si in primo -o sorbeatur). 135 ante cibum et inter -um vel cenam. VEG. mulom. 1, 56, 24 ex quo *medicamento* dabis equo semodium ante -um et semodium ad vesperum dabis (MARCELL. med. 25, 11. ORIBAS. syn. 1, 17, 10 Aa [*item* La] p. 56, 9. *al.*). *al.*

2 *respicitur potius ipsa res prandenda* (*sc. imprimis edenda, v. e. g.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

l. 4. 9 sq. [distinguitur potus l. 7], sed transfertur ad vinum l. 31):
a *proprie*: PLAVT. Amph. 665 daturus nemo est -um advenientibus (Most. 692 perbonum. 695 Vid. 51. VAL. MAX. 3, 7, 1c -o dato ipsis *speculatoribus* iumentisque eorum. *al.; cf. p. 1126, 14*). Bacch. 716 coctumst -um? (Men. 388 Rud. 342. *cf.* Merc. 579 percoquat). Cas. 147 -um iusserat senex sibi parari. :: ... neque paro neque hodie coquetur (Curc. 252 SEN. epist. 87, 3. *cf. l. 15. p. 1125, 55 sq.*). Men. 469 confecto -o vinoque expoto (*sim. distinguuntur*: CASSIOD. Ios. antiq. 5, 325 -um ... et potum praebuit). 521 faxo haud inultus -um comederis (611. 628 FRONTO p. 137, 9. Ps. AVR. VICT. orig. 12, 3 *ubi Aeneas* -um ... cum mensis comesset. MACR. Sat. 3, 6, 14 [*e Veranio*]. *cf.* FRONTO p. 230, 1 -orum opimorum esorem [*fortasse ex Atellana mimove aut comoedia, v. Bücheler, Kl. Schr. II 384*]). *al.* TER. Ad. 588 Aeschinus odiose cessat: -um corrumpitur. MORET. 106 viri nares acer iaculatur ... spiritus et simo damnat sua -a vultu (*cf.* SVET. Claud. 33, 1 ictus ... nidore -i, quod ... apparabatur. HIER. epist. 22, 28, 5 -um nidoribus probat). PAVL. FEST. p. 27 aristophorum vas, in quo -um fertur. VAL. MAX. 7, 6 ext. 3 *uxores et liberi* Calagurritanis -a atque cenae extiterunt. SEN. epist. 87, 3 de -o nihil detrahi potuit. MART. 5, 49, 9 cum -a misit imperator, cum panariolis tribus redisti (9, 72, 3 [*4* dapes]). 6, 64, 2 -a portat aranti *coniunx* (NEMES. auc. 1, 17. HIER. epist. 22, 9, 4 *Abacuc* messorum -um p. *Danieli* [*v. l. 27*]). 13, 13, 1 fabrorum -a, betae. *al.* SVET. Nero 36, 2 *liberos damnatorum* uno -o *venenato* ... necatos. FRONTO p. 137, 18. 154, 6 si -um idem ... apponatur (SVLP. SEV. dial. 1, 4, 4). APVL. met. 9, 38, 9 caseum atque alias -i partes. *al.* VET. LAT. Dan. 14, 33 (cod. 176, *sim.* VVLG.; *verba angeli ad Abacuc*) perfer -um, quod habes, ad Danihel (*inde saepe apud eccles., e. g. l. 21 et* TERT. ieiun. 9 p. 285, 11 Danieli in lacu leonum esurienti -um metentium exhibitum est. CYPR. domin. orat. 21. ZENO 2, 18, 1 Daniel caelesti -o satur). *al.* **b** *in imagine et comparatione*: POMPON. Atell. 177 passerinum -um (*v. vol. X 1, 607, 82 sqq.; in locutione fortasse proverbiali ut*: VARRO Men. 575 tria genera esse vini ..., novum, vetus, medium; ... medium esse -um caninum [*v. Woytek, Eranos 70, 1972, 26 sq.; aliter explicatur p. 1126, 53*]). PERS. 5, 18 mensas ... relinque Mycenis cum capite et pedibus plebeiaque -a noris (*sc. saturas scribe, non tragoedias; cf. 5, 5* carminis offas). ZENO 1, 24, 1 *diem festum celebrare* caelesti -o, honesto ... atque perpetuo, quod ... esurienter accipite (MAX. TAVR. 23 qui sacramentorum die -um sibi domi praeparans -um c. contemnit et ... animae suae neglegit medicinam. *proprie l. 28*). 1, 24, 4 sicut prior, qui hoc -o pastus est ..., dicit: 'quam dulcia faucibus meis eloquia tua' (*psalm. 118, 103*). AVG. beat. vit. 9 non me -um paulo lautius corporibus nostris solum, sed animis etiam exhibere debere; quod autem hoc sit -um ..., proferam. PETR. CHRYS. serm. 163, 3 creatoris ad -um tota concurrit ... creatura (*respicitur act. 10, 12 sq.*). *al.*

fig. etym. v. p. 1123, 55.

deriv.: prandiarius, prandiolum; *cf.* prandeo (*v. p. 1125, 8*).

prando *v.* prandeo. **prānsinus** *v.* prasinus.

prānsito, -āvī, -āre. *a* prandere (pransus). *inter frequentativa afferunt* CAPER gramm. VII 105, 3. EXPLAN. in Don. gramm. IV 505, 22 (prandito *var. l.*). [*falsa var. l. pro* pinsitare PLAVT. Asin. 33; -ans *vix recte coni. C. F. W. Mueller* CIC. Att. 5, 21, 5 (transitam *corrupte trad.*).]

1 *notione originaria i. q. frequenter prandere* (*intrans., sc. in descriptione consuetudinis; iuxta ponitur* cenitare *praeter* VITR.): VITR. 8, 3, 16 ad unum *rivum* accumbentes viatores -are (trans- *trad.*) solent propter aquae bonitatem. HIST. AVG. Heliog. 27, 1 quadrigas circensium in tricliniis ... sibi semper exhibuit -ans et cenitans, convivas ... agitare cogens. AVG. c. Iulian. op. imperf. 4, 37 Romani antiqui ... in propatulo cenitabant atque -bant. MACR. Sat. 3, 17, 1 *sumptus coercendi causa* imperari coepit, ut patentibus ianuis -retur et cenitaretur. **2** *vi frequentativa evanida i. q. prandere* (*trans.* ARNOB., *pass. impers.* Ps. AVG.): ARNOB. nat. 4, 24 *Iovem* invitatum ad [e]ius mensae pro suillis visceribus prolem nescium Lycaoniam -asse. Ps. AVG. serm. 3, 2 *deus Abraham visitans* (*gen. 18*) ad humanam mensam ... recumbebat, cibus capitur, -atur.

prānsor, -ōris *m.* *a* prandere (*item* PRISC. gramm. III 463, 15 EVTYCH. gramm. V 456, 5). NOT. Tir. 103, 10 -r (-nd- *K man. pr.*). *legitur singulis locis apud* PLAVT. *Veraniumque (v. l. 74) et inde a* PAVL. NOL., AVG.

i. qui prandet (GLOSS. -es: *ἀριστηταί. fere pro syn. est* conviva *l. 69. 70, sed p. 1128, 4 distinguitur* -r, *in cuius honorem prandium fit; opp.* potator *p. 1128, 9*): **1** *cum convivis*: PLAVT. Men. 274 (*loq. coquus*) bonum anteponam prandium -bus (*276* convivae). PAVL. NOL. epist. 34, 6 *propera pauperes curare*; -es tui dudum stant pro foribus tuis ...; tu convivas moraris. Ps. AVG. serm. 85, 2 (= Ps. FVLG. RVSP. serm. 80 p. 952) nonne unus hospes erat in tribus, qui venit ad patrem Abraham (*gen. 18*)? ⌊hospes et amicus, -r et mansor⌋ (⌊ ⌋ h. a. -r et repromissor *Ps. Fulg. Rusp.*). MACR. Sat. 3, 6, 14 (*e Veranio*) qui novissimi comeso prandio venissent, cum iam manus -es lavarent. PETR. CHRYS. serm. 127, 9. EVSTATH. Basil. hex. 8, 8, 8 quid ... facietis usque ad vesperam? a -bus certe non urgemini ..., quoniam tempus ieiunandi est (*cf. etiam l. 8; gr. ἑστιάτορες*). Ps. FVLG. RVSP. serm. 67 Matthaeus praeparat prandium et Christus -r ingreditur cum multitudine peccatorum; -r innocens et rei convivae (*respicitur Matth. 9, 10*). CASSIOD. hist. 10, 27, 3 tempore prandii astantibus -bus (*Theodoret. 5, 37, 1 συσσίτων*). DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 2, 2 p. 351[B] (*gr. ἑστιώμενον*). **2** *qualibet ratione*: AVG. epist. 36, 11 *cum quidam sabbato ieiunans* -es sabbati accuset (36, 16 -bus s.). HIPPOCR. aer. 1 *oportet medicum considerare,* utrum *cuiusdam regionis* homines potatores sunt aut -es (*gr. ἀριστηταί*).

f. **prānsrīx** *non dici testatur* PRISC. gramm. III 463, 15 propter asperitatem pronuntiationis.

deriv.: cf. pransorius.

compos.: cf. compransor.

prānsōrius, -a, -um. *a* pransor *vel* prandere (pransus), *cf.* cenatorius. *i. q. ad pransorem (ad prandendum) pertinens, prandio aptus*: QVINT. inst. 6, 3, 99 (*exemplum subabsurdi*) ut qui mirantibus, quod humile candelabrum emisset, '-um erit', inquit. *n. pro subst. de lance sim.*: GLOSS. -um: promuls⟨id⟩arium (*v. Heraeus, Kl. Schr., 1937, 58*).

prānsrīx *v.* pransor.

[in prānsū *falsa var. l.* LEONIAN. Alc. Avit. epist. 86 p. 95, 21 (in pexu *cod. alter; restit.* impexum).**]**

prānsus *v.* prandeo. *Kooreman.*

pranton: virga viralis GLOSS. III 604, 14 (*sim.* 606, 51 veretrum: -n). *corruptum* (*subesse videtur vox gr.; fortasse conferas Cael. Aur. chron. 5, 4, 65* veretri initium, quod Graeci ⌊perineon⌋ vocant [⌊ ⌋ *ed. Rovillii,* peritoneon *ed. Sichardi*]).

prapēdion *affertur inter nomina gr. herbae pedeleonis* Ps. APVL. herb. interpol. 7 adn. 8. *corruptum videtur ex Diosc. gr. Vind. 3, 96 ῥαπιδήϊον* (*ῥαπήιον var. l.; cf. Plin. nat. 27, 96* rapadion). *v. etiam* prapidilon.

prapidilon *affertur inter nomina gr. herbae pedeleonis* Ps. APVL. herb. interpol. 7 adn. 8. *corruptum; ad παρδάλιον Diosc. gr. 3, 96 referunt Howald-Sigerist ad l., ad ῥαπιδήϊον l. 29 spectare putat Rabbow in exemplari nostro, nomina saepius similiter in codd. iterata esse contendens; v. etiam André, Les noms de plantes, 1985, s. v.* rapadion.

pras(f)a *v.* prassa.

[prasiāta *v. l. 73.***]** **prasin** *v. p. 1130, 14.*

prasina *v.* prasinus.

prasinātus, -a, -um. *a* prasinus. *i. q. veste prasina indutus*: PETRON. 28, 8 in aditu ... stabat ostiarius -us, cerasino succinctus cingulo. *non est quod huc trahere temptes l. 73.*

prasineus *v. l. 53.*

prasiniānus, -ī *m.* *a* prasinus. *i. q. ad prasinum pertinens, sc. de fautore factionis prasinae*: PETRON. 70, 10 -us es famosus. HIST. AVG. Ver. 6, 6 ut ei *equo* a populo -orum saepe modius aureorum postularetur. *abiisse vid. forma breviata in gr. πρασιανός, v. vol. X 1, 412, 15.*

prasinopurpurus, -a, -um. *pro gr. πρασινοπόρφυρος intercedente lat.* purpura. *i. q. colorem habens e prasino et purpura mixtum*: DONATIO Tiburt. p. CXLVII[a] 17 vela tramosirica -a (*cf. formam gr. servatam ibid. 19* leucoporphira). *Bk.*

***prasinus,** -a, -um, *πράσινος. scribitur* prass-, prans- *sim. hic illic in codd. rec., e. g.* AMBR. in psalm. 1, 36, 1 CYPR. GALL. gen. 59; *de forma* prasineus *a grammaticis ficta v. vol. I 1502, 73.* *abbreviatur* p CIL VI 10063, pra CIL VIII 21083, pras CIL VI 37834, 33 sq. 39. 47 (*saec. II in.*). *syllaba* pra- *producitur in hexametri initio* CYPR. GALL. gen. 59 CARM. de resurr. 214. *legitur in inscr. saec. I med. (v. l. 69. p. 1129, 12) et saepe postea, apud auctores inde a* PETRON., PLIN., MART.; *frequentat* CASSIOD. [*francog. vet. et med.* prasme *'gemma viridis'. cf. Wartburg IX 329. St.*] [*vix huc pertinet* DONATIO Tiburt. p. CXLVII[a] 32 vela ... clavatura coccumellino -as (*latere vid. adi. compos.* coccymelinoprasinus, *cf. e. g. l. 25* milinoporphina, *i.* melinoporphyra. *27* coccuprasina).]

significat colorem porraceum, sc. viridem (GLOSS. viridis [*fere pro syn. est e. g. p. 1129, 6. 33, disting. tamen* POTAM. subst. 8, *si recte restit. pro* pre-, prosinos *sim., et* GROM. p. 351, 25]. *cf. Lyd. mens. 1, 12 χλοανόν. plura v. André, Termes de couleur, 1949, 192. de ipso colore*: color -us *l. 75. p. 1129, 49. 68. al.* [*cf. subst. masc. vel neutr. p. 1129, 12. 26. 39. 65*]): **1** *in spectaculis publicis* (*respicitur factio colore -o ab aliis distincta; ad rem cf. Cameron, Circus Factions, 1976*): **a** *circensibus*: **α** *adi.*: CIL XV 7254 (*saec. I; e stabulo, quod Caligulam frequentasse testatur* SVET. Cal. 55, 2) *fistula* ⟨fa⟩ctionis -ae (*saepe, v. vol. VI 1, 137, 54 sqq.; addas e. g.* CIL VI 37834, 33 [*saec. II in.*]. 34. 39. 47. INSCR. Année Épigr. 1979 n. 155 [*Teani, saec. II ex.*]. *huc fortasse pertinet etiam titulus mutilus* INSCR. Brit. I 127 -a [*vix fem. pro subst.; perperam legebatur olim* prasiata]). CIL VI 37834, 40 (*saec. II in.*) grex prasin(us). TERT. spect. 9 p. 11, 17 *ethnici* aurigas coloribus idololatriae vestierunt ...; russeum *colorem* alii Marti,

[Corbeill]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

alii album Zephyris consecraverunt, -um vero Terrae matri vel verno, venetum Caelo et Mari vel autumno (*sim.* CASSIOD. var. 3, 51, 5 -us *c.* virenti verno ... dicatus est. ISID. orig. 18, 33, 2. *cf. l. 6; ceterum*: LVX. anth. 328, 1 -o felix auriga c.). HIST. AVG. Ver. 6, 3 equo -o aureum simulacrum fecerat, quod secum portabat (ISID. orig. 18, 41, 1 [*tit.* de coloribus equorum] -os *e.* terrae, venetos mari *assimilabant*; ... -os viridi colore *currere voluerunt.* 18, 41, 2). LVX. anth. 328 tit. de laude aurigae -i (*nisi pro subst. ad l. 11*). *contextu manco in testa*: INSCR. Déchelette, Vases céram. II p. 300 n. 124 ⟨...⟩te -us est.

β *subst.* (*collective de factionis colore, panno sim. vel rarius de singulis eius participibus, sed usus certe distingui non possunt*): Ⓘ *generis ambigui* (*sive masc., sc. color, pannus sim., sive neutri*): CIL VI 33950 (*a. 35*) cursor -i (*cf.* SVET. Nero 22,1 -i [-um *var. l.*] agitatorem. CIL VI 33949[a] hortator -i. *cf. l. 4. 16*). MART. 13, 78, 2 nomen -i Porphyrionis (*item iuxta nom. propr., sc. de auriga, nisi cogites de gen. ipsius factionis*: INSCR. pariet. Ost. [Stud. et doc. hist. et iuris 27, 1961, 329] 22 agitanti -i Crispi [*contextu obscuro*]). 10, 48, 23. 14, 131, 1 si veneto -ove faves, quid coccina sumes? ne fias istā transfuga sorte vide. CIL VI 10048, 10 (*saec. II in.*) *agitator quidam* bigas m(iliarias) vicit ... ad -u(m) II (*locum explicat Cameron l. l. p. 63 sq.*). TAB. devot. Audollent 272[A], 9 (*saec. II*) Attonitus -i ... cadat (*defigitur equus ut*: 286[B], 5 [*saec. III*] demando tibi, *daemon,* ... ut equos -i et albi crucies, ocidas. *al.*). INSCR. Alföldi, Kontorniat-Medaillons, 1976, 209 n. 169 (*saec. IV ex.*) Eustorgius in -o (INSCR. Annuaire de la soc. franç. de numism., 1877–1881, 247 [*sc. in simili tessera, quae deest apud Alföldi, ut dubites an genuina sit*]. CIL VI 10049[a], 5 vicit palmas *tot, inter quas* ... in -o LV. 10049[b], 5. *aliter l. 66*). *al.* Ⓘ *generis masc.*: PETRON. 70, 13 *coquus coepit* dominum suum sponsione provocare 'si -us proximis circensibus primam palmam *laturus esset.*' MART. 11, 33, 1 saepius ad palmam -us post fata Neronis pervenit. 11, 33, 4. CIL VI 10048, 11 (*saec. II med.*) *quidam agitator* eripuit et vicit *totiens,* ... -is CCXVI *eqs.* (*item plur.* [*sed fort. de -i fautoribus*]: VICT. TONN. chron. II p. 195, 513 -orum ... et venetorum turbae adversum Anastasium imp(eratorem) unitae ... incendium in urbem miserunt). SCHOL. Iuv. 11, 199 (*vs. 198* eventum viridis quo *fragore* colligo panni *eqs.*) si vinceretur -us, ... sic tristem urbem videres, ut si esset bello victa (*cf.* CASSIOD. var. 3, 51, 11 transit -us, pars populi maeret). CIL XII 5687, 23 (= XIII 10013, 27 *?*) ⟨nica⟩ -e (INSCR. Déchelette, Vases céram. II p. 300 n. 123. *item in exhortatione*: CIL XV 6261 vig(i)la -e). *al.*

b *quibusvis* (*sc. adi. pro subst.; ad rem cf. Cameron l. l. p. 193 sqq.*): CASSIOD. var. 1, 20, 2 partis ... -i insinuata petitione comperimus – quoniam hoc introductum est, ut populi de colore vocitentur – seditiones turbulentas ... incitari (1, 20, 3 patrocinium p. -i. 1, 27, 2. 1, 33, 1 pantomimum -i p. 1, 33, 2). 1, 20, 4 -i pantomimus. CIL XII 5682, 95 (*in lucerna ad imaginem gladiatorum*) pra⟨si⟩no sis, *sc. propitius* (*ita suppl. ed. dubitanter*).

2 *vario usu respiciuntur*: **a** *quaelibet res* (*chamaeleon l. 55 sq.*): PETRON. 27, 2 *Trimalchio* soleatus pila -a exercebatur (sparsina, sparsiva, sparcina *var. ll.*). MART. 3, 82, 11 -o ... flabello. HIST. AVG. Heliog. 19, 2 aestiva convivia coloribus exhibuit, ut hodie -um, vitreum alia, ⟨alia⟩ die venetum ... exhiberet. CAEL. AVR. acut. 2, 14, 93 fellea *sputa ingravescente passione* aeruginosa atque -a vel nigra efficiunt⟨ur⟩ (chron. 2, 14, 197 faeculenta, dehinc livida vel -a. *cf.* 3, 2, 19 vomitus ... fellei et -i humoris. *v. etiam p. 1131, 25*). SIDON. epist. 2, 10, 4 vers. 15 sub versicoloribus figuris vernans herbida *marmoris* crusta sapphiratos flectit per -um vitrum lapillos. CASSIOD. var. 5, 34, 2 *chamaeleon bestia potest* modo veneta, modo blattea, modo -a, modo ... cyanea reperiri (*sim. de eadem*: in psalm. 52, 7 l. 194. *cf. p. 1130, 12*). VEN. FORT. carm. 8, 7, 13 stat -o venetus: pugnant et flore colores (*iocose alludit ad factiones circenses*). *al.*

b *vestimenta* (*fortasse huc trahas* CIL VIII 1013 ⟨p⟩rasina colore clavat⟨ura*?*⟩): PETRON. 64, 6 puer *Trimalchionis* ... catellam nigram ... ⌞-a⌟ involvebat fascia (⌞ ⌟ i. viridi *explicat cod. unus*). MART. 10, 29, 4 -a ... synthesis. SCHOL. Iuv. 5, 143 ('viridem thoraca *parasiti*') armilausiam -am, ut simiae. ACT. Archel. 14, 3 crura ... bracis obtexerat colore diverso, quarum una rufa, alia velut -i coloris erat. PAP. Tjäder 8, 2, 7 (*a. 564*) sarica (*i. tunica serica*) -a ornata. *neutr. (an masc.?) pro subst. de ipso colore*: PAP. Tjäder 8, 2, 6 (*a. 564*) camisia tramosirica in cocco et -o.

c *lapides sim.*: **α** *adi.*: PLIN. nat. 37, 181 sagdam Chaldaei vocant ... *gemmam* -i coloris (*inde: Sol. 37, 9* iucundissime virens. ISID. orig. 16, 7, 13 [*tit.* de viridioribus gemmis] sagda gemma -i c. *fortasse addas p. 1130, 16*). AMPEL. 8, 21 *domus Cyri regis habet* tegulas ex lapide -o (VET. LAT. gen. 2, 12 [Ambr. parad. 3, 14. *al.*] *in terra Evilath* est carbunculus et l. -us [*gr. πράσινος, Vulg.* onychinus]. *inde* AVG. gen. c. Manich. 2, 10, 14 viriditate l. -i significatur *vita aeterna. al.; cf. p. 1130, 4*). LIB. pontif. p. 53, 24 *scyphum* ornatum ... de gemmis -is (*al. ibid.* SCHOL. Iuv. 6, 458 ['virides g.'] -as [*nisi f. pro subst.*]). GROM. p. 351, 25 termini marmorei ..., alii marmorei virides, alii palumbacii, alii -i. ISID. orig. 19, 17, 10 chrysocolla colore -a est. **β** *subst. de smaragdo sim. (creta viridi l. 14): masc.* (*vel generis incerti*): PS. PHILO antiq. 25, 11 lapides ... preciosi erant allati de terra Evilath, in quibus christallinus erat et -us. HIST. AVG. Maximin. 27, 8 (*inter arras sponsalicias*) monoli⟨n⟩um de albis novem, reticulum cum (*om. P,* de *edd. vet.*) -is undecim. EPIPHAN. Avell. 244, 12 smaragdus, qui et -us, viridis est speciei (*item pro syn. est*: 244, 31. 53. *distinguitur*: CARM. de resurr. 214 [*de paradiso novo*] -us inde nitet, illinc carbunculus ardet zmaragdusque lapis ... lumina fundit). DIOSC. 5, 114 p. 215, 16 crisocolla utilis est Armenia et colore(m) habens -i (frasini *cod.; gr. 5, 89, 1 καταχόρως πρασίζουσα*). CASSIOD. or. frg. p. 481, 17 -i tremula viriditate conludunt. var. 5, 34, 2 *chamaeleon* aureo tantum capite et ... membris subalbentis -i colore distinguitur. *al.* *fem.* (*hucine p. 1129, 75?*): ISID. orig. 19, 17, 9 -a, id est creta viridis (prasin *tradi vid. codd. potioribus, ut et* GLOSS.[L] I Ansil. PR 9 [cod. Paris.]). *?neutr.*: GLOSS. Leid. Hessels 41, 10 smaragdus viridem colorem habet, hoc est -um ([*nisi ad p. 1129, 68*]. *inter explicationes lapidum sec. apoc. 21, 19 sq., quae in aliis glossariis perperam alphabetice digestae sunt [v. Bradley, Class. Quart. 13, 1919, 103], sc.* GLOSS.[L] Corp. c 77 calcido [*i. calchedo*]: ut ignis lucet [haec est -um]. s 378 smaragdus viridem habet colorem, ⟨hoc est -um⟩. GLOSS. V 352, 21 *et 392, 9*]).

adhibetur pro subst.: l. 2. p. 1129, 10. 39. 65.

deriv.: prasinatus, prasinianus. *Corbeill.*

[x]prasion, -ū *et* **[x]prasium,** -ī *n., πράσιον.* *scripturam* prasi- *testantur codd. antiqui* ANON. med. ed. Piechotta 163 ORIBAS. syn. 7, 2, 6 Aa p. 134. *al.* RVF. podagr. 27. 36, *sed codd. recentiores exhibent passim* prassi-, *e. g.* SER. med. 362 (*v. l. 43*). PS. APVL. herb. 45 l. 28. DIOSC. 3, 105 p. 422, 22 (*sed* prasi- 3, 116 p. 426, 6). ORIBAS. syn. 2, 39, 3 La p. 112, 28; *ceterum in var. l. scribitur etiam* ph(a)ra- PLIN. nat. 20, 175, parsi- PLIN. nat. 20, 241. *formae gr.: nom. vel acc.* -on (-os *perperam l. 52*) *passim, e. g.* PLIN. nat. 20, 175. 177. SER. med. 362 (*metro firmatus*). DIOSC. 3, 31 p. 391, 8. ORIBAS. syn. 2, 4 La p. 95, 16 (-u Aa), *gen.* -u *l. 64 sqq. et* ORIBAS. syn. 3, 14, 1 Aa p. 853 RVF. podagr. 27, *fortasse etiam* PLIN. phys. Bamb. 82, 55, *dat. v. l. 40, nom. plur.* -a *p. 1131, 2 sq.; lat.: nom. vel acc.* -u(m) PLIN. phys. Bamb. 42, 20 DIOSC. 3, 115 p. 425, 20 ORIBAS. syn. 7, 11, 21 Aa p. 143. *al.* (*cf. l. 45*; -us *perperam* GLOSS. III 569, 62. 585, 21; -o *pro* -u *l. 74 et* ORIBAS. syn. 3 add. 56 La p. 915 [*nisi est pro* -on]), *gen.* -ii PS. THEOD. PRISC. add. p. 304, 16. 304, 26 (prassū *trad.*). ANTIDOT. Brux. 200 DIOSC. 5, 70 p. 194, 9, *dat. vel abl.* -o PLIN. nat. 1, 20, 67. 1, 20, 89. DIOSC. 3, 105 p. 422, 22 (*sec. dat. gr. πρασίῳ ut*: 3, 116 p. 426, 6. 3, 137 p. 433, 10), *fortasse etiam* ORIBAS. syn. 7, 11, 21 Aa p. 143; *fem.* -a(m) *l. 56 vix antiquitati tribuas.* *coniungitur cum part. masc.* RVF. podagr. 36 -u ... impositus, *cum fem. fortasse* ORIBAS. *l. 63.* *syllaba prima longa est* SER. med. 367 (*ut praeferenda videatur var. l.* prassi-). [*ad confusionem cum* prason *v. infra sub 3; e coni. dub.* -um *pro* passum CELS. 5, 11.]

nomen gr. herbarum (*in exemplaribus gr. nimirum respondet πράσιον, quod infra non adnotavimus*): **1** *marrubii* (*quo medicina saepe utitur; ad rem v. vol. VIII 415, 9 sqq. et e. g. André, Les noms de plantes, 1985, 207*): PLIN. nat. 20, 241 (1, 20, 89 *medicinae ex* marrubio sive -o) marrubium plerique inter primas herbas commendavere, quod Graeci ⌞-on⌟ vocant, alii linostrophon *eqs.* ([⌞ ⌟ parsion *fere trad.*]. PELAGON. 93. PS. APVL. herb. 45 l. 28 -on [*inde* GLOSS.[L] I Ansil. PR 14 med. p. 64 -os]. ANON. med. ed. Piechotta 163 ISID. orig. 17, 9, 58 GLOSS.). SER. med. 362 quae nomine -on herba est (*pars est compositionis ut*: PS. THEOD. PRISC. add. p. 304, 16 recipit ... -i *tantum.* PLIN. phys. Bamb. 82, 55 RVF. podagr. 27. *al.*). PS. THEOD. PRISC. simpl. med. 111 -um (-am *trad.; librarius praemisit tit.* de -a) herba calida et sicca est nimium (*sim. affertur inter ea quae calefaciunt*: ORIBAS. syn. 2, 4 Aa p. 95, 16 -u [-on La]). DIOSC. 3, 115 p. 425, 20 de -u; -u aut filoflores (*gr. φιλοφαρές*) frutex est ex una radice multas virgas habens *eqs.* 3, 137 p. 433, 10 *orchis* folia habet similia -o (*sec. falsam var. l. gr. πρασίῳ pro πράσῳ* [*cf. Plin. nat. 26, 95* foliis porri]). ORIBAS. syn. 3, 36 (35), 27 Aa p. 859 -u in vino coctum superponis (*item imponitur*: 7, 11, 21 Aa p. 143 -u coctu [-o cocta ... herba La, *syntaxi parum dilucida*]. RVF. podagr. 36). *al.* *διὰ πρασίου pro nomine compositionis* (*trad. fere compos.* diapra(s)sium *sim.; cf. vol. V 1, 939, 9 sqq.*): THEOD. PRISC. log. 62 dabo antidota ex pipere ..., dabo dia -u. CASS. FEL. 40 p. 92, 17 dia -u id est ex marrubio. 41 p. 95, 3. 66 p. 163, 18. **2** *variorum origani generum* (*ad rem v. André, loco cit. p. 207 et 263* [*s. v.* tragoriganum]): PLIN. nat. 20, 175 (1, 20, 67 *medicinae ex* origano oniti sive -o) onitin alii -on appellant, non dissimile hysopo. 20, 177 *origanum* Heraclium ... tria genera habet: ... alterum ... mollius, sampsucho non dissimile, quod aliqui -on vocare malunt. DIOSC. 3, 31 p. 391, 8 est et alterum *tragorigani* genus ..., quem -on dicunt, sed melior ciaca (*gr. ἡ Κιλίκιος*) ... et cretica (*fortasse huc quodammodo pertinet* GLOSS. -o [*sc.* -um] creticum id est ⌞salia⌟ [*corruptum*; alia *Bücheler, sc. species? dub. an conferas supra l. 14*]). **3** *porri* (*per confusio-*

[Bk.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nem cum prason; *cf. l. 45. 51. p. 1130, 60*): GLOSS. III 359, 25 (*in capite* de oleribus) porri: *πράσια* (*item* 397, 68 prassia. GLOSS.^{L} I Ansil. PR 10 [med. p. 64] prassica).

prasītēs *m., πρασίτης* (*ponitur acc.* -ēn [-em] *fere pro indeclinabili*). *in appositione vergens in usum adi. significat quod prasio confectum est*: DIOSC. 5, 70 p. 194, 6 de bino -em; vinu -en conficitur sic: folia prassi ... mittes in musti amfora *eqs.* (*sec. var. l. gr. 5, 48 πρασίτης οἶνος· πρασίτου κτλ. pro ὁ διὰ πρασίου· πρασίου κτλ.*).

prasium *v.* prasion *et l. 27.* **1. prasius** *v.* prasion.

2. prasius, -a, -um, *πράσιος* (*nisi hic illic falso tradi putes pro* prasinus). *i. q. prasinus*: **1** *respicitur gemma quaedam viridis (sc. m. pro subst., nisi adi. intellegas in* GLOSS.; *ad rem v. e. g. Caley-Richards, Theophrastus on stones, 1956, 137 sq.): de ipso lapide*: PLIN. nat. 37, 113 (1, 37, 34 de -o [pras(s)ia *vel* prasta *trad.*]) viridantium *gemmarum* et alia plura sunt genera: vilioris turbae -us (prassius, prastas *var. ll.*) ...; praefertur his chrysoprasos porri sucum et ipsa referens (*conferasne Theophr. lapid. 37 πρασῖτις?*). ISID. orig. 16, 7, 4 (*in capite* de viridioribus gemmis) ⌞-us⌟ pro viridanti colore dictus, sed vilis (⌞ ⌟ *inde* -us lapis GLOSS.^{L} I Ansil. PR 15 [cod. Paris.]). *de eius colore* (*si recte restituitur*): TERT. coron. 15, 1 alius *angelus* (*apoc. 10, 1*) iridis ambitu ornatur caelesti ⌞-o; sedent⌟ et presbyteri coronati (⌞ ⌟ *coll. apoc. 4, 3* visioni smaragdinae *coni. Finé, Die Terminologie der Jenseitsvorstellungen bei Tert., 1958, 230 adn. 33*; prato s. *vel* proto s. *trad., unde compos.* protosedent *restit. edd. vet.*). **2** *respicitur liquor eructatus*: CAEL. AVR. acut. 3, 20, 194 surgente passione *cholerica fit* ... vomitus ... humoris atque fellis flavidi, dehinc vitellis ovorum similis, tunc -i atque aeruginosi, ultimo etiam nigri (*cf. l. 36. p. 1129, 52. vix recte n. pro subst. intellegitur in indice ed.*).

prasizōn, *πρασίζων* (*part. praes. verbi q. e. πρασίζειν*). *i. q. vergens in colorem porri, porraceus*: ORIBAS. syn. 2, 56, 13 La p. 121, 17 viscus ... -on colore intrinsecus, extrinsecus autem subrubens (*Aa* prasino colore).

[prasochrūs *v. vol. X 1, 387, 2.*]

prasoīdēs, -es, *πρασοειδής*. *i. q. porri colore praeditus, porraceus*: PLIN. nat. 37, 109 *quidam* duo genera eius *topazi* faciunt, ⌞-es⌟ atque chrysopteron, simile chrysopraso (⌞ ⌟ prassiode(n), trasoide *sim. trad.*). CASS. FEL. 21 p. 33, 13 aliquando in similitudinem coloris foliorum viridium porri choleram vomunt, quam ⌞-e appellant⌟ (prasohide [parochidie, praessoida] a. *trad., cf. Junel, In Cass. Fel. Studia, 1936, 15*; -en vocant *Rose; ad rem cf. l. 24*).

prason (*gen.* -ī *l. 48?*) *n., πράσον. nomen gr. plantarum*: **1** *fruticis cuiusdam marini*: PLIN. nat. 13, 135 (1, 13, 52 -on) *orientis oceanus* folio lato, colore viridi gignit quod quidam -on vocant, alii zostera (grasson *sim. codd. utroque loco, corrigitur sec. Theophr. hist. plant. 4, 6, 2*). **2** *porri* (*cf. p. 1130, 75*): ORIBAS. eup. 2, 1 *Π* 10 Aa p. 498 -on, porrus: -on, id est porrus, calefacit *eqs.* (*sim.* Ab [*scribitur* preson], La [*scrib.* prasson], *sed gr. 2, 1 Π 27 tradi videtur πράσιον*). GLOSS. porrum: ⌞*πράσον*⌟ (*varie scriptum, e. g.* praston GLOSS. biling. 14, 10, prasson GLOSS.^{L} I Ansil. PR 11). *dubium*: GLOSS. III 542, 16 (*item fere* GLOSS.^{L} I Ansil. PR 12 [med. p. 64]) ⌞prassi⌟: idest sucus de porro (⌞ ⌟ *subaudiasne* sucus? *πράσον Goetz*). *?***3** *albuci* (*v. André, Les noms de plantes, 1985, 207*): GLOSS. III 542, 1 ⌞pessuagrion⌟: idest albucium (⌞ ⌟ -on agrion *restit. André, ut etiam* 572, 33, *ubi tradi vid.* prasioagion).

prass- *v.* pras-.

prassa: carta GLOSS.^{L} I Ansil. PR 8 (med. p. 64. *item* GLOSS. III 541, 31 prasa. 572, 4 prasfa). *obscurum.*

prassica *v. l. 3.* **praston** *v. l. 46.*

prāsus *v. p. 1124, 35.*

prātālis, -e. *a* pratum. *i. q. ad pratum pertinens, pratensis*: CE 525, 6 ⟨f⟩l⟨or⟩ib(us) asparsus iaces ex -bus arvis.

*?***prātēns,** -entis, *part. praes. verbi a* pratum *derivandi pro adi. adhibitum, si recte trad.* *i. q. colorem prati praebens, in speciem prati viridans*: APVL. met. 8, 18, 6 nemus ... proceris arboribus consitum et ⌞-bus⌟ virectis amoenum (⌞ ⌟ *cod. F, sed exspectes part. I^{ae} coniug.* pratantibus, *si conferas verba similia ab* APVL. *novata* araneans, buxans, herbans, tuberans *et memineris admodum rara esse verba II^{ae} coniug. a subst. I^{ae} vel II^{ae} decl. derivanda* [*cf. Mignot, Les verbes dénominatifs Latins, 1969, 120 sq. et 216*]; patentibus *φ*, pratensibus *Oudendorp*).

prātēnsis, -e. *a* pratum. [*e supplemento valde dubio*: CIL XI 248 *viam fecerunt* a publica ⟨via ad praten⟩sem.]

1 *significatur quod ad pratum pertinet, sc. de herbis sim.* (*locustis* PLIN. med.) *in pratis nascentibus*: HOR. sat. 2, 4, 20 (*inter praecepta bene cenandi*) -bus optima fungis natura est (PORPH. dulces sunt enim de prato. *ad rem v. Maggiulli, Nomenclatura micologica lat., 1977, 65 sq.*). COLVM. 6, 3, 3 -e faenum (*ad boves pascendos*). 6, 17, 2 (*inde* VEG. mulom. 4, 21, 2) *trifolium* -e (*distinguuntur* acutum t. [*ut apud* SCRIB. LARG. 163] *et* montanum). PLIN. nat. 18, 34 *boni agri* notas subsignabimus Catonis maxime verbis: '... trifolium, herba -is, quercus *eqs.*' (*quae verba Cato agr. non exhibet; similia profert Colum. 2, 2, 20, ubi respondet* gramen). 21, 49 flores (*postea*: plerique ... sine nominibus). 21, 86 (*cf.* **1**, 21, 50) pastinacam -em. PLIN. med. 3, 26, 3 locustarum ⌞-ium⌟ pedes (⌞ ⌟ *deest Plin. nat. 30, 30*). **2** *significatur quod prati simile est, sc. de loco herboso* (*e coni. dub. p. 1131, 66*): PS. APVL. herb. interpol. 2 adn. 35 nascitur locis -bus ac mundis (locis ... cultis vel pratis *rec. β*, locis pratis et cultis *rec. γ*).

*?***prāteo** *v.* pratens. *Bk.*

prātulum, -ī *n.* *a* pratum *deminutive.* *i. q. parvum pratum*: CIC. rep. 1, 18 placitum est, ut in aprico maxime -i loco ... considerent (*ad disputandum ut*: Brut. 24 in -o propter Platonis statuam consedimus. AVG. beat. vit. 23 placuit ... in -i propinqua descendere *eqs.*). Att. 12, 6, 2 quo *sole* tu abusus es in nostro -o (*vix in imagine dictum, v. Shackleton Bailey ad l., 1966, 353 sq.*). PLIN. epist. 5, 6, 35 alibi -um, alibi ipsa buxus intervenit *in hippodromo villae.* ARNOB. nat. 5, 24 p. 279, 24 cum in Siciliae -is ... legeret ... flores *Proserpina.*

***prātum,** -ī *n.* (prātus *v. l. 25 sqq.*). [*forma similis est cuidam p. p. p. neutr.* (*cf.* strātus, lātus, gnātus *vel etiam* grātus), *sed significatio cum nullo verbo facile coniungi potest.* *hibern. vet.* rá(i)th (*masc. vel fem.*) *fort. ex* *prā-to- (*vel* -ti-) *ortum est, sed 'vallum' vel 'tumulum' significat. Fo.*] *vocem derivatam esse a* paratum *putant* VARRO *aliique, v. vol. X 1, 431, 43 sq.* *scribitur* para- *e. g.* VERG. Aen. 6, 674 (*R*). *abbreviatur in terminis* pra *p. 1133, 70. 1134, 5,* prat *p. 1133, 68. 73. al., ceterum fort.* pr *l. 29.* NOT. Tir. 92, 86 -um. *de genere et de formis*: CAPER gramm. VII 105, 6 sq. si quaeras, hic -us sit dicendum an hoc -um, pluralis numerus cum faciat haec -a nec recipiat hi -i, manifestum est genus (*ceterum neutr. testatur e. g.* DVB. NOM. gramm. V 588, 9). *nom.* -us *exstat* GLOSS. III 199, 58 *et, si recte solvitur,* TAB. fund. Volceian. (CIL X 407) 3, 15 pr(atus) Sicinianus, *falso restitutus est a correctore cod. P* GROM. p. 322, 5 (-um *man. pr.; v. Josephson, Casae litterarum, 1950, 167*); *cf. etiam* 2. pratus. *gen. sing.* -us *tuentur edd.* VET. LAT. Sirach 24, 42 (*v. p. 1135, 2; conferre possis* dorsus *vol. V 1, 2037, 19. 23 sqq.,* fretus *vol. VI 1, 1311, 55 sqq.*). *vix agnoscas abl. sing. fem.* -a IORD. Get. 316, *v. vol. V 2, 1127, 20.* *legitur inde a* PLAVTO, ENNIO, CATONE; *longe praevalet plur., non solum in poesi (e. g.* VERG. *plur. 14/sing. 1,* HOR. *6/1,* OV. *9/5,* SEN. *trag. 7/1; aliter* PHAEDR. *–/4), sed etiam in oratione soluta* (*e. g.* VARRO rust. *plur. 23/sing. 3,* COLVM. *28/7,* PLIN. nat. *19/2; aliter* CATO *3/8*). [*val.* prat; *it.* prato; *sard.* pratu; *raet. or.* prat, *occ.* pro; *francog.* pré; *var. francoprov., prov., vasc.; cat.* prat; *hisp.* prado; *port.* prado. *cf. M.-L. 6732. Battisti-Alessio IV 3050. Wagner II 303. Wartburg IX 333 sqq. Corominas^{2} IV 630. Machado^{3} IV 413. St.*] [*confunditur in codd. litteris commutatis cum* pars, *e. g.* IVVENC. 4, 266, *vel cum* partus, *e. g.* VET. LAT. Sirach 24, 42; *falso trad.* -orum DIRAE 82 (Parcarum *var. l.; conicitur* praetorum *vel* raptorum); *loco mutilo* GRATT. 541.]

de campo aperto herbis floribusque consito, fere i. q. λειμών (*item* CHAR. gramm. p. 458, 17 GLOSS., *cf.* SACERD. gramm. VI 463, 26 [*loco interpol.*] -a ... dicuntur et loca fenicularia [*affert* VERG. georg. 1, 289] ... et loca florida [*affert* VERG. Aen. 6, 707]. GLOSS. *χορτοκόπιον*. GLOSS.^{L} I Ansil. PR 17 -a: pascua. *sim. al.*). *distinguuntur passim varia genera soli vel culturae, ut* arvum, *e. g.* CATVLL. 115, 5 COLVM. 11, 2, 15 VLP. dig. 39, 3, 3, 2, hortus *p. 1133, 26. 34. al.,* seges *p. 1133, 34. 37 et sim. al.; fere pro syn. est* pascuum, *e. g.* SEN. Thy. 232 COLVM. 2, 2, 7 SCAEV. dig. 33, 7, 20, 7 (*cf. et l. 49*). *accedit gen. poss. e. g. l. 58 sq. p. 1133, 51 (adi. pro gen. p. 1133, 53. 1134, 32. al.), explic. p. 1134, 22. 54. 72. 1035, 4. al.* (*cum abundantia quadam*: SEDVL. op. pasch. 1, 1 p. 178, 14 florei graminis -a); *adi. notabiliora collegimus in appendicula.*

I *proprie*: **A** *generatim*: **1** *respectu vario* (*exempla selecta inde a* VERG.): ENN. ann. 143 ⟨Cael⟩i *montis* caerula -a ([*suppl. Lindsay,* ⟨pont⟩i *Scaliger vix recte, v. Skutsch ad l.*]. *cf.* 516 *equus* fert sese campi per caerula laetaque -a [*affert Macr. Sat. 6, 3, 8 comparans Hom. Z 511 μετά τ' ἤθεα καὶ νομόν et Verg. Aen. 11, 494* in pastus]). scaen. 155 (*nisi est alterius poetae*) herbis -a convestirier. SENT. Minuc. (CIL I^{2} 584) 37 -a, quae fuerunt ⌞proxuma faenisicei⌟ (*v. vol. VI 1, 165, 35 sqq.; cf.* 42 ne ampliorem modum -orum habeant, quam proxuma aestate habuerunt). CIC. parad. 51 callidi rerum aestimatores -a et areas ... magno aestimant (*pro fundamento divitiarum ut*: nat. deor. 1, 122 -a et arva ... diliguntur ..., quod fructus ex is capiuntur. Att. 1, 4, 3 supero Crassum divitiis atque omnium vicos et -a contemno. CATVLL. 114, 3. *al.*). Cato 54 *non* segetibus solum et -is ... res rusticae laetae sunt, sed hortis etiam *eqs.* 57 de -orum viriditate. CATVLL. 11, 22 *amor* cecidit velut -i ultimi flos (*item respiciuntur flores*: LVCR. 5, 785 florida fulserunt viridanti -a colore. VERG. georg. 4, 271. 4, 306 ante novis rubeant quam -a coloribus. HOR. carm. 3, 27, 29. OV. fast. 1, 345 factis -i de flore coronis. trist. 3, 12, 7 -a ... pubescunt variorum flore colorum. COLVM. 9, 13, 14. *al.*). LVCR. 5, 603 quam late ... -a riget fons. 5, 1372. VERG. ecl. 7, 11 huc ... venient per -a iuvenci. georg. 1, 384 volucres

[Peri]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

... Asia circum ... rimantur -a (*Serv. georg. 1, 383 confert Hom. B 461 Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι*). Aen. 6, 707 velut in -is ubi apes ... floribus insidunt ..., strepit omnis murmure campus. DIRAE 16 flavescant aestu sitientia -a. HOR. epod. 2, 57 herba lapathi -a amantis (*item respiciuntur herbae pratenses*: PLIN. nat. 24, 152 herbam in -is tenuem. *al.; formula* nascitur [*vel* nascens] in -is: PLIN. nat. 26, 40 in segete ac -is. 27, 32 in frumentario agro aut hortis -isve. *al.* Ps. APVL. herb. 49 l. 12 locis cultis ... et in -is [*sc. heliotropia ut* DIOSC. 4, 186 p. 92, 16, *sed gr. 4, 191 παρὰ λίμναις*]. *al.*). carm. 1, 4, 4 nec -a canis albicant pruinis (*describitur ver ut*: 4, 12, 3 OV. fast. 1, 156. *al.; addas p. 1132, 72. 73*). OV. ars 1, 279 mollibus in -is admugit femina tauro. PAVL. FEST. p. 99 in -o cursu aut viribus contendebant *pastores*. PHAEDR. 1, 24, 2 in -o quondam rana conspexit bovem. SEN. Phoen. 546 hostili grege campos repleri ..., equitatu levi Cadmea frangi -a. epist. 90, 43 -a sine arte formosa *aevi antiquissimi*. COLVM. 10, 281 laetis ... virent convivia -is. CALP. ecl. 3, 15 cum -a calent, ... iacet *taurus* ... in umbra. PLIN. nat. 19, 63 spongeas in umore -orum enascentes (*cf. p. 1131, 71*). HOMER. 531 sternuntur ... corpora per campos et sanguine -a rigantur. CE 1264, 2 (*saec. I?*) *miles quidam* situs est -a per Inlyrici. CIL V 5203 vicanis ... -um ... dedit, ex cuius red⟨itu *eqs.*⟩ (*cf. infra l. 59*). *al.* *in descriptione loci amoeni* (*cf. B3*): VERG. ecl. 10, 42 hic gelidi fontes, hic mollia -a ..., hic nemus. LYDIA 16 gaudebunt silvae, gaudebunt mollia -a et gelidi fontes. PROP. 1, 20, 37 *in sede nympharum*. OV. am. 3, 5, 5. MART. 12, 31, 3 nemus, ... fontes, ... umbra ..., -a ..., rosaria. CLAVD. 10, 57. *al.*

2 *respicitur -um colendum*: CATO agr. 1, 7 (*inde* VARRO rust. 1, 7, 9 PLIN. nat. 16, 176) quinto *loco est* -um, sexto campus frumentarius (*praeferuntur* vinea ..., hortus ..., salictum ..., oletum. *cf.* VARRO rust. 1, 7, 10 alii dant primatum bonis -is. COLVM. 3, 3, 1 optabiliorem -orum possessionem pascuorumque. *al.*). 2, 4 per ferias potuisse ... -um purgari (VARRO rust. 1, 29, 1. COLVM. 11, 2, 15 -a vel arva. *al.; cf. l. 38*). 5, 8 fenum cordum, sicilimenta de -o. 8, 1 -um si irrigivum (*v. p. 1135, 6*) habebis, ... ne fenum desiet, summittito (VARRO rust. 1, 49, 1 de -is summissis herba ... subsecari falcibus debet. COLVM. 11, 2, 15 in fenum submittuntur. 11, 2, 27. *cf. l. 42*). 29 alteram ... partem *stercoris* in -um reservato (*item de -o stercorando*: 36 stercus ... spargere ... in -um vel in hortum vel in segetem. 50, 1 [*cf.* ind. capp. 58] -a primo vere stercorato luna silenti. VARRO rust. 1, 29, 1 putari ⟨arbusta, stercorari⟩ in -is [*si recte suppl. Keil*]. 1, 38, 3 minime bonum *esse stercus* equinum, sed in segetes: in -a enim vel optimum. *al.*). 50, 1 cum -a defendes, depurgato herbasque malas ... effodito (SENT. Minuc. [CIL I² 584] 41. VARRO rust. 1, 30. 1, 37, 5 ut defendantur a pastione. COLVM. 11, 2, 27 a pecore. *al.*). 149, 1 -o sicco decedat *conductor pabuli tempore statuto* (*ibid. iterum*). SENT. Minuc. (CIL I² 584) 41 sei ... malent in eo agro alia -a inmittere, defendere, sicare ([*i.* sec-]. VARRO rust. 1, 33. 2, 11, 8 VLP. dig. 50, 15, 4 pr. *cf.* sicilire: VARRO rust. 1, 49, 2 COLVM. 2, 21, 3. tondere: VERG. georg. 1, 289. *sim. al.*). CIL I² 1992 (*saec. II a. Chr.?*) Egnatius ... -a faciunda coiravit (VARRO rust. 2 praef. 4 ex segetibus fecit -a. COLVM. 2, 16, 3. *al.*). VARRO rust. 1, 21 si -a sunt in fundo neque pecus habet, danda opera, ut ... alienum pecus ... pascat. 1, 47 herba in -is ad spem faenisiciae nata ... non calcanda *est*; quo et pecus ab -o ablegandum. *al.*

B *speciatim*: **1** *de singulis -is nomine proprio appellatis; respiciuntur regiones*: **a** *urbis*: CIC. dom. 101 in Vacci -is domus fuit M. Vacci, quae publicata est (LIV. 8, 19, 4). LIV. 2, 13, 5 patres C. Mucio ... agrum dono dedere, quae postea sunt Mucia -a appellata (PAVL. FEST. p. 144 VIR. ill. 12, 6). 3, 26, 8 ubi nunc navalia sunt, ... *L. Quinctius Cincinnatus* colebat agrum, quae -a Quinctia vocantur (PAVL. FEST. p. 256 PLIN. nat. 18, 20). 3, 54, 15 in -is Flaminiis ..., quem nunc circum Flaminium appellant (3, 63, 7). **b** *cuiuslibet loci* (*addas l. 74. p. 1132, 29*): CIL X 5853, 9 (*saec. II¹?*) fundos Ceponian(um) ... et Mamian(um) et -um Exosco ..., ex quor(um) reditu *eqs.* INSCR. Année Épigr. 1972 n. 272 colleg(io) *cuidam* ... ⌞-i novi⌟ (*estne regio quaedam municipii Igabri?*). DONATIO Tiburt. p. CXLVI[b] 29 praeterea eadem largitate offero fundos, id est fundum Callicianum, Casa nova, Casa -i. *huc pertinere videtur titulus mutilus*: CIL X 7873 ⟨le⟩gavit -a Maeci⟨...⟩.

2 *de -is militaribus vel publicis* (*ad rem v. Le Roux, L'armée romaine et l'organisation des prov. ibériques, 1982, 103 sqq.*): INSCR. Année Épigr. 1982 n. 578 (*ex Hispania cit.; aet. Claud.*) terminus -orum leg(ionis) x gem(inae) inter legionem de⟨c⟩imam et ⟨ci⟩v⟨i⟩tatem *quandam* (CIL II 2916a [*saec. I¹*] ter(minus) August(alis) dividit prat(a) leg(ionis) IIII et agrum Iuliobrig(ensium). INSCR. Année Épigr. 1988 n. 923 [*e Dalmatia; saec. I med.*] t(erminus) pra(torum) leg(ionis) XI. *al.*). 1935 n. 13 (*prope Asturicam; aet. Claud.*) terminus -orum coh(ortis) IIII Gall(orum) (*exstant alia exemplaria eiusdem termini, e. g.* INSCR. Dessau 5696). CIL III 14356[3a] (*a. 205*) *quidam* mil(es) ..., cond(uctor) prat(i) Fur(iani) lustr(o) Nert(ii) Celerini p(rimi)p(ilaris) (*v. p. 1249, 59 sqq.; item cum nomine proprio*: INSCR. Niedergerm. Limes, 1974, 27 ⟨l⟩egio prim⟨a⟩ ... -a ⟨A⟩urelian⟨a⟩dampliav⟨it⟩). 13726 (*saec. II/III*) *quidam* trib(unus) coh(ortis) prat(a) pub(lica) terminis circu⟨m⟩clusi⟨t⟩ (COD. Theod. 7, 7, 3 [*rubr.* de pascuis] a p. -is Apamenis animalia militum prohiberi [*distinguuntur* -a privatorum]). INSCR. Hisp. ant. epigr. 8–11, 1957–60, n. 1483 termin(u)s Aug(ustalis) pra(torum) col(oniae) Aug(ustae) Emeritae.

3 *de -is inferorum vel paradisi*: **a** *apud paganos* (*vix recte* Lunai -um *pro* L. portum *coni. Wagenvoort, Mnemosyne 19, 1966, 346* ENN. ann. 16): VERG. Aen. 6, 674 lucis habitamus opacis ... et -a recentia rivis incolimus (*in elysio ut*: CLAVD. DON. Aen. 6, 640 p. 591, 30 campi illic, -a atque nemora beatitudinem commorantibus praestant. 6, 665 p. 594, 14. CLAVD. rapt. Pros. 2, 288 mollia. CIL VIII 23774 [*versus incompti*] erro per Elisia -a). SEN. Herc. f. 698 non -a viridi laeta facie germinant (*in orco ut*: FRONTO p. 233, 1 de Acheruntis ... -is [*opp.* de caeli nemore]. CLAVD. rapt. Pros. 1, 281 -is ... Erebi nigrantibus). **b** *apud Christianos* (*de* TERT. coron. 15, 1 *v. p. 1131, 20*): PASS. Mar. Iac. 6, 12 (*in visione martyris*) iter ... erat per locum -is amoenum. Ps. AMBR. act. Seb. 4, 13 illic -a recentia semper melleis fluunt rivis. PRVD. cath. 3, 104 -a ... multicolora latex quadrifluo celer amne rigat (*in paradiso terrestri ut*: DRAC. laud. dei 1, 189. 1, 193 non ... gelidis canescunt -a pruinis [*cf. p. 1133, 9*]. 1, 493). AVG. in psalm. 83, 10 l. 28 ('in locum quem disposuit') collis est, mons est, terra est, -um est, prope omnia ista dictus est locus ille. QVODV. grat. 2, 11, 10 per gaudiorum -a. INSCR. christ. urb. Rom. 21015 (*vers.*) ⟨am⟩oena piorum pra⟨ta⟩. *al.*

II *metonymice*: PLAVT. Pseud. 811 qui *coqui* ... condita -a in patinis proferunt, boves qui convivas faciunt herbasque oggerunt (*de ipsa herba ut*: OV. ars 1, 299 *Pasiphae* novas frondes et -a tenerrima tauro fertur ... subsecuisse manu). AVG. civ. 11, 8 p. 471, 15 eo loquendi modo ..., sicut ... '-a mugiunt', cum ... in his boves mugiunt.

III *comparationes, imagines, translationes potiores (cf. etiam IB3), quae respiciunt -um tamquam locum*: **A** *qui peragratur, viam praebet (cf. etiam l. 57): transfertur ad res corporeas*: CIC. Arat. 129 *naves* rostris Neptunia -a secantes (*vix huc spectat iam* ENN. *p. 1132, 58*). CE 983, 3 d⟨e⟩sulcanda ... cerea -a *tabellarum* (*v. vol. III 861, 55*). *in imag. respicitur via poetae sequenda* (*sc. genus carminis*): PROP. 3, 3, 18 quis te carminis heroi tangere iussit opus? ... mollia sunt parvis -a terenda rotis. MANIL. 2, 53 integra quaeramus rorantis -a per herbas (*opp. 50* semita trita). NEMES. cyn. 13 insistere -o ..., rudibus qua luceat orbita sulcis (*antea*: cursus ... tramite noto ... faciles). *cum -o novo comparantur puellae iuniores, minus peritae*: OV. ars 2, 698 nec platanus, nisi sera, potest obsistere Phoebo (*sc. umbram donans*) et laedunt nudos -a ⌞novella⌟ pedes (⌞ ⌟ *'nuper ex arvo facta, sc. nondum gramine ubere vestita' Wieland in plagulis [cf. p. 1135, 16]; vix recte de -is modo sectis cogitant alii*).

B *qui pulchritudine, venustate insignis est* (*cf. p. 1133, 20*): OV. met. 13, 790 Galatea, ... floridior -is. SEN. Phaedr. 764 *cito perit hominis pulchritudo*; non sic -a ... aestatis ... despoliat vapor (*in comparatione simili*: STAT. silv. 3, 3, 130 ubi verna novis exspirat purpura -is). IVLIAN. in Os. 14, 5 pulchritudo te ... ita ... vestiet, ut ... liliis et rosetis stellantia -a visantur.

C *qui alimenta et delectationem praebet*: **1** *legentibus vel scribentibus*: SEN. epist. 108, 29 ex eadem materia suis quemque studiis apta colligere: in eodem -o bos herbam quaerit, canis leporem. HIER. epist. 65, 2, 2 *magistra* te per -a virentia et varios divinorum voluminum flores ducat. adv. Pelag. 2, 10 haec breviter quasi de latissimo ... apostolicae doctrinae -o carpsimus. ANIAN. Chrysost. hom. 2, 5 in -is spiritalis ... eloquii (*gr. λειμῶνι*). CLAVD. carm. min. 30, 9 apes ... -a legentes transmittunt saeclis Heliconia mella futuris. DIG. de conc. dig. 1, 9 *in digestorum libris similia iteranda non sunt,* ne ... oriatur aliquid in tali -o spinosum (*nisi ad A, sc. imagine itineris sentibus impediti*). *al.* *in titulo libri* SVET. (*nisi l. 60 de alio dictum*): GELL. praef. 8 est qui 'memoriales' titulum fecerit, est qui *πραγματικά* ..., est praeterea qui -um. PRISC. gramm. II 387, 2 Suetonis in VIII -orum (*sim.* 387, 24. III 275, 15 [*ubi v. Keil de var. l.* praetorum]). ISID. nat. 38, 1 Tranquillus in -is (*sim.* 44, 1). DIFF. Suet. tit. p. 306, 36 differentiae ... ex libro Suetoni ..., qui inscribitur -um.

*?***2** *libidinem exercenti* (*respiciuntur partes obscenae, si recte restituitur*): PRIAP. 52, 9 qui *stupratores* cum te male foderint iacentem, ad ⌞-um⌟ veniet salax asellus (⌞ ⌟ partum *trad., v. Housman, Class. Papers III 1176 sq., et cf. vol. VI 3, 3018, 71 sqq.*). **3** *deditis vitae religiosae*: EVCHER. laud. her. 39 interioris hominis -um (pastus *var. l.*) et voluptas (*de ipso deserto*).

D *qui copia magna herbarum et florum praeditus est* (*cf. iam* VERG. *p. 1133, 2*): TERT. anim. 24, 11 Plato ... solus in tanta gentium silva, in tanto sapientium -o (*item iuxta ponitur*: adv. Marc. 4, 14 p. 459, 16 in tanta frequentia eiusmodi vocum, tamquam in s. vel in -o vel in nemore pomorum). COLLECT. Arian. serm. 14, 1 re⟨d⟩olent de -is sanctorum suavissimi flores (*sc. martyres*).

[Peri]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

E *qui colendus est*: VET. LAT. Sirach 24, 42 rigabo meum hortum ... et inebriabo -us mei fructum (*sc. doctrinam sim.*; partus *var. l.*, prati *edd. vet.; gr. 24, 31 μεθύσω μου τὴν πρασιάν*). GREG. M. dial. 1, 4, 10 *antistes* scripturarum aperiebat fontem et rigabat -a mentium (in I reg. 5, 59).

appendicula comprehendens epitheta notabiliora: ENN. ann. 516 per caerula laetaque -a (*al. v. vol. VII 2, 884, 3 sq.*). CATO agr. 8, 1 irrigivum (*al. v. vol. VII 2, 418, 23 sq.; cf.* irriguum *ibid. 420, 81 sqq.,* irrigare *ibid. 418, 68 sq.*, riguum COLVM. 2, 16, 3 AVSON. Mos. 327). *ibid.* siccum (9. 149, 1 PALLAD. 12, 13, 3. *cf.* VARRO rust. 1, 9, 5 retorrida. VERG. georg. 1, 289 arida. DIRAE 16 sitientia. COLVM. 2, 16, 3 siccaneum). VARRO rust. 1, 6, 5 -a ... herbosa (AVIAN. fab. 6, 3. *cf.* OV. am. 3, 5, 5 gramineo. APVL. met. 7, 15, 1 herbantibus. PRVD. cath. 5, 121 herbida). LVCR. 5, 785 florida (PLIN. epist. 5, 6, 11. *cf. p. 1134, 44 et* ANIAN. Chrysost. hom. 2, 5 florentibus. DRAC. ros. 2 florea). VERG. ecl. 10, 42 mollia (*al. v. vol. VIII 1370, 63 sqq.*). Aen. 6, 674 recentia (PS. AMBR. act. Seb. 4, 13. *cf.* OV. ars 2, 698 novella [PALLAD. 10, 10 tit. de -is n. formandis. 10, 10, 1]. STAT. silv. 3, 3, 130 novis [PALLAD. 10, 10, 4. 12, 2]). OV. ars 1, 299 tenerrima (COLVM. 2, 17, 6 BVC. Eins. 2, 13). met. 1, 297 viridi (*ibid.* 13, 924 PETRON. 127, 9 vers. 5. *cf.* ENN. *supra.* AVSON. 417, 93 p. 280 virentia [AMM. 23, 6, 30 HIER. epist. 65, 2, 2. *al.*]. Mos. 335 viridantibus. PRVD. psych. 863 smaragdina). trist. 5, 4, 9 aperto (SEN. Herc. f. 141).

deriv.: pratalis, *?*pratens, pratensis, pratulum.

[prātūra *v.* ospreatura.**]**

1. prātus *v.* pratum.

2. pratus (prāt-*?*), -ī *m.* *obscurum, nisi idem est ac* 1. pratus (*conferasne p. 1134, 26?*). *nomen herbae*: Ps. APVL. herb. 124 l. 8 sq. *herbam sempervivum appellant* alii ungulam Martis, ... alii -u(m) maiore(m), alii -u(m) minore(m) (*cod. Ca, om. cett.; ad rem v. André, Les noms de plantes, 1985, 207, qui Lex. des termes de botan., 1956, 260 cogitavit de voce gr. quadam corrupta*). *Peri.*

prāvē *v.* pravus.

prāvēsco, -ere. *a* pravus. *i. q. pravum facere* (*vi q. d. factitiva ut e. g.* innotescere *vol. VII 1, 1713, 27 sqq.*): GLOSS. II 252, 26 *ἀφανίζω*: depravo, extermino, disperdo, -o, deformo. 275, 35 *διαφθείρω*: depravo, corrumpo, -o. 437, 30 *στερίσκω*: depravo, privo, fraudo, -o.

β *laxius et hyperbolice dicuntur -ere qui* (*quae*): Ⓘ *alicubi commorantur vel aliqua via eunt, navigant*: Ⓐ *de animantibus* (*mortuis l. 31. 34. 36. al.; corpus eiusve partes indicantur per abl. l. 28. 32. 39. al.; lectos sim. -ssos v. p. 1168, 71*): CIC. Planc. 66 feci, ut ... cottidie praesentem me viderent, habitavi in oculis, -ssi forum. VERG. Aen. 5, 331 *cursor* vestigia -sso haut tenuit titubata solo *lubrico*, sed ... concidit ([*inde* GLOSS. -sso s.: calcata terra]. SEN. Phoen. 220 [*loq. Oedipus*] ego hoc solum ... -o?). HOR. epist. 1, 19, 22 libera ... posui vestigia ..., non aliena meo -ssi pede (*in imag. cum respectu imitandi ut* TAC. ann. 2, 14, 4. *cf. p. 1181, 8*). Ov. am. 1, 9, 13 freta (*cf. l. 37*). 2, 16, 19 Alpes. 3, 5, 16 *taurus* -ssit humum; dum iacet *eqs.* (fast. 3, 598 Dido *mortua* ... et quaecumque aliquam corpore -ssit h. trist. 5, 14, 40 *Protesilaus* Iliacam celeri ... pede -ssit h. *al.*). 3, 6, 12 *si non datur* ulterior nostro ripa -enda pedi (SEN. Phaedr. 511 VAL. FL. 5, 216). met. 5, 135 hoc, quod *occisus* -is, ... habeto de tot agris, *quos possedisti.* 6, 347 posito ... genu ... terram -ssit, ut hauriret *potum* (7, 608 *corpora* inhumata -unt terras. SEN. Ag. 399 ubinam ... moratur? pelagus an t. -it? epist. 91, 16 *lex* omnium, quae t. -unt. *al.*). fast. 4, 762 medio cum -it arva die *Faunus* (EPICED. Drusi 434 Achilles Iliaca ambustis ossibus a. -it. SIL. 5, 113). *al.* *transfertur ad tempus transigendum* (*nisi cogites de limite tangendo, ut ad b spectet*): SEN. Tro. 52 *Priamus* mortalis aevi cardinem extremum -ens. dial. 10, 3, 2 pervenisse te ad ultimum aetatis humanae videmus, centesimus tibi vel supra -itur annus. Ⓑ *de stellis* (*aliter p. 1171, 33*): GERM. 246 *Piscium caudarum* nodum stella -it (*gr. 244 ἐπέχει*). SEN. nat. 7, 12, 8 stellis intra signiferum cursus est; hunc -unt gyrum. 7, 21, 2 *cometes* non dextram laevamque -it partem ... nec ut stella procedit. Ⓘ *ornamento, tegumento sunt* (*servata adhuc notione ponderis aggravantis fortasse l. 51. 54; contextu corrupto huc pertinere videtur* VARRO Men. 307 corona ... -it [*v.* NON. *supra p. 1167, 56*]): VERG. Aen. 4, 148 fluentem fronde -it crinem (OV. fast. 4, 656 tempora f. -it [tegit *var. l.*]). 5, 556 omnibus ... coma -ssa corona (LVCAN. 2, 358 turrita ... -ens frontem matrona c. STAT. silv. 1, 2, 228). 9, 612 *apud nos* omne aevum ferro teritur; ... canitiem galea -imus ([*v.* NON. *supra p. 1167, 55*]. Ov. epist. 13, 39 ipsa comas pectar, g. caput ille -atur? *cf. ibid.* 3, 120 galeam -ssa sustinuisse coma). HOR. carm. 3, 4, 18 ut -rer sacra lauro *et* ... myrto (FIRM. err. 18, 6). Ov. am. 3, 13, 25 crines auro gemmaque -untur (epist. 15, 74 -it articulos ... g.). fast. 4, 518 *Ceres* simularat anum mitraque capillos -erat (SEN. Herc. f. 471 frontem. Herc. O. 375 crinem). SEN. Phaedr. 651 -erant vittae comam (STAT. Theb. 10, 606). LVCAN. 8, 56 *Pompei* voltus ... -entem canitiem. *al.* Ⓘ *innituntur parti corporis sui*: Ov. am. 3, 12, 22 (*item* ars 1, 332) *Scylla* pube -it rabidos inguinibusque canes (*cf. met. 14, 66 sq.* stat ... canum rabie subiectaque terga ferarum ... coercet). fast. 5, 712 qua cervix umeros continuata -it (tegit *var. l.*).

b ***urgendo,*** *tangendo, tenendo*: α *strictius, sc. ipso impulsu corporeo*: Ⓘ *de infestantibus, molestantibus, vi quadam afficientibus*: Ⓐ *respicitur pugna, luctatio sim.* (*cf. p. 1171, 2*): ENN. ann. 572 pes -itur pede et armis arma teruntur ([*sic Vahlen metri causa; alio ordine trad.*]. SIL. 4, 353 teritur iunctis umbonibus umbo pesque pedem -it. *cf. p. 1170, 27*). Ov. met. 9, 45 digitos digitis et frontem fronte -bam *luctans.* trist. 3, 11, 14 (*in imag.*) hoste meum paene -ente latus. SEN. Phaedr. 727 *Hippolytus stuprum inferre temptans* instat -itque (*nisi ad β*). LVCAN. 4, 782 non arma movendi iam locus est -ssis stipataque membra teruntur. SIL. 5, 219 se quisque vicissim incumbunt -ssoque impellunt pectore pectus. Ⓑ *respicitur multitudo stipata* (*cf. l. 72. p. 1171, 5*): CAES. Gall. 7, 28, 3 *fugientes,* cum angusto exitu portarum se ipsi -rent, a militibus *interfecti sunt* (SEN. epist. 95, 23 quanta circa nepotum focos ⟨se⟩ iuventus -it [*nisi forte* circa *pro adv. et* focos *pro obi., ut spectet ad l. 40*]). AETNA 303 ut condensa ⌞-ant⌟ inter se corpora (⌞ ⌟ cremant *trad., coni. alii aliter*). Ov. epist. 2, 92 cum -ret portus classis itura (*nisi ad p. 1169, 22*). Pont. 4, 9, 22 foret a populo tum mihi dulce -i (*21* eliderer). SEN. dial. 5, 33, 1 tribunalia magistratuum -it turba. CVRT. 9, 9, 17 -bantur a sequentibus, qui antecedentes turbaverant. COLVM. 10, 307 iam rosa distendat *corbulam* ... -ssaque ... rumpatur fiscina caltha. STAT. Theb. 10, 910 -it undique lentum *Iovem* turba deum. MART. 3, 58, 6 farta -itur *horrei* angulo Ceres omni. *al.* Ⓒ *vario respectu*: LVCR. 4, 1079 *amantes,* quod petiere, -unt arte faciuntque dolorem. 5, 511 ex utraque polum parti -ere aëra (*subi.*) ... extraque tenere et claudere utrimque. VERG. Aen. 2, 380 improvisum ... qui ... anguem -ssit (IVV. 1, 43 nudis ... calcibus). 5, 187 *navis praecedentis* partem rostro -it *navis insequens.* PROP. 4, 1, 142 (*imagine parum dilucida*) cum fixum mento discusseris uncum, nil erit hoc: rostro te -et ⌞ansa tuo⌟ (ausa *trad.,* suo *var. l.*). Ov. am. 3, 2, 24 (*sim.* ars 1, 158) qui spectas post nos, tua contrahe crura ... nec -e terga genu (SIL. 16, 422 *insequentis equi* flatūs ... vapore t. -i *aurigae*). met. 10, 411 *Myrrha* exsiluit ... furibunda torumque ore -ens 'discede ...' ait. 10, 704 dente -unt domito Cybeleia frena leones. VITR. 1, 5, 7 oneris terreni magnitudo ... pondere -ens *non* poterit ... extrudere muri substructiones (*item de aggere super murum congesto*: 6, 8, 7 tota vi -ere murum). 10, 3, 8 *iumentum* unum plus valendo -it alterum (*sc. iugo, quo coniuncta sunt*). SEN. contr. exc. 5, 5, 3 quasdam partes domus meae rami *arboris* -bant, iam etiam quosdam parietes moverant. *al.*

Ⓘ *de amplexantibus, osculantibus, palpantibus sim.* (*cf. l. 11. p. 1176, 10*): PLAVT. Asin. 775 ne ... ulli pede pedem homini -at *amica* (*cf. p. 1169, 67*). PROP. 1, 13, 22 tantus erat ... *amplexantium* furor; non sic ... Salmonida ... facili -ssit amore *Neptunus.* Ov. am. 1, 4, 35 *ne vir* -at impositis sinito tua colla lacertis (trist. 3, 5, 15. EPICED. Drusi 34 c.que et osque, oculos illius ore -am). 1, 5, 20 forma papillarum quam fuit apta -i (*antea*: tetigi). epist. 11, 58 -ssa refovisti pectora nostra tuis (STAT. Theb. 7, 462). met. 10, 292 ora ... ore ... -it (EPICED. Drusi 34 STAT. Theb. 3, 154). fast. 3, 564 cineres ter ad ora relatos -ssit. LVCAN. 2, 25 membra ... voltusque ... oculosque (*adde l. 31*). VAL. FL. 1, 711 *filii absentis* gressus et inania signa ore -it *pater.* STAT. silv. 2, 3, 45 (*Pan a nympha deceptus ad arborem*) tu saltem declinis ama, -e frondibus undam. *al.* *foventur ova*: SOL. 32, 23 nec alibi fetus -it *crocodilus,* quam *eqs.* (*Plin. nat. 8, 89* incubat).

Ⓘ *de quibuslibet tangentibus, tenentibus* (*proverbialiter* PLIN.; *fort. huc l. 2. p. 1169, 40*): HOR. carm. 2, 10, 3 (*in imag.*) rectius vives ... neque altum semper urgendo neque ... nimium -endo litus iniquum. Ov. ars 1, 40 haec erit admissa meta ⌞-enda⌟ rota ([⌞ ⌟ *nisi praeferas var. l.* terenda *coll. 2, 426*]. *item in imag. de argumento carminis*: SIL. 8, 48 -ssis stringam ... famam narrandi metis). met. 8, 37 felix iaculum, quod tangeret ille *Minos,* quaeque manu -ret, felicia frena vocabat *Scylla.* GERM. 80 Anguis -ssus utraque manu *Ophiuchi* (*cf. p. 1199, 5*). SEN. dial. 1, 3, 5 *Scaevola* dextra ignes hostium -it. LVCAN. 4, 706 cum dira *pugnandi* voluptas ense subit -sso (7, 562 SIL. 1, 515). CALP. ecl. 4, 77 *alios* calamos sectare canales ⌞et -e⌟ (prome *var. l.,* exprime *Leo*), qui ... cecinerunt *grandiora.* PLIN. nat. 28, 25 pollices, cum faveamus, -ere ... proverbio iubemur. SIL. 3, 689 -unt ... sidera quercus *altae.* 5, 670 -it omnis dextera ferrum. STAT. Theb. 2, 288 non hoc *monile Harmoniae* ... Decor ..., sed ... tota -ssit Discordia dextra (*sc. inficiendo*). QVINT. inst. 11, 3, 94 (*de gestu oratoris*) *digiti* tres contracti pollice -untur. *al.* *in medicina cum respectu temptandi* (*saepe obi. subaudiendo*): CELS. 4, 2, 4 *cutis* intumescit et -enti digito cedit. 4, 16, 1 *pars sinistra lienis* dura est et -enti renititur (*item part. praes. masc. pro subst.*: 7, 14, 3. *al.*). 7, 6, 3 *subest* meliceridi ... umor ideoque -ssus circumfluit. *al.* CAEL. AVR. chron. 5, 4, 66 digitis loca. *al.*

β *laxius dicuntur -ere, quaecumque persequuntur, instant, appropinquant, (nimis) vicina sunt* (*obi. non indicato p. 1171, 20 sqq. 46. 58 sq.; contextu exhibentur* instare *p. 1171, 9. 22,* urgere *l. 70. p. 1171, 11. al.*): Ⓘ *-unt animantes, fere vi et armis* (*de ipsis armis p. 1171, 23 sqq.*): Ⓐ *vario usu*: ENN. ann. 28 obsidio ... Titanus -bat *Saturnum Opemque* (*cf. p. 1171, 7; ad rem v. Enn. frg. var. 86* muro circumegit). VERG. Aen. 12, 254 *aves* hostem (*sc. aquilam*) ... facta nube -unt, donec ... praedam ... proiecit (*Claud. Don. ad l. p. 584, 30* instantius persecutae. *ceterum -unt animalia*: SEN. Thy. 735 *leo* hinc et hinc tauros -ens vitulis minatur. SIL. 6, 240 *serpens* catervas ... afflatus peste -bat. *al.*). Ov. met. 5, 604 ego currebam, sic me ferus ille -bat, ... ut solet accipiter ... urgere columbas. SEN. Phaedr. 938 profugum per omnes pertinax latebras -am. SIL. 7, 700 alipedem planta currum -it atque volanti adsilit. 16, 403 *auriga* -it certatque subire dexter (*item in certamine curruum vel cursorum*: 16, 504 Hesperon infestat *cursor* sua per vestigia -ssum. 16, 509. STAT. Theb. 6, 603 quem *praecurrentem* ... gradu -it. *al.*). STAT. Theb. 6, 769 *Capaneus incaute*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

luctans se ... ipse -it. 11, 494 *Tisiphone* urget et ... ora reducentem *Pietatem* -it adstridentibus hydris intentatque faces. *al.* Ⓑ *in re militari (cf. p. 1169, 66. 1172, 74):* *cum obi. acc.* (*exempla selecta*): CAES. Gall. 3, 4, 2 pars castrorum nudata defensoribus -i videbatur. 5, 37, 5 cum magna multitudine hostium -retur *aquilifer* (7, 80, 4. civ. 1, 46, 1 gravius a m. *al.* SALL. hist. frg. 5, 8 undique. *al.*). 7, 19, 2 ex loco superiore (civ. 1, 45, 3. *cf.* BELL. Hisp. 31, 4 a suo l.). 7, 32, 2 eum *hostem* ... obsidione -ere (*al. v. vol. IX 2, 224, 83 sq.*). 7, 51, 1 nostri cum undique -rentur (*cf. l. 6. 23*). civ. 3, 46, 3 Pompeiani ... audacius nostros -ere et instare coeperunt. BELL. Hisp. 31, 5 equitatus Caesaris sinistrum cornum -ere coepit. CIC. Phil. 4, 12 *Antonius* tenetur, -itur, urguetur ... copiis *nostris* (LIV. 9, 15, 1 Luceriam). div. 1, 51 cum ... a Samnitibus ... -retur noster exercitus. NEP. Hann. 11, 5 naves cum adversarios -rent acrius. VERG. Aen. 10, 232 nos (*sc. naves Troianas*) praecipites ferro Rutulus flammaque -bat (TAC. hist. 4, 32, 3 f. fameque). OV. epist. 3, 88 arma cape ... et -e turbatos ... viros. LIV. 8, 38, 6 eques ... ausus incursare in hostem carpendo novissimos -endoque ... agmen detinuit. 32, 24, 4 *locus* -batur impetu hostium. SEN. epist. 32, 3 fugientium -ere vestigia (LVCAN. 2, 652 generi ... -it v. Caesar. SIL. 7, 381. *cf. l. 31. aliter p. 1181, 8*). *al.* *absolute*: CAES. civ. 3, 102, 3 an novis dilectibus, si nemo -ret, Macedoniam tenere conaretur *Pompeius*. VERG. Aen. 1, 467 videbat, uti ... hac fugerent Grai, -ret Troiana iuventus, hac Phryges, instaret ... Achilles. 8, 474 hinc ... claudimur amni, hinc Rutulus -it. 11, 545 tela undique saeva -bant (*cf.* LVCAN. 5, 803 -rent cum Caesaris arma. VAL. FL. 4, 524 *erit* vobis similis fuga, cum -et arcus letifer). LIV. 21, 28, 3 a tergo ... -ente acie (*cf.* STAT. Theb. 8, 351 post terga). SEN. epist. 120, 7 *Horatius Cocles* -entibus restitit, donec *eqs.* *al.* Ⓒ *in venatione* (*cf. p. 1175, 63*): VERG. Aen. 1, 324 apri cursum clamore -entem *virginem* (SERV. auct.: insequentem). 9, 793 turba leonem ... telis -it. GRATT. 153 (*imagine belli*) hostes (*sc. feras*) nudo Marte. 205 *canis* -it inventas *feras*. SEN. dial. 7, 14, 3 ut illarum *ferarum* vestigia -at *venator* (SIL. 10, 79 *canis* -ens v. rostro [*nisi ad p. 1170, 40 coll. p. 1175, 8*]. *cf. l. 18. p. 1181, 8*). SIL. 10, 125. *al.*

Ⓘⓘ *-unt sidera, sol eorumque cursus sim.:* Ⓐ *stellas alias* (*saepe per imaginem partium corporis; aliter p. 1169, 43. 1174, 59*): CATVLL. 66, 69 (*loq. coma Berenices*) me nocte -unt vestigia divum (*i. in caelo sum*). OV. met. 9, 286 *cum* decimum -retur *solis* sidere signum. fast. 3, 852 *sol* here ... *Arietis* vellera -ssit. VITR. 9, 5, 2 Orion ... -ssus ungula Tauri. GERM. 273 subiecta Draconis tempora laeva -it cui *Engonasin sideri* planta (*v. app. crit.*). 429 huic *Hydro* primos tortus Crater -it (*gr. 448 ἐπίκειται*). SEN. Oed. 40 Leonis terga ... -ens *Sol* (*cf.* LVCAN. 1, 656 radiis ... Leonem). nat. 7, 4, 2 *stella Saturni* cum proxima signa Marti -it, aut in lunae viciniam transit aut in solis incidit radios. HYG. astr. 3, 13, 1 *Ophiuchus* pede sinistro -ens oculos, dextro autem testudine Scorpionis innixus. *al.* Ⓑ *homines nascentes* (*sc. in astrologia*): OV. Ib. 216 te fera ... Martis sidera -erunt *Saturnique*. MANIL. 4, 465 tu, *Leo*, ... quarta sub parte -is, ... *pars tua* vicesima et altera laedit. Ps. QVINT. decl. 4, 16 numinum conspirasse violentiam sedemque ... spiritus *mei* conlato pariter igne -isse. Ⓒ *regiones terrae earumve incolas*: MANIL. 1, 644 quos *homines* tum -it aureus orbis *solis orientis*. VITR. 6, 1, 1 alia parte solis cursu -itur tellus, alia longe ab eo distat. SEN. nat. 4, 2, 28 undique sol trahit *umorem*, sed ex his, quae -it, maxime. LVCAN. 3, 253 *Aethiopum solum* non -retur ab ulla signiferi regione poli, nisi *eqs.* 9, 691 -it orbita solis exuritque solum *Libyae*. *al.*

ⓘⓘⓘ *-unt regiones affines, montes imminentes sim.* (*fere in descriptione locorum; cf. p. 1174, 2*): OV. met. 4, 636 *regni Atlantis* humum vicinia nulla -bant. fast. 1, 292 insula, dividua quam -it amnis aqua. SEN. Herc. O. 1252 Maurum -ens Hibera Calpe litus. Phoen. 22 alta maria vertice immenso -it Inoa rupes (SIL. 7, 276 hinc ... saxoso monte -bant ... rupes, ... hinc ... palus. *cf.* STAT. Theb. 5, 154 insuper ingens mons -it. FRONTIN. strat. 1, 4, 7 *cum itineris* latus ... abscisi montes -rent. *al.*). Thy. 643 in arce ... est domus ..., cuius ... latus aequale monti crescit atque urbem -it (*cf.* epist. 90, 7 machinationes tectorum supra tecta surgentium et urbium urbes -entium). *al.*

c *tegendo,* *operiendo sim.* (*exempla quaedam potiora; ceterum cf. p. 1169, 8 sqq. 46 sqq.*): α *usu communi respiciuntur:* Ⓘ *quae aquis obruuntur*: VERG. Aen. 1, 246 *Timavus fluvius* pelago -it arva sonanti ([SERV. populatur, vastat. SERV. auct. cooperiat]. AVIEN. orb. terr. 340). 11, 257 quos Simois -at ... viros (*v.* NON. *supra p. 1167, 55 et cf.* SIL. 6, 298 *Regulo duce non* -ret tot nomina gurges *Trasumeni*). OV. met. 1, 290 culmen ... unda tegit -ssaeque latent sub gurgite turres. GRATT. 52 seu ⌞-ssā⌟ flumina valle ... malum fecere *retibus venatorum* ([⌞ ⌟ *'aquis submersa' Schenkl in schedis; de angusta vel alta valle cogitant alii, cf. p. 1181, 18 sq. et 74 sqq.*]. PLIN. epist. 8, 17, 2 *Tiberis* -it valles, innatat campis). MART. 10, 85, 3 *rura* undis. *al.* ⓘⓘ *quae quolibet modo teguntur, conduntur*: HOR. epod. 1, 33 haud paravero, quod ... avarus ut Chremes terra -am (GAIVS dig. 41, 1, 7, 13 [*sim.* INST. Iust. 2, 1, 31] arborem. ANTH. 406, 8 non potuit terris spiritus ille *Pompeii* -i [*i. non est apud inferos*]). carm. 1, 4, 16 iam te -et nox fabulaeque Manes et domus exilis Plutonia. OV. ars 1, 286 *Myrrha* obducto cortice -ssa latet (met. 9, 353 lentus -it inguina cortex). met. 11, 124 lammina *aurea* ... dapes *Midae regis* ... -bat. 15, 368 -ssus humo ... equus crabronis origo est. GRATT. 432 est ... specus ingens ..., circum atrae moenia silvae alta -unt (*cf.* LVCAN. 9, 967 silvae ... -ssere domos *Troiae dirutae*). CVRT. 7, 3, 11 altae nives -unt terram (*cf.* LVCAN. 4, 107 quam *mundi partem* zona nivalis perpetuaeque -unt hiemes). LVCAN. 7, 742 aurum hic iacet eoasque -unt tentoria gazas (*cf.* MART. 3, 41, 2 quas *opes* gravis arca -it). VAL. FL. 2, 227 *viri suos* oculos -ssere ⟨manu⟩, velut agmina cernant Eumenidum. SIL. 7, 727 qui collapsa -ssi iacuere ruina *et postea evaserunt*. STAT. Theb. 5, 485 lux ... extremi -ssit freta margine caeli (*sc. visum adimens*). *al.*

β *transfertur ad actionem obscurandi, caligine tegendi sim.* (*in imag. e. g. l. 17. 27*): VERG. Aen. 6, 827 animae ... dum nocte -untur, *sc. nondum natae* (HOR. carm. 1, 4, 16 [*v. l. 3*]. 3, 29, 30 futuri temporis exitum ... n. -it deus. OV. epist. 10, 112 n. aeterna. *al.; caecando sim.*: VERG. Aen. 12, 908 oculos ... -ssit n. quies. OV. ars 3, 648 lumina. SEN. Herc. O. 841). OV. am. 3, 8, 36 omne lucrum (*sc. metalla sim.*) tenebris alta -bat humus (met. 11, 521 nox -itur t. hiemisque suisque. SEN. Herc. f. 436. PLIN. nat. praef. 14 *subtilia quaedam* obscuris rerum t. -untur. *al.; caecando*: SEN. Ag. 493 -unt tenebrae lumina. *al.*). met. 1, 70 quae *sidera* -ssa diu ⌞fuerant caligine caeca⌟ ([⌞ ⌟ massa latuere sub illa *var. l.*]. 7, 529 terras. SEN. suas. 1, 2. *al.; caecando*: SER. med. 200 oculis ... c. -ssis [prensis *var. l.*]). trist. 1, 9, 12 *sol* latet ... -ssus nubibus (PRISC. periheg. 44). SEN. nat. 2, 56, 1 *Caecina* habuisset ... in eloquentia nomen, nisi illum Ciceronis umbra -isset (CVRT. 7, 3, 11 terram. VAL. FL. 3, 215 locos. *al.*). SIL. 12, 131 infernis -ssas nebulis ... Cimmerias ... domos.

2 *comprehenditur simul sive laesio, deformatio sim. sive motus effectus aut inhibitus eorum, quae -untur, ut respiciatur potius actio:*
a *comprimendi,* *exprimendi vel quolibet modo feriendi:* α *-untur partes corporis ipsique animantes, ita ut:* Ⓘ *claudantur, constringantur:* Ⓐ *respectu vario* (*cf. p. 1173, 18*): ENN. scaen. 220 *galli* plausu ... -unt alas, *quas cantantes panderunt* (PROP. 1, 9, 24 [*in imag.*] nullus Amor cuiquam faciles ita praebuit alas, ut non alterna -erit ille manu [*alii pro obi. intellegunt amatorem; v. Smyth, Class. Quart. 43, 1949, 120*]. *cf.* STAT. Theb. 10, 91 Otia vestibulo *Somni* -ssisque Silentia pinnis muta sedent). VERG. Aen. 6, 155 -sso ... obmutuit ore (*item de voce impedita v. vol. IX 2, 1079, 5 sq. 12 sq.; aliter*: SIL. 7, 719 lupus fetum ... ore tenet -sso. CYPR. laps. 25 os ... -ere, calicem recusare. *al.*). 9, 487 *non tibi mortuo* -ssi ... oculos aut vulnera lavi (SEN. Herc. O. 1755 [*om. cod. E*] *flammis circumdatus* non -ssit o. SIL. 10, 345. *al.; aliter supra l. 11. 19; indicata re arcenda*: GREG. M. moral. 4, 45 l. 72 oculos, quos ... ad concupiscentiam aperuit *diabolus*, ... a contuitu ... sui fulgoris -it *deus. cf.* ocellos *vol. IX 2, 411, 1 sq. 11*). LYGD. 4, 22 -ssit ... lumina sera quies (CE 1030, 3 [*saec. I*^{1}] mihi ... morientia l. -ssit. VAL. FL. 1, 758 *leo* rictu ... genas et l. -ssit. *al.*). OV. met. 9, 299 *Lucina sedens* dextro ... a poplite laevum -ssa genu ... sustinuit partus *Alcmenae*. SEN. Med. 698 -ssas ... solvat Ophiuchus manus (CVRT. 7, 8, 24 [*in imag.*] fortunam tuam -ssis m. tene: lubrica est). *al.* Ⓑ *respectu strangulandi, suffocandi*: CIC. Verr. II 3, 176 (*in imag.*) Timarchides ... -it fauces defensionis tuae (VERG. georg. 3, 508 *equi aegroti* obsessas f. -it aspera lingua. OV. met. 12, 509 animam *Caenei* missis elidite silvis; silva -at f. AVR. VICT. Caes. 17, 9. *cf.* CIC. Cluent. 84 [*in imag.*] cum faucibus -retur *Staienus*). VERG. Aen. 8, 289 *ut Hercules* manu geminos ... -ens eliserit angues (*de eadem re*: ELEG. in Maecen. 1, 81 hydros. OV. epist. 9, 21 tenaciter. ars 1, 188. *al.*). HOR. epist. 1, 16, 37 *me* laqueo collum -isse paternum. CARM. de bell. Aeg. 6, 7 laqueis ... in⟨ter⟩saep⟨t⟩am animam -ssis effundere venis (*nisi ad p. 1173, 13*). OV. met. 9, 78 *manibus Herculis* angebar ceu guttura forcipe -ssus. *al.* Ⓒ *respectu emittendi vocem* (*sive acutiorem sive latiorem*): VERG. georg. 1, 410 *cum caelum serenum praenuntiant,* liquidas corvi -sso ... gutture voces ... ingeminant (*sc. quodammodo comprimunt guttur, ut vox solito acutior fiat; effectu paulum diverso*: QVINT. inst. 11, 3, 82 adfixum pectori mentum *vocem* minus claram et quasi latiorem -sso g. facit).

ⓘⓘ *quolibet modo vulnerentur, laedantur, conficiantur* (*cf. l. 51*): LVCR. 3, 663 *serpentis discisae* ipsam se ... retro partem petere ore priorem, ... ut morsu -at (*sc.* se *vel* partem, *an absolute?*). CIC. nat. deor. 2, 124 *avem quandam* usque eo -ere earum *avium, quae piscem cepissent,* capita mordicus, dum illae captum amitterent (*cf. Plin. nat. 10, 115* morsu corripiens). BELL. Afr. 84, 1 *cum elephans quendam* pondere suo ... -ret atque enecaret. VERG. Aen. 2, 530 illum ... Pyrrhus insequitur, iam iamque manu tenet et -it hasta (SERV. auct. urget, *sc. ut ad p. 1171, 2 pertineat. item feriunt armis*: 8, 249 *Hercules Cacum* telis -it. 9, 330 armigerum ... -it *Nisus* [SERV. auct.: opprimit, occidit]. VAL. FL. 7, 621 manus. SIL. 1, 383

[Pade]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

prostratum ... -ens telo *Murrus. al.*). Hor. sat. 2, 3, 314 ranae pullis vituli pede -ssis. Ov. met. 10, 258 -ssos veniat ne livor in artus. 11, 335 iuvenco spicula crabronum -ssa cervice gerenti (*ad b trahunt alii*). Ib. 395 quos Antaei ... -ssere lacerti. *al.* Cels. 7, 31, 2 *vena* ferramento candente modice -itur. Sen. dial. 7, 1, 4 in strage hominum magna ..., cum ipse se populus -it. nat. 6, 1, 9 nihil ... interest, utrum me lapis unus elidat, an monte toto -ar. *al.* Lvcan. 9, 815 tibi, Laeve miser, fixus praecordia -ssit ... serpente cruor (*cf.* Ivv. 6, 621 *boletus Claudii* praecordia -ssit). *al. respicitur stuprum, coitus* (*cf. p. 1170, 29*): Verg. catal. 6, 4 puella ... tuo stupore -ssa rus abibit. Val. Fl. 8, 256 Hister anhelantem Peucen quo -erat antro. Mart. 3, 58, 17 (*de gallis*). 4, 4, 4 (*de hirco*). Svet. Cal. 25, 1 Schol. Verg. Bern. georg. 3, 93.

Ⓘⅈⅈⅈ *evacuentur* (*cf. p. 1172, 59*): Verg. georg. 3, 310 laeta ... -ssis manabunt flumina mammis (Hyg. astr. 2, 43. *cf.* Ov. fast. 4, 769 ubera [Vvlg. prov. 30, 33]. Colvm. 7, 3, 17 *agni* os -ssis umectare papillis). Sen. suas. 2, 16 Othryades ... digitis vulnera ⌞-ssit⌟, ut tropaeo ... inscriberet *aliquid sanguine suo* ([⌞ ⌟ cessit, tersit *sim. var. ll.*]. Lvcan. 7, 567 *Caesar* v. multorum totum fusura cruorem opposita -it ipse manu [*ad p. 1172, 34 trahit e. g. Hübner, Philologus 120, 1976, 302 sqq.*]). Chiron 460 vesicam (*inde* Veg. mulom. 2, 79, 5).

β *-untur res variae* (*saepius in re rustica, v. e. g. l. 22. 38 sqq. 46 sqq.*): Ⓘ *obi. non indicato: in conficiendo oleo vel vino* (*si pro obi. subaudias rem compressam [ut infra l. 40. 47. 73] nec liquorem expressum* [*ut p. 1181, 29 sq.*]): Cato agr. 66, 1 ubi factores vectibus -ent, continuo capulator conca oleum ... tollat. Plin. nat. 18, 317 -unt aliqui singulis *torculis,* utilius binis. *ibid.* spatiosa *torcula* melius -unt. *vario respectu*: Cato agr. 157, 14 *turundam dilutam* indito in vesicam, eo calamum alligato, ita -ito, in fistulam introeat *turunda.* Lvcr. 6, 512 copia nimborum ... urget et e supero -it ac facit effluere imbres *e nubibus* (*cf. l. 35*). Sen. nat. 6, 15 *spiritus inclusus* terram -entem diverberat (*cf. l. 67*).

Ⓘⅈ *pro obi. sunt umoris sim. plena, quae evacuantur, exprimuntur* (*hucine p. 1181, 33?*): Mat. carm. frg. 17 -ssus ... labris unus acinus arebat (*cf.* Ov. met. 5, 538 *mali granati* grana -erat ore suo). Lvcr. 4, 619 spongiam aquai ... manu -ere ac siccare (*antea*: exprimimus). 6, 518 imber fit, ubi ... nubila vi ... -untur et impete venti (Ov. met. 1, 268 manu ... n. -ssit *Notus. cf.* nubes: Lvcr. 6, 734. Sen. nat. 1, 1, 6 [*ut fulmina emittantur*]. Lvcan. 4, 76). Varro rust. 1, 54, 3 *uvis prelo expressis* circumcidunt extrema et rursus -unt. Verg. georg. 4, 140 cogere -ssis mella favis (Schol. Hor. epod. 2, 15). Hor. sat. 2, 4, 69 -ssa Venafranae quod baca remisit olivae. Ov. trist. 4, 6, 20 nudo -ssa ... uva pede (Fest. p. 348 [*suppl. e* Pavlo] prelo [Colvm. 12, 39, 1]. Colvm. 12, 39, 3 Homer. 887. *al.*). Pont. 4, 1, 30 madidas ... -it ... comas. Manil. 5, 263 ⟨calamos⟩ ... -ssos incoquet *unguentarius* (*si recte suppl. Housman*). Vitr. 7, 8, 4 cum id *argentum vivum et aurum in panno* ... manibus -itur, argentum ... extra labitur compressione coactum, aurum intra purum invenitur. Colvm. 7, 8, 4 ubi duratus est, vehementius -itur *caseus,* ut conspissetur (7, 8, 5). 12, 49, 9 *oliva* prelo supponitur vehementerque -itur (12, 54, 2 Plin. nat. 15, 21. *al.*). *al. respicitur frumentum terendum* (*nisi ad p. 1181, 22*): Tert. adv. Val. 31, 1 (*in imag.*) ubi Achamoth totam massam seminis sui -erit, dein colligere in horreum coeperit *eqs.*

Ⓘⅈⅈⅈ *pro obi. sunt quae impressione, incisura sim. deformantur*: Prop. 2, 29, 35 apparent non ulla toro vestigia -sso (Ov. am. 3, 14, 32 cur -ssus prior est interiorque torus? *cf. p. 1168, 71*). Ov. epist. 18, 134 multa ... via -ssa rota (*antea*: attritus ... limes). fast. 4, 464 *Ceres* nacta est vestigia *filiae* ... et -ssam noto pondere vidit humum. Pont. 4, 10, 6 gutta cavat lapidem ..., atteritur -ssa vomer ... humo. Lvcan. 6, 343 inter montes, media qui valle -untur, ... latuere paludibus agri. Sil. 3, 520 *Hannibal Alpes transcendens* ferro glaciem -it.

Ⓘⅴ *pro obi. sunt varia, quae coartantur, comprimuntur, conculcantur sim.*: Lvcr. 6, 845 frigore cum -itur ... terra coitque. Cic. nat. deor. 3, 31 nihil est, quin intereat: ... umor ita mollis est, ut facile -i conlidique possit. Verg. ecl. 1, 81 -ssi copia lactis ([Serv. casei copia aut lactis emulcti]. Prvd. cath. 3, 70 lac ... -itur calatho. *cf.* Verg. georg. 3, 401 quod surgente die mulsere ..., nocte -unt [*sim.* Calp. ecl. 5, 34]). georg. 4, 297 hunc *locum exiguum* angustique imbrice tecti parietibusque -unt artis. Aetna 291 *sub terram* deiecta ... -it unda fugatque torrentis auras (*item comprimitur aer*: Vitr. 9, 8, 3 pondus cum decurrendo in angustias tubulorum -ret caeli crebritatem. Sen. nat. 6, 12, 1. *de volantibus*: Lvcan. 7, 835 -erunt aera pinnae. Plin. nat. 10, 112). 374 -it *Aetnae* fauces ... congeries clauditque vias. Prop. 3, 9, 41 *Troiana* moenia ... Graio ... -ssit aratro victor. Ov. medic. 90 pulvis ab infuso melle -endus erit. trist. 3, 11, 24 ignavi praecipitata -unt (*22* frangere quassa). Vitr. 6, 6, 3 torcular si non cocleis torquetur, sed vectibus et prelo -itur. 7, 8, 3 *saxum argento vivo impositum* eum liquorem *non* potest onere suo -ere nec elidere nec dissipare. Sen. epist. 86, 17 *arborem* in scrobem demisit, deinde terram non adgessit tantum, sed calcavit et -ssit (Vet. Lat. sap. 15, 7 figulus mollem t. -ens ... fingit ... vas). *al. in descriptione orbis terrarum* (*cf. imagine comprimendi minus vigente p. 1171, 54*): Ov. met. 14, 6 fretum, gemino quod litore -ssum Ausoniae Siculaeque tenet confinia terrae. Sen. Phoen. 611 fauces *Hellesponti* ... Abydo Sestos opposita -it. nat. 4, 2, 8 *Nilus,* ne in latitudinem (alt- *trad.*) excedat, obiectu montium -ssus. Mela 1, 7 *mare,* ubi primum ⌞se⌟ artat, Hellespontus vocatur, Propontis ubi expandit, ubi iterum -ssit Thracius Bosphorus (⌞ ⌟ *ἀπὸ κοινοῦ*). *al.*

b ***deprimendi,*** *deorsum movendi (semina sim. v. p. 1175, 20; indicatur quorsum moveatur per praepos.* ad *l. 15. 65. 67, adv. l. 14. 31. 38. 40; saepius per praedicativa anticipatur effectus deprimendi, e. g. l. 15. 17. 19. 61); respiciuntur*: α *quae quolibet modo demittuntur, deiciuntur*: Ⓘ *in imagine* (*cf. p. 1178, 40*): Plavt. Most. 1171 *ut* istum pro suis factis pessumis pessum -am. Lvcr. 6, 53 *quaecumque* faciunt animos humilis formidine divom depressosque -unt ad terram. Ov. trist. 3, 11, 68 *sors humana* tollit eosdem et -it (*cf.* CE 950, 7 [*Pompeiis*] multos Fortuna quos supstulit alte, hos ... proiectos ... -it). Manil. 4, 775 *Roma* lancibus ... positas gentes tollitque -itque. Sen. Phaedr. 1203 *numina infera,* impium rapite atque mersum -ite perpetuis malis. Tro. 696 *quo* altius *te* superi levarunt, mitius lapsos -e. dial. 10, 2, 3 vitia ... nec resurgere aut ... attollere oculos sinunt, sed [e]mersos et in cupiditatem infixos -unt. Lvcan. 8, 267 nec sic mea fata -untur, ut nequeam relevare caput. Qvint. inst. 10, 4, 1 -ere ... tumentia, humilia extollere *eqs. al. transfertur ad sonum*: Avdax gramm. VII 357, 15 *accentus est* regula ad levandam syllabam vel -endam (*357, 18* gravandas. *cf. p. 1182, 60*). Ⓘⅈ *proprie*: Hor. epist. 2, 1, 189 ⌞aulaea⌟ -untur in horas *multas* (⌞ ⌟ *perperam comoedias intellegens* Porph. *explicat* cessant, impediuntur). Prop. 2, 15, 42 si cuncti cuperent ... -ssi multo membra iacere mero. Ov. met. 2, 135 (*Apollo Phaethonti*) nec -e nec summum molire per aethera currum. Vitr. 10, 3, 2 *ferrei vectis* caput ... unius hominis viribus -ssum id onus extollit (*cf.* 10, 3, 6 si per medium -itur *vectis* [*syn.* deducitur]). Germ. frg. 5, 7 quo -ret (prōn- *trad.*) Boreas, Notus unde attolleret ⌞imbres⌟ (*si ἀπὸ κοινοῦ*). Cels. 8, 10, 2[B] alteram fasciam minister attollit, alteram -it medicus. Sen. Med. 723 altum gurgitem Tigris -ens (*sub terram, v. Mayer, Class. Quart. 28, 1978, 241 sq.; cf.* epist. 110, 10 deus ... in proximo posuit *bona*; ... nocitura, *sc. metalla,* altissime -ssit). nat. 2, 58, 1 *fulminis ignis* modo usque ad terram profertur, modo ante dissolvitur, si minore vi -ssus est (*cf.* 2, 58, 2 natura ignem sursum vocat, iniuria deorsum -it). *al.*

β *quae gravitate deferuntur, desidunt*: Lvcr. 1, 362 corporis officium est ... -ere omnia deorsum (*v. Bailey ad l.*). 6, 105 *nubes, si denso corpore essent,* cadere ... deberent pondere -ssae ut lapides. Ov. met. 1, 30 densior his *aliis elementis* tellus ... -ssa est gravitate sua. 15, 242 gravitate carent nulloque -ente alta petunt aer atque ... ignis. fast. 4, 300 *aqua deficiente* sedit limoso -ssa carina vado (*naves oneratas v. p. 1168, 64*). 6, 272. Lvcan. 6, 280 -sso iam pulvere *murorum dirutorum.*

γ *quae aqua sim. merguntur* (*cf. p. 1175, 72, aliter p. 1168, 64. 1171, 65*): Lvcr. 2, 198 *tigna trabesque,* quo magis ursimus *in aquam* ... et ... -ssimus aegre, tam cupide *aqua* sursum revomit magis (removet m. *trad.*). Ov. am. 2, 11, 6 utinam ... Argo funestas -ssa bibisset aquas. met. 11, 558 cum qua *rate* pars magna virorum gurgite -ssa gravi neque in aera reddita *occidit.* trist. 2, 102 (*in imag.*) omnes -ssere hoc fluctus oceanusque caput. Val. Max. 3, 2, 1 *Horatius Cocles natans* nec pondere armorum -ssus nec *eqs.* Octavia 318 *ratis* -ssa dehiscit sorbetque mare. Colvm. 12, 49, 1 ut olivae *condendae* -antur et ius superemineat (12, 49, 4). Sil. 4, 584 *e palude evadere temptantes* occumbunt seseque sua -ssere ruina. Qvint. inst. 11, 3, 53 *vitiosa oratoris* respiratio sub aqua diu -ssi *respirationi* similis. *al. act. de ipso loco, ubi mersae sunt naves*: Lvcan. 1, 42 quas -it aspera classes Leucas (*insula Actio opposita*).

δ *sidera sim., quae descendunt vel alia sidera depellunt* (*aliter p. 1171, 33*): Verg. georg. 1, 241 *mundus,* ut ... consurgit *sub septentrionibus, ita* -itur Libyae devexus in austros (Serv. auct.: quasi deprimitur). Ov. met. 2, 139 (*Apollo Phaethonti*) *ne te* sinisterior -ssam rota ducat ad Aram (*cf. l. 68, nisi trahas ad p. 1171, 33*). Manil. 2, 846 quod summo -itur devexum culmine mundi, donec ad occasus veniat *eqs.* Vitr. 9, 2, 4 cum sol oriatur, ea *luna* -ssa est ad occidentem. Lvcan. 1, 661 Iuppiter *sidus* occasu -itur (Avien. ora 652). 9, 867 *in regione australi* -itur natura poli. Hyg. astr. 4, 12, 10 Capricornus exoriens ... sidera *quaedam* ad terram -ere videtur (*item act.*: Avien. Arat. 853 austri Aram cardo -it [*opp.* levat]. 1087 sq. -it ... Ophiuchum ... Cancer, Cancer -it ... et Anguem [*gr. 577 sq. bis κατάγει, Cic. 357* recondit]. 1115 [*gr. 596 ὑπὸ ... βάλλει, Cic. 379* depellens).

ε *quae curvantur, inclinantur*: Verg. georg. 2, 26 -ssos propaginis arcus (*e. g. vitium*). Prop. 1, 1, 4 deiecit lumina *mea* ... et caput impositis -ssit Amor pedibus (*cf.* Ov. rem. 530 tua saevus Amor sub pede colla -it). 3, 9, 6 *nimium* capiti committere pondus et -ssum inflexo mox dare

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

terga genu. Ov. epist. 15, 147 cognovi -ssas ... herbas: de nostro curvum pondere gramen erat. ars 1, 232 Bacchi cornua -ssit Amor (met. 9, 186 c. tauri [*cf. 9, 83* depressa ... c.]. Lvcan. 1, 612). Ib. 409 trabes -ssas ab humo mittebat in auras *Pityocamptes*. Pont. 3, 8, 14 nulla -unt ramos pondere poma suo (Sil. 5, 493 *cohors quercum* adscendens ... -ssit nutantes incerto pondere r.). Val. Max. 8, 7 ext. 14 *Solon moriens* fatis iam -ssum caput erexit (*addas p. 1174, 73*). Sen. Oed. 610 dextra ... cornibus taurum -ens Zethus. Phaedr. 40 *canes* lustra ... -sso quaerant rostro (Lvcan. 4, 442. *cf.* Sen. Thy. 498 -sso vias scrutatur ore). Lvcan. 1, 390 *vento* -ssae fit sonus aut rursus redeuntis in aethera silvae. Plin. nat. 34, 80 vitulus genu *caedentis* -itur replicata cervice. Stat. Theb. 6, 680 humi ... -ssus utroque genu *quidam discum iacturus*. 6, 859 veluti ... cupressus ... cervicem inclinat ..., non secus ... artus ... sponte -it *luctator quidam*. *al.*

c *imprimendi,* *imponendi sim.* (*indicatur cui vel quo per dat. l. 30. 36. 53, adv. l. 40. 41, praepos. l. 31. 36. 56; cf. l. 38. 41. 55*): α *terrae, solo sim. immittuntur*: Ⓘ *aratra sim.*: Lvcr. 5, 209 terram -ssis proscindere aratris (Paneg. in Mess. 161 Ov. met. 3, 104 Pont. 1, 8, 57 Lvcan. 6, 383. *al.*). Verg. georg. 2, 203 -sso pinguis sub vomere terra (2, 356 Ov. met. 11, 31 trist. 3, 10, 68 Sen. Herc. O. 633. *al.*). Ov. fast. 4, 825 -ens stivam designat moenia sulco. Ⓘⓘ *semina, propagines*: Verg. georg. 2, 346 quaecumque -es virgulta per agros, sparge fimo (Serv. demerges, infodies. *v. et* Non. *supra p. 1167, 57*). 4, 131 holus *eqs.* Colvm. 10, 191 *lactucam* (*syn.* deponit; pange). Pallad. 12, 2 propaginis curvatura, post triennium quam -ssa fuerat, recidetur a vite. *dubia interpret.*: Calp. ecl. 5, 111 hederas aut molle salictum valle -es media, *ut hieme suppeditet pabulum viride* (*ad p. 1176, 32 trahunt quidam, sed deest respectus compescendi sim.*). Ⓘⓘⓘ *pedes*: Ov. Ib. 422 unda labente ... subtrahitur -sso mollis harena pedi. Sil. 3, 550 dum ... -it sonipes duro vestigia cornu, ungula ... haesit *in nive* (Boeth. cons. 5 carm. 5, 6. *addasne p. 1181, 10?*). Ser. med. 787 *podagricus* plantas frumenti -ssit acervo (*Plin. nat. 22, 120* mersit in triticum). Lact. opif. 13, 8 digitis in humum -ssis soloque nitentibus *currere*. Repos. 98 ibat ... Venus vix -sso pollice (*opp.* pondere ... incumbens *Mars*). *al.*

β *corpori animantium vel cuilibet rei infigitur aliquid*: Ⓘ *laedendo, vulnerando:* *-it qui vulnerat*: Verg. Aen. 10, 347 Dryopem ferit ... hasta sub mentum graviter -ssa (Sil. 1, 546 propius si -ssa furenti h. foret. 7, 613. 14, 534). Ov. met. 3, 91 coniectum in gutture (guttura *var. l.*) ferrum usque sequens -ssit. fast. 1, 355 *caprum* dentes in vite -entem. Sen. Phoen. 173 (*loq. Oedipus*) parens, ... ades atque inertem dexteram introrsus -e magisque merge, *ut moriar*. Thy. 722 in vulnere ensem abscondit et penitus -ens *eqs.* (Stat. Theb. 11, 542 in corpore). Sil. 10, 140 -ssa iuvenis cum cuspide labens ... concidit. *al.* *-it ipsa pars vulneranda* (*inversione quadam, cf. Hillen, Stud. zur Dichtersprache Senecas, 1989, 260 sq.*): Ov. met. 12, 571 *aquila vulnerata* decidit ...; corporis ... -ssa est gravitate sagitta *eqs.* (*cf.* Sil. 5, 454 procubuit ... et telum vulnere -ssit). Sen. Phoen. 178 (*loq. Oedipus*) recusantem manum -ssere vultus. Lvcan. 4, 562 percussum est pectore ferrum et iuguli -ssere manum. Ⓘⓘ *quolibet modo*: Hor. carm. 1, 27, 8 *convivae,* cubito remanete -sso (*sc. nolite surgere*). Prop. 2, 1, 10 miramur, facilis ut -at arte manus *puella lyra canens* (*nisi* manus *pro subi.*). 3, 10, 14 nitidas -sso pollice finge comas. Eleg. in Maecen. 1, 92 *aquila Ganymeden* -sso molliter ungue rapit. Cels. 8, 3, 2 est ... quidam -endi modus (*postea*: si leviter inprimitur *modiolus*). Scrib. Larg. 55 alumen fissum linteolo spisso circumdatum et ita dolenti -ssum (*cf. Marcell. med. 12, 3* dolentibus inpressum dentibus). Sil. 7, 85 omnis in auro -ssa tibi, *Iuno*, varia fulgebit gemma corona. Stat. Theb. 5, 235 laceros -it in nova vulnera crines. *al.*

d *movendi* *in alias directiones* (*indicatas per praepos.* ad, in *l. 62 sq. p. 1176, 12 sqq., adv. l. 67; obi. non indicato l. 69. p. 1176, 2 sq. 8. al.; refl. l. 66*): α *-unt qui impellunt, protrudunt sim.* (*huc vergunt quaedam sub 1bβ allata, e. g. p. 1170, 70 sq.*): Ⓘ *de animantibus et quibuslibet viribus*: Lvcr. 4, 448 si forte oculo manus uni subdita supter -ssit eum, *geminata videntur quae intuemur*. Verg. georg. 3, 413 *canum* clamore -es ad retia cervum (*cf.* Ov. epist. 4, 41 -ssis ... in retia cervis. *item in venatione*: Ov. hal. 62 ruit oppositi nitens in vulnera ferri -ssus *aper* [*cf. 60* actus]. *cf. p. 1171, 27*). Vitr. 6, 8, 4 cum cunei ab oneribus parietum -ssi per coagmenta ad centrum se -entes extruderent incumbas. 9, 5, 3 *stellarum* introrsus -ssus ⌞nodus⌟ (*om. codd. potiores*). Cels. 7, 14, 6 digitis tumorem eum -ere, ut, si quid delapsum non est, manu cogatur (*sim. in medicina*: 8, 7, 2 digitis ... -entibus ... ossa in suam sedem compellenda sunt. 8, 18. *al.*). Sen. nat. 2, 20, 3 quem *ventum* ignis *fulminis* ante se -ssit (praemisit *var. l.; cf. ibid.* ante se ... trahat). Octavia 348 *Agrippina e nave* ruit in pelagus rursumque salo -ssa resurgit (*nisi ad bγ*). Lvcan. 5, 145 *Pythiam* haerentem dubiamque -ens in templa sacerdos impulit. Ⓘⓘ *de ventis*: Lvcr. 6, 560 incumbit tellus, quo venti *subterranei* prona -it vis. Aetna 169 densa ... -it -iturque ruina nunc Euri Boreaeque Notus, nunc huius uter-

que. Sen. Oed. 885 ne -ssae gravi spiritu antennae tremant. Phoen. 430 insano ratis -ente vento rapitur. Lvcan. 9, 332 flatum ... -entem (frem- *var. l.*). Val. Fl. 5, 73 -ente Noto ... oras praeterit.

β *-unt qui admovent, adducunt*: Ⓘ *habenas sim.*: Verg. Aen. 1, 63 (*in imag.*) qui *rex* ... et -ere et laxas sciret dare ... habenas (*al. v. vol. VI 3, 2394, 59 sq.*). Sen. Phaedr. 1075 ora *equorum* ... -ssis trahit constricta frenis (Coripp. Ioh. 5, 7. *cf. p. 1170, 46*). Clavd. 5, 354 -ssis ... lupatis (rapt. Pros. 2, 194). *absolute et in imag. de Apolline Sibyllam domante*: Verg. Aen. 6, 80 fatigat os rabidum, fera corda domans, fingitque -endo (*cf. 6, 100 sq.* frena furenti concutit). Ⓘⓘ *amplexandos animantes* (*rem caram l. 13; cf. p. 1170, 26*): Verg. Aen. 7, 518 matres -ssere ad pectora natos (Stat. Theb. 6, 746 *alumnum* ad [in *var. l.*] p. -ssit. 10, 579 *apes* -unt ad p. ceras). Ov. am. 1, 5, 24 nudam *Corinnam* -ssi corpus ad usque meum. Stat. Theb. 4, 563 *matrem* ad ubera dulce -entem pignus. *al.*

e *reprimendi,* *compescendi, inhibendi sim.* (*pauca minus dubia, cf. e. g. supra p. 1169, 5. 49. 75; subiunximus etiam incorporea quaedam, alia ad B3 relegantes; per praedicativa anticipatur effectus -endi l. 44. 48. 49, cf. adv. l. 42. 53*): α *animantes eorumque motum* (*vocem sim. v. B3b et c*): Bell. Hisp. 29, 8 (*caute proceditur ad pugnam*) nostri pede -sso propius rivum cum adpropinquassent *eqs.* (Liv. 8, 8, 9 si hastati profligare hostem non possent, p. -sso eos retro cedentes ... principes recipiebant [*11* sensim]). Sall. hist. frg. 3, 96 D -sso gradu (*al. v. vol. VI 2, 2144, 51 sqq.; active*: Val. Fl. 2, 454 attoniti -ssere gradum. Hier. vita Pauli 8. *al.*). Verg. Aen. 6, 197 vestigia -ssit observans *aves* (6, 331 constitit ... et v. -ssit. *aliter p. 1181, 8*). Cvlex 284 *Orpheo cantante* Luna -ssit equos (*sunt qui* Lunae *conicientes Orphea -entem intellegant. cf.* Clavd. carm. min. 27, 61 stupefacta iuvencos Luna -it). Ov. met. 3, 17 *Cadmus* lente videt ire iuvencam ...; subsequitur -ssoque legit vestigia gressu (passu *var. l.*). 4, 369 *nympha puerum reluctantem* -it (*antea*: deprensum ... continet. *similiter retinetur Thetis fugere temptans*: 11, 254). β *arbores sim. eorumque incrementum*: Verg. georg. 1, 157 ruris opaci falce -es umbras ([umbram *var. l.; v.* Non. *supra p. 1167, 56.* Serv. auct.: coartabis, imminues, compesces]. Hor. carm. 1, 31, 9 vitem [Schol. reprimant putando]. Ov. met. 14, 629 luxuriem [*postea*: compescit]. *al.*). Sen. clem. 2, 7, 4 *arbores* circumcidunt, ne proceritatem rami -ant. Colvm. 5, 10, 2 (*item* arb. 18) *ne arbor* imbecilla a valentiore -atur. Plin. nat. 17, 65 *arboris* umbrā turba *surculorum, seminum* ... -itur. Plin. epist. 5, 6, 17 ambulatio -ssis varieque tonsis viridibus inclusa. γ *varia*: Verg. Aen. 1, 54 *Aeolus* luctantes ventos tempestatesque ... imperio -it ac vinclis et carcere frenat (*v.* Non. *supra p. 1167, 55 et cf.* Liv. 29, 27, 10 ventus -ente nebula cecidit. Stat. silv. 3, 2, 46 *Aeolus* artius obiecto Borean ... monte -at). 4, 81 *nocte vergente* lumen ... obscura ... luna -it (*item hebetatur splendor sim.* [*aliter p. 1172, 15*]: Hor. epist. 1, 12, 18 quid -at obscurum lunae, quid proferat, orbem. Liv. 10, 32, 7 vixdum satis certa luce et eam ipsam -ente caligine. Sen. Tro. 1142 -itur ... dubius nocte vicina dies. Cvrt. 4, 10, 5 lunam ... deficere, cum ... sole -retur. Stat. Ach. 1, 242 iam -it astra dies. *al.*). 10, 103 silet ... aether, ... -it placida aequora pontus (Serv. auct.: -endo reddit placida. *sim. cohibentur fluctus*: Ov. trist. 3, 10, 38 *glacies* immotas ... -bat aquas. Sil. 4, 646 [*ad Trebiam*] quo ... aperis te fonte, -am. Avg. in psalm. 92, 7 l. 67 *dominus* -ssit fluctus. *al.*). Sen. dial. 11, 15, 5 lacrimas (*syn.* compescere). Stat. Theb. 9, 265 *corporum summersorum* efflantes ... animas retro -it obvius amnis ([Schol. exeuntem spiritum ... retardabat]. Ps. Qvint. decl. 17, 17 -rem clausis vulneribus animam, *ne morerer*). Tac. ann. 14, 64, 2 venae ... exsolvuntur; et quia -ssus pavore sanguis tardius labebatur *eqs.* (15, 64, 1 obligant brachia, -unt sanguinem. Chiron 547 *si* s. -i non potuerit [*Veg. mulom. 2, 34, 1* reprimi; *cf. Chiron ibid.* suppremere]). Arnob. nat. 5, 9 p. 260, 17 anhelitu oris -sso, suspensis ... gressibus.

B *incorporaliter* (*v. quae sub A monuimus*): **1** *usu communi, sc. pertinet ad gravandum, affligendum, urgendum, molestandum sim.* (*sc. in malam partem praeter p. 1177, 24. 1178, 12. 66. 1179, 54*): **a** *quolibet modo*: α *-untur animantes eorumque partes, qualitates, coetus* (*addidimus exempla obi. non indicati, v. imprimis p. 1177, 23 et e. g. p. 1177, 3. 1178, 29*): Ⓘ *rebus* (*iniuriis sim. animantium v. p. 1177, 73*): Ⓐ *variis incommodis, malis sim.* (*exempla selecta inde a* Cic.): Pompil. trag. 1 qua me causa, fortuna, infeste -is (Cic. fam. 14, 1, 5 si nos -et eadem f. 14, 2, 3 Ov. met. 4, 567 Manil. 1, 81 Sen. Med. 159. *al.*). Cic. Verr. II 4, 11 num tanta difficultas eum ... tenuerit, tanta egestas, tanta vis -erit, ut *eqs.* Catil. 2, 19 -untur aere alieno (Att. 7, 3, 5 Caes. Gall. 6, 13, 2 Pavl. Fest. p. 98). Manil. 30 cum servili bello ... -retur *Italia* (*al. v. vol. II 1841, 81 sqq.; addere possis e. g.* Ps. Sall. rep. 2, 10, 7 Pomp. Trog. hist. Iust. 38, 4, 14. *cf. p. 1178, 4*). Phil. 4, 3 cum servitute -remur (Caes. Gall. 7, 77, 16 Val. Max. 6, 9 ext. 5. *al.*). rep. 1, 10 quamvis ea *res publica* -atur periculis (Nep. Them. 3, 3 Sen. benef. 3, 33, 1). fam. 5, 12, 2 quan-

[Pade]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tis oneribus -rere susceptarum rerum (13, 7, 2 municipium maximis o. -ssum. QVINT. inst. 2, 3, 2 decl. 321, 9. *al.*). PVBLIL. sent. Q 51 quicquid plus, quam necesse est, possideas, -it (*cf.* SEN. dial. 11, 9, 5 ista bona ... eos ... ipsos, quos exornant, et -unt). CAES. Gall. 6, 13, 2 magnitudine tributorum (*cf.* LIV. 23, 32, 9 gravi tributo). 7, 20, 11 omnem exercitum inopia -i (BELL. Afr. 24, 3 pabuli. 67, 1 Alex. 9, 4 VITR. 7 praef. 8). HIRT. Gall. 8, 42, 3 milites ... periculoso genere proelii locoque iniquo -bantur (BELL. Hisp. 12, 6 inferiore. NEP. Dat. 7, 3 ancipitibus. LIV. 33, 9, 11. *al.; cf.* BELL. Alex. 76, 2 loci iniquitate). BELL. Alex. 43, 3 summa ... difficultate rerum omnium -ssus (EPIST. imp. Vesp. [CIL II 1423] 7 multis d. infirmitatem vestram -i). AETNA 257 torquemur miseri in parvis -imurque labore ([terimurque *var. l.*]. COLVM. 12, 3, 7. *al.; cf.* CELS. 1, 3, 8 quem novum genus ... laboris -ssit). TIB. 1, 6, 10 *puellam fallaciam* docui ...; heu, nunc -or arte mea (*inde* OV. trist. 2, 450). OV. trist. 2, 190 *Vrsae sideris* gelido ... axe -or (*cf.* 3, 10, 12 gentes axe tremente -i. Pont. 1, 7, 11 nos -at ... frigore caelum. SEN. dial. 1, 4, 14 perpetua illos *populos* hiems, triste caelum -it. *al.; cf. p. 1178, 54*). LIV. 21, 56, 9 ne duorum exercituum hibernis una colonia -retur (22, 1, 2. 40, 35, 13). MANIL. 1, 512 fatis Asiae iam Graecia -ssa est (LVCAN. 5, 758 sit ... mihi *refugium,* si fata -ant. 8, 544). SEN. Phaedr. 950 magna ni *nos* -rent mala (epist. 85, 39. 104, 17 *m.* ubique te -unt et ... urunt. ARNOB. nat. 1, 7 quibus *m.* urgetur et -itur ... mortalitas. IVST. 39, 1, 7. *al.*). *al.*

Ⓑ *affectionibus sim.* (*saepius absolute, v. l. 27. 38. 48 sqq. al.*):
① *potius corporis*: LABER. mim. 4 me optimus somnus -it, ut -itur glis (SVLP. RVF. or. frg. Quint. inst. 4, 2, 106 somnone te ... an ... lethargo putem -ssum? CVLEX 160 -ssos somno ... artus. LIV. 7, 35, 11 PAVL. FEST. p. 369. *al.; absolute*: CELS. 2, 2, 2 si gravior s. -ssit. SEN. epist. 70, 23 s. -ente. APVL. met. 5, 20, 3. *al.*). CIC. Tusc. 2, 16 cum *aliquis* -etur summis doloribus (3, 71 *dolor* -it ... atque instat, nec resisti potest. 5, 117 CELS. 2, 8, 35. *al.*). NEP. Hann. 4, 3 valetudine. VERG. Aen. 6, 521 -ssit ... iacentem ... alta quies (LIV. 22, 50, 4 VAL. FL. 5, 334. *al.*). CIRIS 316 cum -ret natura, mori *nolui.* HOR. epist. 1, 5, 29 nimis arta -unt olidae convivia caprae (*cf. Porph. ad l.* molestum esse odorem). TIB. 1, 4, 33 iuvenem, -ret cum serior aetas, maerentem (*cf.* OV. epist. 9, 154 Oenea ... senecta -it. SEN. nat. 3 praef. 2 ⌞-it a tergo⌟ senectus [⌞ ⌟ premittat ergo *trad.*]. epist. 108, 28. *al.*). OV. met. 15, 21 gravitate soporis. VAL. MAX. 4, 6, 3 *cum uxor* morbo -ssa decessisset ([oppressa *Kempf post alios, v. Blomgren, Eranos 54, 1956, 216*]. HIST. AVG. Ael. 2, 1 CHIRON 439. *sine obi.*: CELS. 4, 14, 4 dum -it morbus, clausis fenestris aegrum continere. Ps. HIPPOCR. ad Maecen. 8). CELS. 1 prooem. 69 febricitanti cuidam et magna siti adfecto, cum post ebrietatem eum -i coepisse cognosset, aquam *porrigit medicus.* 1, 3, 11 nausea. *al.* *?*-ssus *nude pro 'morbo, morte oppressus'* (*cf. abl. facile e contextu supplendum l. 41*): PROP. 3, 18, 9 hic (*Baiis*; his *trad.*) -ssus *Marcellus* Stygias vultum demisit in undas (*explicaverunt alii aliter, v. e. g. Fedeli, 1985, ad l.*). CE 1060, 4 (*saec. I?*) -ssit Sipunti -ssa Cladilla rogum (*v. Bücheler ad l.*). CHIRON 302 (*in capite* de rabioso) quos solide -ssos inveneris (soli depressos *Oder*). ② *potius mentis*: CIC. Tusc. 3, 70 aegritudine *non* -untur *philosophi* (4, 18 angor *est* aegritudo -ens [*cf. e. g. Stoic. vet. frg. III n. 414 ἄχθος δὲ λύπη βαρύνουσα*]). off. 2, 25 quae *vis imperii* -ente metu possit esse diuturna (AVG. civ. 3, 16 p. 119, 23 [*sec. Sall. hist. frg. 1, 11*] m. -ente, non persuadente iustitia). Att. 3, 22, 3 -or luctu desiderio omnium meorum (STAT. Theb. 5, 686 tanti -rent cum pectora luctus). SALL. Iug. 14, 23 has, quae me -unt, aerumnas. VERG. Aen. 3, 47 ancipiti mentem formidine -ssus obstipui. HOR. sat. 2, 7, 115 *cura* comes atra -it sequiturque fugacem (SIL. 10, 410 cura futuri quos -it. MART. 7, 97, 5 instant mille licet -antque curae. *cf. p. 1178, 39*). SEN. Ag. 135 animum iugo -it cupido turpis. Oed. 798 quis -at mentem timor. epist. 81, 22 *malitia* -it habentem *ipsam.* *al.*

Ⓒ *suis suorumque criminibus rebusve, quae onerant conscientiam, pudorem sim.*: CIC. Verr. I 36 totus ordo paucorum improbitate et audacia -itur et urgetur infamia iudiciorum. II 2, 49 quod non suis, sed suorum peccatis et criminibus -atur (LIV. 3, 13, 1 -bat reum ... crimen unum. QVINT. inst. 12, 1, 43 c. manifesto. *cf.* PLIN. epist. 2, 11, 13 quem ut -bat atrocitas criminis, ita ... damnationis miseratio tuebatur). Cluent. 86 ille *Staienus* cum re -retur. Att. 9, 2ª, 1 quid si hoc ipso -ar? accipiam *triumphum*? (*cf. 8, 3, 6 triumphum accipere ne sit* invidiosum ad bonos). HOR. epist. 1, 18, 79 quem sua culpa -et. LIV. 34, 31, 11 nomen tyranni et facta me -unt. SEN. Herc. f. 736 auctorem scelus repetit suoque -itur exemplo nocens. benef. 5, 24, 1 *reus* causa -batur (AVG. in epist. Ioh. 2, 10. *cf.* RHET. min. p. 585, 19 quos genus causae -it, species saepe defendit). QVINT. inst. 7, 2, 36 *reus* omnibus aliis -batur *excepta sceleris causa.* decl. 263, 13 id, quod iam me *reum* -bat. *al.*

Ⓘ *ab animantibus eorumque odio, iniuriis sim.* (*reflexive p. 1178, 38*): Ⓐ *pertinet ad potentiam, quae exercetur in cives vel in civitates alienas* (*vi potius generali; quae spectant ad pugnam v. p. 1171, 2*):
① *accedit abl. instr.*: CIC. leg. agr. 1, 16 ne in Ianiculo coloniam constituatis, ne urbem hanc urbe alia -ere atque urgere possitis. CAES. Gall. 3, 18, 3 quibus angustiis ... Caesar a Venetis -atur. 4, 1, 2 *Vsipetes* ab Suebis complures annos exagitati bello -bantur (VELL. 1, 2, 1 cum Lacedaemonii gravi b. Atticos -rent. *cf. p. 1176, 71*). 6, 13, 2 *Galli multi* iniuria potentiorum -untur. VERG. Aen. 1, 285 domus Assaraci ... Mycenas servitio -et (TAC. ann. 2, 73, 2 Germanias. IVST. 15, 4, 14 populum. *al.*). 10, 54 magna dicione ... Karthago -at Ausoniam (CLAVD. DON. Aen. 1, 285 p. 63, 12 cunctos *Graecos*). 10, 78, arva aliena iugo -ere (*al. v. vol. VII 2, 641, 54 sqq.*). LIV. 41, 6, 9 non publice tantum se -i imperio, sed singulos ... pati servitium. SEN. benef. 5, 15, 4 fascibus illam *patriam* suis -ere. *al.* *detersa vi infestandi* (*intercedente usu p. 1169, 22 illustrato? sim. l. 22*): SEN. Phaedr. 149 *Minos*, lato maria qui regno -it populisque reddit iura. ② *non indicato instrumento*: CIC. off. 2, 41 cum -retur in otio multitudo ab iis, qui maiores opes habebant. CAES. Gall. 4, 16, 5 quod graviter ab Suebis -rentur *Vbii* (*cf.* 7, 63, 7 a Germanis. SALL. epist. Mithr. 5 a Carthaginiensibus. NEP. Milt. 3, 3). LIV. 2, 34, 8 venisse tempus -endae plebis. 23, 1, 2 -bat eum *nobilem quendam Compsanum* Mopsiorum factio. 39, 40, 9 utrum magis -erit eum *Catonem* nobilitas, an ille agitaverit nobilitatem. *al.* SEN. benef. 6, 8, 3 *in iudicio* quosdam ipsa, quae -bat, potentia eripuit. LVCAN. 10, 49 licet usque sub Arcto regnemus Zephyrique domos terrasque -amus flagrantis post terga Noti. STAT. silv. 3, 3, 50 vice cuncta reguntur alternisque -unt. *al.*

Ⓑ *vario usu* (*exempla selecta inde ab* OV.): CIC. de orat. 1, 228 cum et invidia et odio populi tum Galba -retur (SEN. dial. 6, 19, 6). ad Q. fr. 3, 2, 1 probe -itur *Gabinius*, nisi ... Pompeius ... negotium everterit. 3, 3, 3 odio -itur omnium generum *Gabinius* (CAEL. Cic. fam. 8, 3, 1 Octavium eorum odia, quae Hirrum -unt, ... sublevant. CLAVD. 5, 13. *adde l. 25*). VERG. Aen. 10, 375 numina nulla -unt, mortali urgemur ab hoste (*item de deis*: PROP. 3, 21, 6 ex omni me -it *Amor.* OV. trist. 1, 2, 4 saepe -ente deo fert deus alter opem. *al.* SEN. Herc. O. 713 felices. OCTAVIA 258 *domum.* LVCAN. 7, 849 *Thessaliam* tot mortibus ..., tot scelerum fatis. *al.; cf. l. 34*). HOR. epist. 1, 1, 22 quos *pupillos* dura -it custodia matrum (*nisi ad 3*). OV. trist. 1, 5, 78 me Iovis ira -it (*item deorum*: SEN. Herc. O. 441 VAL. FL. 4, 474. *al.; hominis*: SEN. Med. 462 paelicem poenis -at regalis ira. TAC. ann. 4, 19, 3). LIV. 8, 18, 6 muliebri fraude civitatem -i (*sc. veneficiis*). SEN. clem. 1, 3, 5 *multitudo* -ssura se ac fractura viribus suis, nisi consilio *regis* sustineretur (*item reflexive*: epist. 104, 8 [*e coni.*]. LVCAN. 5, 341 numquam sic cura deorum se -et, ut ... *humilium* saluti fata vacent [ADNOT. implicat. *alii sec. p. 1174, 12 intellegunt 'se demittet'*]. RVT. NAM. 1, 524 *monachus quidam* se ... -it laesis saevior ipse deis. OROS. hist. 1 prol. 13 me ipsum ... confusione -ssi *aliquid non recte perspiciens*). VAL. FL. 5, 520 orantem vultu ... minaci iamdudum -it ([fremit *trad.*]. TAC. ann. 3, 67, 2 non temperante Tiberio, quin -ret voce v. *Silanum*). STAT. Theb. 1, 188 quanto -it omnia fastu *Eteocles.* QVINT. decl. 328, 16 ne videar istum silentio -isse (*cf. p. 1179, 24*). TERT. virg. vel. 15, 4 quis ... audebit oculis suis -ere faciem clausam *virginis* (*cf.* AVG. civ. 14, 20 p. 44, 4 humano -ente conspectu ... peragi *concubitum*). *al.*

β *-untur res variae*: Ⓘ *usu communi*: HOR. carm. 1, 14, 10 *navis* -ssa ... malo. epist. 2, 2, 118 speciosa vocabula ..., quae priscis memorata Catonibus ... nunc situs informis -it et deserta vetustas. OV. ars 2, 317 cum modo frigoribus ⌞-itur⌟, modo solvitur aestu, aere non certo corpora languor habet (⌞ ⌟ *sc. annus sive autumnus; alii ex sequentibus intellegunt aera. cf. regiones frigore -ssas*: LVCAN. 4, 107 -unt hiemes [*v. p. 1172, 9*]. PLIN. nat. 2, 172 infesto rigore et aeterno gelu -itur. *cf. etiam p. 1177, 15 sqq.*). Pont. 1, 4, 26 labor illius *Iasonis* nostro levior ... est, si modo non verum nomina magna -unt (*cf.* MIN. FEL. 5, 13 veritas occultatur et -itur). LIV. 3, 10, 10 *non* -i libertatem populi Romani, sed ... eludi. VITR. 6, 1, 2 -untur a calore *regiones meridianae.* SEN. contr. 2, 5, 7 -it censum *uxor* onerosa sumptibus. SEN. Med. 242 (*nisi interpol.*) fortuna causam ... nostram -at (ASCON. Corn. p. 56, 9 c. popularis erat -baturque senatus auctoritate. QVINT. inst. 4, 1, 42 *c.* facie ... -itur vel invidiosa ... vel miserabili[s]). epist. 66, 27 virtus ... opera sua quae videt affici et -i, ... magis ... fovet. 74, 18 ipsa ... se felicitas, nisi temperatur, -it. *al.*

Ⓘⓘ *cum coloribus peculiaribus dicuntur -i*: Ⓐ *quae perseveranter peraguntur, observantur sim.* (*cf. p. 1179, 55*): OV. met. 2, 104 *Phaethon* propositum ... -it. SEN. epist. 20, 6 -e ... quod coepisti, et fortasse perduceris ... ad summum. STAT. silv. 1, 2, 64 *unus e turba Amorum* profatur ...; -ssere silentia fratres (APVL. met. 4, 19, 2 obnixum silentium. *vix huc p. 1180, 56*). 1, 3, 91 hic *in villa Tiburtina* -itur fecunda quies virtusque ... gravis sanusque nitor luxuque carentes deliciae. Ⓑ *quae peiora redduntur, augentur* (*sc. mala*): LIV. 7, 4, 7 L. Manlium malum malo augere filii et tarditatem ingenii insuper -ere. LVCAN. 8, 23 *fortuna* tanto pondere famae res -it adversas *Pompeii* fatisque prioribus urget. QVINT. inst. 7, 2, 40 *causae quaedam* crimen ... -unt (*opp.* elevant). CARM.

[Pade]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

de resurr. 386 post errata ⌊suis et -ssa piacula sacris⌋ ... rectas adite vias (⌊ ⌋ *peccata aucta crimine idololatriae? cf. Waszink ad l. p. 114 et 184*).
Ⓒ *quae rebus continuo subsequentibus urgentur*: Hor. carm. 4, 5, 24 culpam poena -it comes ([Porph. non differetur p.; *cf. p. 1177, 55*]. Sen. epist. 97, 14 prima ... peccantium est poena peccasse ...; sed ... hae illam secundae poenae -unt ac sequuntur: timere *eqs.*). Sen. Oed. 131 -itur ... iuncto funere funus. epist. 24, 26 diem nox -it, dies noctem, ... autumno hiems instat *eqs.* Mart. 3, 10, 3 *nepotis cuiusdam* luxuriam -ret cum crastina semper egestas.

b *dicendo, scribendo, cogitando*: α *-untur animantes eorumque facta, causae sim.* (*usu forensi l. 14. 18 sqq. 23 sqq.; obi. non indicato l. 15. 17. 27. 41. al.*): Ⓘ *ab iis, qui inquirendo, contradicendo sim. urgent* (*sc. ut quaedam ad 2 vergere videantur*): Cic. Verr. II 1, 139 *ut testis*, cum a me -retur, omnia potius responderet, quam Chelidonem nominaret (*postea*: coactus Ch. nominavit). Pis. 47 *ausus es* Torquato ... -ente confiteri *eqs.* Tusc. 1, 13 quoniam me verbo -is, posthac non ita dicam ..., sed *eqs.* fat. 31 *Carneades Chrysippi sententiam oppugnans* -bat alio modo. Qvint. inst. 4, 1, 67 illo ... modo, *quo adversarium appellavit,* -ssit atque institit, hoc, *si iudici dixisset,* tantum indicasset. 12, 8, 11 *litigator a patrono est* interrogandus quam infestissime ac -endus. Plin. epist. 3, 9, 20 -ere immerentem (*cf. 19* convinci probationibus). Fronto p. 37, 20 adversarium urgere et -ere. Avg. serm. 51, 4 noli nos auctoritate orbis terrarum -ere; ipsam scripturam consideremus. *al.* Ⓘⓘ *ab iis, qui (quae) onerant causam, accusant apud iudicem* (*cf. p. 1178, 46. 61; v. etiam var. l.* -retur *pro* peteretur Cic. de orat. 2, 284): Cic. Font. 34 *si reus* civium ... omnium testimoniis tabulisque -retur. Cluent. 53 causa testibus honestissimis hominibus -batur. de orat. 2, 294 me, si quae *in causa* -at res vehementius, ita cedere solere, ut *eqs.* (*cf.* 2, 303 *me* fugere ea, quae valde causam meam -rent). Ov. trist. 2, 274 *facundia* protegit ... sontes immeritosque -it. Sen. contr. 1, 2, 19 accusator in hoc maxime -bat ream: aiebat *eqs.* 7, 7, 5 *reus* omnibus argumentis -itur *a me*: dabo qui viderint, dabo qui audierint *eqs.* (Qvint. decl. 310, 10). *al.* Qvint. inst. 5, 7, 1 pro diffidentia -itur absentia *testis.* 5, 7, 23 quis reum -at. 6, 1, 4 invidia -ere. Ps. Qvint. decl. 1, 15 venio nunc ad vestigia parietis cruentati, quibus te satis ... -ssimus. Plin. epist. 5, 13, 1 legati ... non modo non -erunt eum, verum etiam sublevarunt. *al.* ⓘⓘⓘ *ab iis qui (quae) quolibet modo criminantur, detrectant sim.* (*irritant l. 48*): Cael. Cic. fam. 8, 11, 3 si omnibus rebus -ent Curionem, Caesar defendet intercessorem. Verg. Aen. 11, 402 extollere vires *Troianorum* ..., contra -ere arma Latini (*item opponitur*: Liv. 22, 12, 12 -endo ... superiorem ... sese extollebat [*sim.* 22, 59, 10]. Qvint. inst. 11, 1, 16 qui se supra modum extollit, -ere ac despicere creditur). Hor. epist. 1, 19, 36 mea cur ... opuscula lector laudet ... domi, -at extra limen. ars 262 *iambus raro adhibitus* Enni ... versus ... ignoratae -it artis crimine (Ov. ars 3, 12 Helenes ... sororem. met. 14, 401. Svlp. Sev. dial. 3, 15, 7 apud eum *Martinum*). Ov. am. 3, 1, 36 (*loq. Elegia*) quid gravibus verbis, ... Tragoedia, ... me -is? fast. 6, 610 dictus *est* sceleratus ... vicus et aeterna res ea pressa nota. Sen. Herc. f. 352 invidia factum ac sermo popularis -et? benef. 2, 11, 1 lacerat animum et -it frequens meritorum commemoratio. Cvrt. 6, 8, 4 -endi inimici occasionem. Val. Fl. 8, 263 *Absyrtus* -ens clamore sororem (Sil. 11, 110). Stat. Ach. 1, 666 seque simul iuvenemque -at *Deidamia confessione*? Mart. 4, 14, 3 Sili, ... qui *Poenorum* periuria ... ingenti -is ore. Qvint. inst. 12, 10, 14 -erunt eum *Ciceronem,* qui videri Atticorum imitatores concupiebant. *al.*

β *-untur ipsa argumenta, cogitationes sim.*: Ⓘ *quae quis pondere auget, instanter persequitur sim.*: Cic. Tusc. 1, 88 hoc -endum etiam atque etiam est et urgendum confirmato illo, de quo ... dubitare non possumus. Sen. clem. 1, 5, 1 longius videtur recessisse a proposito oratio mea, at ... rem ipsam -it. dial. 6, 5, 4 non convertis te ad *memoriam iucundam* ...; ultimam illam faciem rerum -is (*sc. mortem filii; antea*: incubuisti tota in alteram partem). epist. 108, 12 hoc -e, hoc onera relictis ... syllogismis. Stat. silv. 4, 7, 34 quam *orbitatem divitis cuiusdam* -it votis ... heres. Qvint. inst. 7, 1, 29 *non* solum -ere confessionem, sed partiendo multiplicare. Plin. epist. 3, 9, 34 nihil magis -ssi, quam quod accusator eius praevaricationis crimine corruisset; -ssi tamen frustra. *accedunt struct. verbales vel oratio recta*: Sen. contr. 1, 1, 15 Latro illud vehementer -ssit: 'non feci ratione'. 1, 6, 10 hoc, quod Latro transcurrerat, -ssit *Arellius*: timere se *eqs.* 1, 7, 13 cum diu -isset illum tyranni patrem esse, adiecit: 'aude *eqs.*' Oros. hist. 7, 26, 9 nec in verbo -o, utrum debitae ultiones an fortuitae permutationes fuisse videantur *clades illae.* ⓘⓘ *quae quis contrahit, breviter tractat*: Cic. nat. deor. 2, 20 haec ..., quae dilatantur a nobis, Zeno sic -bat: '...' (*antea*: brevius angustiusque concluduntur).

c *superando, praestando* (*exempla certiora*): Ov. met. 7, 449 si titulos annosque tuos, *Theseu,* numerare velimus, facta -ant annos. Pont. 2, 3, 2 qui claris nomen virtutibus aequas, nec sinis ingenium nobilitate -i. 3, 1, 116 ne prisca vetustas laude pudicitiae saecula nostra -at. Sil. 16, 34 *Scipio* omnia ... magna ... maiori mole -bat, ut Phoebe stellas *exsuperat.* Stat. silv. 1, 2, 116 (*115* emineat; *loq. Venus*) quantum Latonia nymphas virgo -it quantumque egomet Nereidas exsto (Ach. 1, 608 *Deidamia pulchritudine ab Achille* tantum ... vincitur ..., q. -it ipsa sorores). Ach. 1, 469 famam ... virtute paternam. *sonus superatur sono maiore* (*ut audiri nequeat*): Lvcan. 3, 541 remorum ... sonus -itur clamore *militum.*

2 *pertinet potius ad compellendum, cogendum, sc. ut aliquid agatur* (*exempla potiora; huc vergit p. 1179, 12 sqq.; absolute l. 11. 20. 24. 27 sq. al.*): **a** *accedunt structurae finales: inf.*: Ter. Andr. 633 ubi tempus *est* promissa iam perfici, tum coacti necessario se aperiunt, *qui promiserunt*; et timent et tamen res -it denegare (Schol. p. 88, 27 -it: cogit eos). Damas. carm. 15, 7 Tarsicium ... cum ... *paganorum* manus ⌊-ret vulgare⌋ profanis *eucharistiam* (⌊ ⌋ prericret pulgare *cod.*). Alc. Avit. carm. 1, 313 nec vos ... -at temeraria discere cura, quod ... prohibet *deus* (*inf. pēndere ex* cura *putant alii*). Verec. satisfact. 193 -or meas edere curas. *praepos.* ad: Nep. Ages. 6, 1 cum a plerisque ad exeundum -retur. Avg. in psalm. 68, serm. 1, 18 qui te -it ad iniquitatem. Caes. Arel. serm. 23, 3 non ad hoc -itur *Christianus,* ut uxorem non permittatur accipere.
b *vario usu*: Cic. S. Rosc. 97 quae res eum ... coegit? quae necessitas eum tanta -bat, ut ... proficisceretur? (rep. 1, 11 nulla n. -ente [*item absolute*: Caecin. Cic. fam. 6, 7, 5 Veg. mil. 1, 24]. Cod. Iust. 5, 17, 8, 1 [*a. 449*]). Att. 6, 1, 3 *rex* a Pompei procuratoribus ... -i coeptus est (*in pecunia exigenda ut*: Sen. contr. 9, 3, 8 nulla alia *domus* venalis est; hanc occasionem vidit venditor et -it [*sc. emptorem?*]. *cf. l. 26*). Verg. Aen. 7, 368 Fauni ... -unt te iussa (Serv. urgent, in hoc compellunt). Prop. 4, 5, 32 mercata pace -endus erit *amator, qui iniuriam fecerit.* Sen. epist. 104, 3 si -unt causae. Val. Fl. 2, 214 (*verba Veneris mulieres ad scelus nocturnum instigantis*) -it ecce dies. 4, 649 hortatur supplexque manus intendit Iason nomine quemque -ens. 8, 465 *Iason* haeret et hinc ... pudor, hinc decreta ... -unt. Stat. Theb. 6, 34 *mater orbata vehementer lugens* exemplo famulas -it hortaturque volentes. 9, 166 stetit anxius heros ...; -it aspera virgo: 'quid haeres?' 10, 340 (*vates Apollini*) si non dedecui tua iussa tulique -entem, ... hanc dignare inrumpere mentem. *al.*

3 *pertinet potius ad supprimendum, inhibendum* (*cf. A2e; per praedicativa anticipatur effectus -endi l. 58 sq.*): **a** *quolibet modo*: Cic. Brut. 332 cursum ingenii tui, Brute, -it haec ... clades civitatis (*cf.* Ov. am. 3, 1, 25 incipe maius opus; materia *elegiarum* -is ingenium *tuum*). Sen. suas. 5, 1 ignominia spem -it. Sen. Phoen. 657 *regis est subditorum* odia ... -ere. dial. 10, 13, 9 *multa supervacua discuntur*; cuius ista errores minuent? cuius cupiditates -ent? (Arnob. nat. 5, 41 [*in explicatione allegorica*]. Avg. civ. 5, 12 p. 211, 30). Octavia 214 *Iuno saepe laesa est a Iove*; vicit ... tamen obsequium ... -ssusque dolor ([*221* vince dolores]. Sil. 9, 384 *quidam perculsus* arva ... morsu appetit et mortis -it in tellure dolores. *al.; paulo aliter l. 63*). Tac. hist. 4, 72, 2 Cerialis ... -ssit iras *militum* et paruere. ann. 15, 49, 3 famam carminum *Lucani* ... -bat Nero prohibueratque ostentare. Cypr. ad Donat. 5 p. 7, 9 spiritus nullis finibus -itur nec coercentibus claustris ... frenatur. Avr. Vict. Caes. 41, 20 fiscales molestiae severius -ssae. *al.* **b** *impediendo vocem alterius, imponendo aliis silentium sim.*: Verg. Aen. 7, 119 *boni ominis vocem* primam ... loquentis ab ore eripuit pater ac stupefactus numine -ssit (Serv. -ssit ... vocem Ascanii, quo posset ipse numina deprecari. *cf. Mackail, 1930, ad l.; aliter l. 66*). Ov. met. 1, 207 substitit ut clamor -ssus gravitate regentis, Iuppiter ... silentia rupit. Lvcan. 5, 132 *silent oracula*; muto Parnasos hiatu conticuit -ssitque deum. Val. Fl. 6, 523 *Absyrtus fugientium et conclamantium* corpora ... sternit ... gemitusque -it spirantis acervi. Sil. 12, 646 orantes -ssere ⌊silentia⌋ *nocturna* (⌊ ⌋ *subi., v. Spaltenstein, comm. 1990, ad l.; alii obi. intellegentes trahunt ad p. 1178, 69*). Stat. silv. 1, 5, 5 te, Phoebe, ... dimittimus, ... tu quoque, *Mercuri,* muta ... *testudinis* terga -as (*cf.* Clavd. 20, 286 tacitas -erunt ... buxos, *sc. tibias*). Tac. ann. 3, 6, 1 ut ... -ret vulgi sermones, *Tiberius* monuit edicto *eqs. al.* **c** *inhibendo vocem propriam, tacendo, dissimulando, non proferendo* (*-ere* mente *p. 1181, 2,* ore *l. 66,* silentio *l. 64. p. 1181, 4. sim. al., cf.* sub corde *l. 64. 65. 69*): Verg. Aen. 1, 209 spem vultu simulat, -it altum corde dolorem (Val. Max. 3, 3 ext. 1 silentio [Qvint. decl. 290, 3]. Cvrt. 8, 1, 38. Stat. Theb. 9, 824 tacito sub corde. *al.*). 4, 332 curam sub corde -bat. 7, 103 responsa ... monitusque ... non ipse suo -it ore. 9, 324 sic memorat vocemque -it ([*v.* Non. *supra p. 1167, 55.* Serv. auct. *ad l.* aut summissa voce loquitur aut tacet]. Ov. met. 9, 692. 764. 14, 779 tacitorum more luporum ore -unt voces [frem- *var. l.*]. Phaedr. 1, 11, 12 Sil. 2, 280. *al.*). 10, 465 sub imo corde -it gemitum (*al. v. vol. VI 2, 1750, 54 sqq., ubi addas* Drac. Orest. 159). 12, 322 -ssa est insignis gloria facti nec sese ... *eo* iactavit ... quisquam (Serv. auct.: suppressa). Ciris 211 -ssis ... singultibus. Hor. ars 388 siquid ... scripseris, ... nonum ... -atur in annum (*explicant* Porph. ut ... dissimulet, Schol. coerceatur, teneatur. *cf.* Epigr. Bob. 57, 14 *librum meum* -as vel exseras doctorum in aures. Svlp. Sev. Mart. praef. 1 libellum ...

[Pade]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

scheda sua -ere et intra domesticos parietes cohibere). Ov. fast. 3, 634 volnus mente -it tacita dissimulatque metus (Sen. dial. 2, 16, 2 Stat. Ach. 1, 638). Sen. Herc. O. 477 *arcanum* penitus recondas et finde tacita -as. benef. 6, 32, 2 quod non illa silentio -isset. *al.*

II *c. obi. quod efficitur vel ipsa pressione apparet* (*cf. praedicativa p. 1168, 6*): **A** *corporaliter*: **1** *significatur actio imprimendi, incidendi sim.*: Cic. Verr. II 4, 53 accusatores ... furta odore aut aliquo leviter -sso vestigio persequebantur ([*in imag. ut* Sest. 13 v. non -ssa leviter ..., sed fixa]. Lvcr. 2, 356 pedibus v. -ssa bisulcis. Verg. Aen. 11, 788 medium ... per ignem ... multa ˹-imus v.˺ pruna [˹ ˺ *nisi intellegas 'imponimus plantas'. simili ambiguitate*: Nemes. cyn. 11]. *al.; aliter p. 1169, 28. 1171, 18. 31. 1175, 28. 1176, 25*). Lvcr. 3, 4 in ... tuis ... pedum pono -ssis vestigia signis (Ov. met. 8, 332). Verg. Aen. 10, 296 findite rostris hanc terram, sulcumque sibi -at ipsa carina ([*v.* Non. *supra p. 1167, 53*]. Carm. Isid. orig. 1, 37, 3). Ov. epist. 10, 140 littera ... articulo -ssa tremente (Boeth. cons. 5 carm. 4, 9). met. 1, 48 *quinque* plagae ˹tellure˺ -untur *a demiurgo* (˹ ˺ *loc. pro dat.; explicaverunt alii aliter*). Cels. 8, 3, 3 iter modiolo -ssum (*ad os excidendum*). Cvrt. 5, 1, 28 cavernae ingentes, in altitudinem -ssae (*cf.* Lvcan. 4, 296 puteus ... -itur). 5, 4, 8 amnis -sso in solum alveo [di]labitur. Sil. 5, 541 -sso ... e vulnere cuspis prospexit terga. *al.*

2 *significatur actio exprimendi*: **a** *liquores, vapores sim.* (*qui pressione egeruntur; frumentum v. p. 1173, 48; vix huc p. 1173, 23. 62*): Lvcr. 4, 863 multa ... per sudorem ex alto -ssa feruntur. Varro At. carm. frg. 20, 2 e[t] lentis -itur radicibus humor. Verg. georg. 3, 85 *equus* collectum ... -ens volvit sub naribus ignem (*sc. vaporem*). 4, 101 dulcia mella -es, *sc. e favis* (Hor. epod. 2, 15 Prvd. cath. 5, 16). Aetna 564 *operarii* folles ... exanimant -ssoque instigant agmine ventos (*huc traximus coll.* Pers. 5, 11 folle -is ventos). Hor. epod. 13, 6 vina Torquato ... consule -ssa (Rvfin. Orig. in cant. 3 p. 185, 28 [*in imag.*]). sat. 2, 8, 46 quod *oleum* prima Venafri -ssit cella (Colvm. 12, 52, 1. 22. Plin. nat. 12, 129 malobathrum ..., ex quo -itur o. Prob. Verg. georg. 2, 425). carm. 3, 29, 4 -ssa tuis balanus capillis (*nisi ad p. 1173, 31*). 4, 12, 14 -ssum Calibus ... Liberum. Tib. 1, 5, 24 -ssa ... musta pede (*al. v. vol. VIII 1713, 7*). *al.* **b** caseum (*qui formatur liquido exprimendo, cf. p. 1173, 46. 62 sqq.*): Verg. ecl. 1, 34 quamvis ... pinguis ... -retur caseus urbi. Colvm. 7, 8, 7 quem dicimus manu -ssum ([*postea*: vel manu figuratur vel buxeis formis exprimitur]. Svet. Aug. 76, 1). Calp. ecl. 2, 70 Plin. nat. 11, 241. **c** *imagines* (*quae figurantur pressione acus*): Val. Fl. 2, 411 *Hypsipyle in chlamyde* servati genitoris conscia sacra -ssit acu currusque pios (*414* expresserat).

B *incorporaliter*: **1** *proferendo* (*sc. concitate, celeriter*): Sen. epist. 40, 2 quae *verba philosophus quidam* non effundit una, sed -it et urget; plura enim veniunt, quam quibus vox una sufficiat. **2** *destinando, minando*: Lvcan. 6, 608 conceditur arti *magicae,* unam cum radiis -erunt sidera mortem (*velut signo impresso*), inseruisse moras. Sil. 5, 44 in fraudem ducebat iter geminumque receptis exitium hinc rupes, hinc undae claustra -bant (*cf. p. 1171, 58*). **3** *cogendo*: Qvint. inst. 4, 4, 4 haec ... propositio confessionem adversarii -it et ... quaestionem ... adiuvat (*aliter p. 1179, 62*). *Pade.*

p. p. p. ※**pressus,** -a, -um *pro adi.* (*exempla potiora, ab usu verbali longius recedentia. adhibetur pro subst. fem. p. 1182, 31, neutr. p. 1182, 3. 1183, 60 [in locut. adverbialibus p. 1182, 22. 1183, 67], masc. v. supra p. 1169, 72. 1174, 56*). *compar.* -ior *invenitur passim inde a* Cic. (*variat cum posit.* -us *p. 1182, 7 sqq.*), *superl. nusquam, cf.* multum -us Mela 1, 76, quam -us Sen. benef. 2, 6, 1. *de notione v. l. 72 sq. p. 1183, 46. 1184, 3. al.* [ad -um (*cf. p. 1182, 22 sqq.*): *it.* appresso; *francog.* après (*sola notione q. e. post, ut prov.* apres); *cat.* aprés; *hisp. vet.* aprés. *cf. Battisti-Alessio I 258. Wartburg XXIV 178 sq. Corominas² I 302. St.*]

significatur qualitas (status) premendo effecta, quae percipitur potius: **I** *sensibus*: **A** *de variis rebus (fere corporeis vel corpus afficientibus); respiciuntur ea, quae sunt potius*: **1** *compressa, sc. densa, solida sim.*: Varro rust. 2, 7, 5 *si pullus equinus est* lumbis deorsum versus -is (*Colum. 6, 29, 2* latis lumbis et subsidentibus). Aetna 551 candenti -oque ... fornace coerce *lapides urendos* (*opp.* caelo ... patenti). Sen. nat. 4, 9 corporibus, quae duriora et -iora sunt, necesse est minora foramina esse. 6, 26, 1 *soli limosi* -a erat et sedens structura, cum partes glutinarentur. Vet. Lat. Luc. 6, 38 (Tert. adv. Marc. 4, 17) mensuram bonam, -am ac fluentem dabunt (*gr. πεπιεσμένον, Vulg.* confertam). Edict. imp. Diocl. 6, 85 L. *ficus* Caricae -ae (*sc. siccatae et compressae, cf. Colum. 12, 15, 2; alii cogitant de farina fici, Colum. 12, 15, 4*). Avian. fab. 41, 1 -a nube coactus ... imber. Gloss. II 374, 55 *ναχτὸν τὸ πεπιλωμένον*: densum, -um (*de opere textili; cf.* III 322, 45 *ἰπωμένον, sc. ἱμάτιον*: -um, *sc. vestimentum*).
2 *depressa: de locis sim. in imo sitis, profundis, occultis* (*neutr. pro subst.* Priscill.; *cf. p. 1171, 72*): Aetna 446 *nisi Aetna* -o ... canali ... pas-

ceret ignes *montis alterius.* Mela 1, 76 *specus Typhoneus* ore angusto et multum ... -us et ob id adsidua nocte suffusus. Priscill. tract. 11, 145 si *conditor mundi* sublimaret erecta, divexa vergeret, -a planaret (ple- *trad.*). Donatio Tiburt. p. cxlvi[b] 30 fundum Boaricum et casa -a. Isid. orig. 3, 37 dextra caeli altiora sunt, -a austri (*cf. p. 1174, 68*). *de partibus corporis recedentibus, non eminentibus*: Vet. Lat. lev. 13, 30 (cod. 100) facies eius *tactus leprae* -ior corio (*gr. ἐγκοιλοτέρα τοῦ δέρματος, Vulg.* humilior ... carne reliqua. *sim.* 13, 32 *et* 34 [*ibid.*] -a a corio [*gr. κοίλη ἀπὸ τοῦ δέρματος*]). Serv. ecl. 10, 7 simae *capellae* ... id est -is naribus (*cf.* Gloss. naso -o: *σιμός. al. ibid.*). **3** *impressa, sc. de manu sim. fortiter imposita vel de amplexu sim. arto*: Ov. epist. 2, 94 oscula per longas iungere -a moras (*al. v. vol. IX 2, 1113, 37 sqq.; ad* CIL *ibid. v. Hiltbrunner, Gymnasium 88, 1981, 46 sqq., qui verba aliter iungere temptat. cf.* Mart. 6, 34, 1 basia da nobis, Diadumene, -a). Sen. Oed. 193[a] *febricitantes* amplexu frigida -o saxa fatigant. benef. 2, 6, 1 gladius idem et stringit et transforat; quam -o articulo venerit, refert (*antea*: remissa manu). Colvm. 4, 25, 2 -a manu desecare quid (6, 30, 1 -a m. subegisse terga equi [*inde* Pelagon. 30]. Pelagon. 212 spongiis calidis foveatur et -a m. fricetur [*sim.* Veg. mulom. 2, 92, 7, *sine adi. Chiron 436; cf. Hippiatr. gr. I p. 208, 1 πεπιλημέναις χερσίν*]). Gell. 2, 6, 5 'taxare' -ius crebriusque est quam 'tangere'. Mart. Cap. 3, 261 'e' spiritus facit lingua paululum -iore *quam 'a'.* **4** *premendo praestricta, non nisi neutr. pro subst. in iunctura adverbiali* ad -um *i. q. usque ad cutem (carnem) praestrictam, sc. quam proxime sim.* (*cf. p. 1181, 57 et adv. p. 1184, 57*): Vet. Lat. Ezech. 44, 20 (Hier. *ad l.*) comas non ˹ad -um tondebunt˺ (*gr. ψιλώσουσιν, cod. 175* tondent; *explicat* Hier. *ibid.* l. 1562 nec ita ad -um tondendum caput, ut rasorum simile esse videatur). Chiron 24 compones (*i. resecando tractabis*) ungulam ad -um, ˹sicut superius dixi˺ (*sc. 22* componis u. prope vivum. *Veg. mulom. 1, 26, 4 et 2* ad vivum. *e coni. probabili*: Chiron 623, *v. Grevander, Unters. Chiron., 1926, 122* [ad gressus *Bücheler,* aut c(r)essus *codd.*]). **5** *premendo impleta, non nisi fem.* -a *pro subst. de cibo, sc. gallina sim. isiciis farta*: Anth. 229 (tit. de -a) turgida sum moriens sollertique arte referta (defixa *trad. contra metrum*); crescens decresco, nomine -a vocor (*de caseo cogitant alii vix recte; cf. enim carmina quae praecedunt, e. g. 226 avis* turgida membris ex aliis crescit).

B *de sonis, voce sim.*: **1** *generatim pertinet ad ea*: **a** *quae sunt impedita, cohibita sim.*: **α** *de voce suppressa, minus clara*: Cic. p. red. in sen. 13 *consul* vini, somni, stupri plenus *erat* ...; -a voce et temulenta ... dixit *eqs.* (Pavl. Med. vita Ambr. 46 v. ita -a, ut vix invicem audirent. Avg. epist. 238, 7. *cf. p. 1180, 66*). Avg. conf. 8, 2, 5 sonuit -o sonitu per ora cunctorum ...: 'Victorinus'. epist. Divj. 20, 15, 3 non iam -o murmure ..., sed apertis vocibus. **β** *de oratione sim. lenta, non concitata*: Sen. epist. 40, 14 quemadmodum sapienti viro incessus modestior convenit, ita oratio -a, non audax (*postea*: tardiloquum). Qvint. inst. 11, 3, 111 aliis locis citata, aliis -a conveniet pronuntiatio; illa transcurrimus ..., hac instamus, inculcamus, infigimus. **b** *quae sunt (pressione) formata, articulata* (*cf. p. 1184, 32. 1199, 14*): Cic. nat. deor. 2, 149 *lingua* vocem ... fingit et terminat ⟨at⟩que sonos vocis distinctos et -os efficit, cum ... partes pellit oris. **c** *quae proferuntur cum vi, cum emphasi* (*cf. l. 45. p. 1184, 38*): Hier. in Mal. 3, 16 *id est εἰρωνικῶς* legendum et -a voce.

2 *in arte musica*: **a** *de modis suppressis, lentis sim.*: Cic. Tusc. 1, 106 haec *verba Deiphili mortui* cum -is et flebilibus modis, qui totis theatris maestitiam inferant, concinuntur. Prvd. apoth. 844 aut ille *tibiae flatus* est -o modulamine parcus, aut *eqs.* **b** *de sono gravi*: Porph. Hor. sat. 1, 3, 7 ('modo summa voce, modo hac, resonat quae chordis quattuor ima') modo clara voce, modo -a; et a tetrachordo hoc sumptum, in quo est gravissimi soni chorda, quae hypate dicitur.

3 *in arte gramm. cum respectu*: **a** *qualitatis*: **α** *de accentu i. q. gravis* (*iunctura* accentus -us *praeter l. 65; ad rem v. e. g. p. 1174, 24. Explan. in Don. gramm. IV 525, 28 [e Varrone, sc. frg. 278 F.] vocum* altitudinem discernit accentus, cum pars verbi aut in grave deprimitur aut sublimatur in acutum): Prob. inst. gramm. IV 56, 5 *in verbo 'rogatus' syllaba* tus -o a. auditur *nec confundi potest cum subst. 'tus'* (*sim.* 56, 9). Cledon. gramm. V 32, 2 gravis *a.*, qui -a voce habet accentum. Avdax gramm. VII 353, 22 *'ante' praepositio* -o a. pronuntiatur (*353, 24 adverbium* acuto a. profertur). *al.* **β** *de vocibus modulatis qualitate mutata*: Ter. Mavr. 145 productius ... coeuntibus labellis, *quam si o pronuntiamus,* natura soni -ior altius meabit (*sc. ut fiat u*). Pomp. gramm. V 102, 12 *e vocalis* sic -a, sic angusta, ⟨ut⟩ vicina sit ad i litteram. Epiphan. Avell. 244, 31 laggurium ..., quem nonnulli -iore locutione liggurium vocant (*Migne gr. 43, 300[A] τῇ τρανῇ διαλέκτῳ*).

b *quantitatis*: **α** *de sono diutius vel maiore vi enuntiato* (*si recte coll. p. 1184, 35 intelleximus*): Mar. Victorin. gramm. 4, 2 voces, quae -iore sono edu[cu]ntur, ... per duo s scribebant *olim* (*e. g.* caussa; *ad β tra-*

[Terkelsen]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

xit Mariotti ad l.). β *de littera soni evanidi*: DON. Ter. Ad. 207 littera nimium -ae vocis ac paene nullius adeo (*sc. m*).

?c *integritatis, sc. de verbo mutilo, contracto* (*si recte explicat Swoboda, Nigid. reliq., 1889, 82 ad l., de veriloquio cogitans*): DON. Ter. Phorm. 182, 2 Nigidius 'celari' quaerit, utrum plenum sit an -um (*an spectat ad formam inf. pleniorem* celarier? *ad aβ trahunt alii*).

C *de coloribus sive saturis, plenis sim.* (*e. g. l. 21. 23; cf. respectum densitatis p. 1181, 62, stipationis p. 1169, 74*) *sive minus lucidis, obscurioribus* (*e. g. l. 13. 26 sq.; cf. p. 1172, 15. 1176, 43; accedit abl. resp. l. 27*): PLIN. nat. 33, 159 tertium genus *silis* est -um ..., quo utuntur ad picturae umbras. *ibid.* postea *sil* uritur -um appellantibus qui adulterant. 35, 32 (*31* species sinopidis tres: rubra et minus rubens atque ... media) quae *species* -ior vocatur et est maxime fusca. PLIN. epist. 8, 20, 4 color *lacus* caerulo albidior, ⌊viridi ora -ior⌋ (*Schuster*; viridior et -ior *codd.*). TERT. pall. 3, 1 *pluma pavonis in collo* omni conchylio -ior (depressior *var. l.; postea*: inauratior *in tergo*). PALLAD. 4, 13, 3 *equorum* colores hi praecipue: ... albus guttatus, candidissimus, niger -us (*recte iunxisse videtur Rodgers, cf. ibid.* murinus obscurior; *singulos colores intellegunt alii*). SERV. georg. 3, 82 *equi* 'spadices', quos phoeniciatos vocant -os, myrteos (SERV. auct.: spadix phoenicius est, quales sunt fructus palmarum, neque satis diluti coloris neque nimium -i. *cf. l. 32 et Gell. 2, 26, 9* poeniceus ... et spadix ... exuberantiam splendoremque significant ruboris). SERV. auct. georg. 4, 335 ('vellera ... hyali saturo fucata colore') saturo: ebrio ac per hoc -o colore, ut in consuetudine dicimus. PHYSIOGN. 90 color *viri fortis debet esse* acrior magis quam -ior. EPIPHAN. Avell. 244, 26 in modum purpurae, quam blattam vocitant, cuius est -ior species (*Migne gr. 43, 297A* τῆς μελαίνης τὸ εἶδος). 29 iaspis albidior quam mare, flore vero tincturaque -ior (*gr. p. 297C* βαθυτέρα). OP. imperf. in Matth. 41 p. 865D haereticae tenebrae ... -iores et exteriores (*ad 22, 13* in tenebras exteriores *ut*: ORIG. in Matth. 17, 16 p. 633, 8 [*gr.* βαθύτερον]). ALC. AVIT. carm. 6, 327 (*ad servum pigrum, Matth. 25, 24 sqq.*) argentum, nitida quod purum luce tulisti, en taetrum -umque refers. ISID. orig. 12, 1, 53 *equus* myrteus ... est -us in purpura (*cf. etiam l. 19*).

D *de quiete sim., de calore, sc. altis, magnis* (*quod revocare possis ad varias imagines premendi, cf. e. g. A1 et 2 vel etiam p. 1178, 69*): APVL. met. 4, 25, 4 quid repente postliminio -ae quietis lamentationes ... refricaret *virgo* (*sunt qui coll. IIA intellegant somnum brevem*). NON. p. 237, 26 altum: -um (*affert Verg. Aen. 10, 63* alta silentia). ALC. AVIT. carm. 1, 148 cui *Adam* pater omnipotens -um per corda soporem iecit et immisso tardavit pondere sensus. CARM. de resurr. 242 *ver est* nec radiata micat -is caloribus aestas.

II *animo*: **A** *fere technice in arte rhet. respicitur genus dicendi praecisum, breve sim.* (*maxime Atticorum, cf. l. 70. 72*) *vel etiam remissum, temperatum sim.* (*saepe iuxta syn., e. g.* tenuis, limatus, subtilis, purus, integer, *vel opp., e. g.* abundans, audax, elatus, grandis, inflatus, plenus, laetus; *cf.* SYNON. Cic. p. 443, 21 subtilis. distinctus. -us. elegans. comis. adstrictus. brevis. concinnus. affabilis. venustus. simplex *eqs.; minus technice l. 69; cum abl. resp. l. 58. 70, cf.* in *c. abl. p. 1184, 2*): **1** *de oratione, stilo sim.*: CIC. de orat. 2, 96 *si se plus exercitaret Sulpicius*, multo eius oratio esset -ior, in qua nunc, ut in herbis rustici solent dicere ..., inest luxuries quaedam, quae stilo depascenda est ([*cf. p. 1176, 32*]. orat. 20 *quidam* subtili quadam et -a o. limati [*trad.* limata]. SEN. contr. 1, 8, 16 dixit rem ... elatiorem, quam -a et civilis o. recipit). SEN. epist. 59, 5 non effert te oratio ...; -a sunt omnia et rei aptata. QVINT. inst. 2, 8, 4 -o limatoque genere dicendi (11, 1, 31 eloquentiae genus ... -um et mite et limatum [*opp.* plenum et erectum et audax]. HIER. epist. 58, 8, 1 et nitidum). 8, 3, 13 *ornatus* -ior et severior et ... materiae accommodatus. 9, 4, 134 *narratio* verbis, ut saepius -a est, ita interim insurgit. 10, 1, 44 *quidam* -a ... et tenuia et quae minimum ab usu cotidiano recedant, sana et vere Attica putant (*item neutr. pro subst.*: 12, 10, 38 tenuiora haec ac -iora. PLIN. epist. 2, 19, 6 quem non potius dulcia haec et sonantia quam austera et -a delectent. 7, 12, 4 -ius quiddam et exilius vel potius humilius et peius. *cf. l. 69*). TAC. dial. 2, 2 purus et -us et ... profluens sermo (PLIN. epist. 7, 9, 8 purusque). PLIN. epist. 1, 8, 5 stilus ... -us demissusque (DON. Ter. Eun. 588, 6. BOETH. in herm. comm. sec. 1 praef. p. 12, 2 propter brevitatem -ior). 1, 16, 4 in contionibus *operi historico insertis* ... vis est ... -ior ... et circumscriptior et adductior. *al.* *locutio adverbialis* in -is *i. q. praecise, breviter*: VIRG. gramm. epist. 4, 1, 2 nos doctores monent, ut omnes artes ... recte in -is statuantur (*postea*: breviarias expositiones). **2** *de oratore, scriptore*: CIC. de orat. 2, 56 *Thucydides* ita ... verbis est aptus et -us, ut nescias, utrum res oratione an verba sententiis illustrentur. Brut. 51 Asiatici oratores ... parum -i et nimis redundantes (*distinguuntur ab Atticis; cf.* QVINT. inst. 12, 10, 16 hi -i et integri, contra inflati illi et inanes. 12, 10, 18. TAC. dial. 18, 4 nec satis -us *Cicero*, sed supra modum exsultans et superfluens et parum Atticus). 202 cavenda est -o illi oratori inopia et ieiunitas, amplo autem inflatum ... genus. phil. frg. V 56 quis te ... fuit umquam in partiundis rebus, in definiendis, in explicandis -ior? (*affert* NON. p. 364, 22 *s. v.* -um: subtile). QVINT. inst. 10, 1, 46 *Homerus* laetus ac -us, iucundus et gravis, tum copia tum brevitate mirabilis. 10, 1, 102 minus -us quam historiae auctoritas postulat. 10, 2, 16 fiunt ... pro grandibus tumidi, -is exiles *eqs.*

B *vario usu*: **1** *fere i. q. modicus, humilis sim.*: SEN. dial. 9, 1, 14 oblitus ... legis -iorisque iudicii sublimius feror (*antea*: simplici stilo scribe; minore labore opus est. *aliter l. 20*). PERS. 5, 109 es modicus voti, -o lare ...? iam nunc adstringas, iam nunc granaria laxes? PLIN. epist. 1, 22, 3 -a et decora cunctatio *cuiusdam modesti*. 9, 19, 6 *Frontinus, qui vetuit sibi monumentum fieri*, tibi parcior videtur et -ior. ANIAN. Chrysost. hom. 6, 7 humiliatam ... animam, trementem, -am, pudicam, paenitentem atque compunctam (*Migne gr. 57, 71* τεταπεινωμένην). *al.* **2** *fere i. q. intentus, acer sim.*: APVL. met. 5, 5, 2 *periculum* observandum -iore cautela censeo. 5, 10, 9 (*deliberant sorores Psyches*) cogitationibus -ioribus instructae ... firmiores redeamus (HIER. epist. 148, 24, 2 tam firma et -a de futuris c.). TERT. praescr. 44 l. 1 -ioris (-iora *fere trad.*) apud nos testimonia disciplinae (*opp. 41 l. 3 haereticorum conversatio* sine gravitate). SCHOL. Cic. Bob. p. 110, 31 -iore iudicio sensus felicitatis accipitur.

adv. ***pressē.** *legitur inde a* CIC., VELL., SEN. *trag., de* LVCIL. *v. l. 27; compar.* -ius *occurrit multo saepius quam posit.* -e, *superl. non exstat.* [*it.* presso; *sard. centr. vet.* presse *et var. sard.; francog.* près; *prov. vet.* pres *et var. francoprov., prov., vasc.; cat.* despres. *cf. M.-L. 6742. Battisti-Alessio IV 3071. Wagner II 308. Wartburg IX 365 sqq. St.*] [*confunditur in codd.* -ius *cum* expressius, *e. g.* SCRIB. LARG. 198 ANIAN. Chrysost. hom. prol. 6. *vix recte trad.* LVCIL. 797 omnia ... leget, omnia, crede mihi, -e auferet omnis (*sunt qui ad 1b vel 2a trahere temptent*; pr⟨a⟩e se ⟨res⟩ *Marx*, p⟨ol⟩ res se⟨cum⟩ *Krenkel*).]

i. q. modo presso, qui percipitur potius: **1** *sensibus*: **a** *cum verbis loquendi, sonandi sim.; respicitur pronuntiatio*: α *bene formata, distincta* (*cf. p. 1182, 47*): CIC. de orat. 3, 45 sic maiores *locutos esse*: non aspere ..., non vaste, non rustice, non hiulce, sed -e et aequabiliter et leviter ([*postea*: illa lata]. off. 1, 133 -e loquentium et leniter).

β *impetu et sono maiore facta; pertinet ad*: ⓘ *quantitatem vocalis* (*cf. p. 1182, 73*): VEL. gramm. VII 54, 19 unde illud (*sc. i in voce q. e. Maia*), ⟨quod⟩ -ius et plenius sonet, per duo i scribi oportere existimat *Cicero*. ⓘⓘ *emphasin, sc. in iunctura* -e *legere*: HIER. in Ier. 2, 19 -ius hoc legendum est iuxta Hebraicum (*sc. cum maiore indignatione quam sec. LXX*). in Is. 5, 17, 10 -ius et per ironiam. 8, 26, 11 voce interrogantis. in Zach. 11, 12 l. 340 cum irrisione et subsannatione dicentis. *al. apud eundem.*

γ *suppressa* (*sc. minus clara vel minus severa sim.; saepius opp.* clare): DON. Ter. Ad. 239, 1 'labascit': hoc -e dicitur (*sc. ad solos spectatores; item*: 884, 3. Andr. 759 hic versus clare dicitur, sequens, ne senex audiat, -e. Eun. 711, 2 clare dicit; quidam -ius putant). 685, 2 'in qua civitate' aliter pronuntiandum est, id est -e ac leniter, ne faciat illud Tullianum (*affert Cic. Catil. 1, 9; cf. 685, 4* Micionem facere molliter accusantem. *sim.* Andr. 754, 4 hoc -ius dixit, *sc. non comminando*). RVFIN. Orig. in exod. 13, 2 p. 272, 2 si elevatius, si -ius dicatur. AVG. epist. 191, 2 -ius ... atque timidius ... insusurrare. in euang. Ioh. 28, 12 -ius susurrabant (*opp.* clarius sonabant). ord. 1, 3, 6 nunc clarius nunc -ius eadem aqua strepebat silicibus inruens.

b *cum verbis variis, maxime tangendi, stringendi sim.* (*sc. sive vehementer, fortiter sive proxime, arte; in imagine l. 56. 70 sqq.*): SEN. Oed. 85 quo ... sit dubius magis status ..., hoc stare certo -ius fortem gradu. epist. 114, 21 qui labra -ius tondent et adradunt servata ... cetera parte (SCHOL. Hor. epist. 1, 7, 50 ['adrasum quendam'] -e tonsum calvum. AMBR. Noe 7, 21 [*opp.* indulgentius]. *al.; cf. p. 1182, 25 et e. g.* VEG. mulom. 1, 56, 34 -ius [studiosius *var. l.*] colla radunt). COLVM. 4, 24, 18 -ius ... si adnodes adplicato ferro (*antea*: vehementius adplicata falce adnodatur; *opp.* parcius detondetur. *cf.* PALLAD. 12, 9 vites quae ... fronde luxuriant ... -ius putare conveniet). SCRIB. LARG. 46 spongiae particulam *naribus* ... inicere paulo -ius. 61 ut *tonsillae* digito -ius fricentur (104 *aegrotis* oleo peruncti et diutius -e fricatis. 253. *al.*). 66 perungere ... fauces hoc medicamento, qua tactus sustinere poterit, pusillo -ius. GELL. 10, 6, 2 (*ex At. Cap.*) quanto ... artius -iusque conflictata essem *a turba hominum*, si *eqs.* PS. LACT. PLAC. fab. Ov. 14, 18 aquae ... humo sparsae -ius hostem averterunt (*cf. Ov. met. 14, 793* viribus his ... vapor penetravit ad ima fontis *eqs.*). FAVSTIN. trin. 2, 9 l. 10 ut tuae frontis impudentia multo -ius obteratur. ANIAN. Chrysost. laud. Paul. prol. p. 472* ut eum (cum *falso ed.*) *Chrysostomum*, dum tibi vertere conor e graeco, -ius ipse combiberem. MACR. Sat. 7, 3, 5 tanto ... -ius haerent dicta talia, *sc. scommata* (*postea*: tenacius infiguntur). somn. 1, 8, 9 purgati ... animi et ab omni mundi huius aspergine -e pureque detersi. 2, 7, 20 quae *regiones* ad frigidae *zonae* fines -ius accedunt.

[Terkelsen]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2 *animo (saepe cum verbis dicendi, aliter l. 26. 30. 37. al.; cf. imagines sub 1b); significatur potius*: **a** *i. q. praecise, breviter vel etiam remisse sim. (saepe fere technice in arte rhet. accedentibus variis syn. vel opp. genus dicendi illustrantibus; cf. p. 1183, 42)*: CIC. Brut. 35 *in causis Demosthenis* nihil subtiliter dici, nihil -e, nihil enucleate, quo fieri possit aliquid limatius; nihil contra grande, nihil incitatum, nihil ornatum ..., quo quicquam esset elatius (197 breviter et -e. 201 oratorum bonorum ... duo genera sunt, unum attenuate -eque, alterum sublate ampleque dicentium. QVINT. inst. 2, 8, 15 -e ... aut subtiliter aut aspere. 8, 3, 40 abundanter an -e. PLIN. epist. 5, 20, 6). orat. 26 *Demosthenes pro Ctesiphonte dixit* summissius a primo, deinde, dum de legibus disputat, -ius, post ... exsultavit audacius (*nisi ad b*). 117 ut definire rem possit nec id faciat tam -e et anguste quam in illis eruditissimis disputationibus fieri solet, sed cum explanatius, tum etiam uberius (*cf.* Tusc. 4, 14 *perturbationes* definiunt -ius). PLIN. epist. 3, 18, 10 ea potius quae -ius et adstrictius quam illa quae hilarius et quasi exsultantius scripsi (*cf.* 4, 14, 3 *hendecasyllabis* describimus aliquid modo -ius modo elatius). 9, 26, 12 *Aeschines dixit* illa custoditius (commodius *var. l.*) -iusque: '...' ⌊altius illa: '...'⌋ (*ed. Aldina, om. codd.*). SVET. rhet. 25, 8 narrationes cum breviter ac -e, tum latius et uberius explicare. TERT. pudic. 18 p. 260, 11. PORPH. Hor. epist. 1, 3, 4 'vicinas inter ... turris' -e ⟨pro⟩ 'inter ... turres Erus et Leandri'. FAVSTIN. trin. 4, 2 -ius (expr- *var. l.*) loqui voluit, ne quis ... crederet (AMM. 29, 2, 4 ut -ius loquar. HIER. tract. in Is. p. 110, 20). *al.* **b** *i. q. intente, acriter, accurate*: CIC. fin. 4, 24 ut propius ad ea, Cato, accedam, quae a te dicta sunt, -ius agamus (*ibid.* mihi ..., inquit *Cato,* placet agi subtilius et ... -ius). ac. 2, 29 Antiochus ad istum ⌊locum⌋ -ius videbatur accedere *quam Antipater* (⌊ ⌋ *sc. ut concedatur aliquid percipi posse. in eadem re*: 2, 109 illud ... refers, non ut Antipater, sed ut ais -ius [*sc. sec. Antiochum; cf. ibid.* illo modo potius putat urgendum fuisse Carneadem *eqs.*]). VELL. 2, 129, 2 *Tiberius* causas ⌊-ius⌋ audit (*contextu mutilo*; ⌊ ⌋ praesens *Lipsius, coni. alii alia*). GELL. 1, 3, 21 inquisitius ... et exactius -iusque quam Cicero disserit *Theophrastus.* TERT. adv. Marc. 5, 2 p. 572, 10 materia ... -e docendi (*postea*: tota intentio epistulae ... docet *eqs.*). HIER. praef. vulg. Esth. p. 3, 2 verbum e verbo -ius transtuli. AVG. coll. c. Don. 1, 12 p. 45, 28 respondere noluerunt dicentes non debere hoc ab eis exigi, et cum iterum -ius exigeretur *eqs.* (MAR. MERC. Conc.^{S} I 5 p. 15, 32). IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 3, 109, 1 -e cogimus, ut ostendas *eqs.* MACR. Sat. 7, 16, 20 illud -ius intuendum est (somn. 1, 14, 15. 1, 18, 2). ENNOD. epist. 8, 35, 4 domno praefecto quae iussistis -ius intimavi. *al.*

adv. **pressim.** *i. q. presse*: APVL. met. 2, 16, 2 me -m deosculato. 2, 30, 9 linteolo ... -m adglutinato. IVL. VICT. rhet. p. 97, 3 -m et aequaliter et leniter (*sec. Cic. p. 1184, 33*). *e coni. dub. Salmasii pro* pressum (*sc. osculum*) SERV. auct. Aen. 1, 256.

deriv.: prelum, *?*2. premo, pressicius, pressio, *?*pressivus, presso, pressor, pressorius, pressulus, pressura, 2. pressus (-ūs).

compos.: ap-, com-, de-, ex-, im-, inter-, opp-, per-, re-, supprimo; pedepressim; *cf. l. 53.*

cf. Onom. (Prema, Pressus). *Terkelsen.*

***?*2. premo,** -ōnis *m.* *ab* 1. premere, *si recte restituitur.* *i. qui premit (sensu obsceno, cf. p. 1173, 9)*: LVCIL. 967 subpilo, pullo, premo[r] (*ita Marx,* pullo *pro* pullarius [*sec. Petron. 43, 8*] *positum esse putans; frg. affertur in epigrammate de stupratore puerorum quodam* AVSON. 70, 7 p. 341; *de compos.* pulliprema, pullipremo, pullopremus *cogitant alii*).

prēndo *v.* prehendo. *Bk.*

prēnsātio, -ōnis *f.* *a* prensare. *i. q. actio prensandi, sc. eius, qui ambit in magistratu petendo*: CIC. Att. 1, 1, 1 non aliena rationi nostrae fuit illius *competitoris* haec praepropera -o (*cf. p. 1186, 7*).

prēnsio *v.* prehensio.

prēnsito, -āre. *a* prensare (*quod occurrit apud eundem* SIDON., *v. p. 1186, 19. 53*). *i. q. assidue prensare, complecti*: SIDON. epist. 2, 8, 2 cum libitinam *matronae* ... flentes omnes ... -rent, remorarentur, exosculārentur. *v. L.*

prēnso, -āvī, -ātum, -āre. *a* pr(eh)endere (-sus). *forma aspirata* prehen- *non exstat nisi in var. ll. parvi pretii* CIC. de orat. 1, 112 FLOR. epit. 4, 2, 82. *al.* *solae formae stirpis praes. praeter perf.* -verim *p. 1186, 18, p. p. p.* -tus *p. 1186, 42.* GLOSS. -ant (praes- *trad.*): corripiunt aut apprehendunt. *v. et p. 427, 19.* *legitur inde a* CIC., VERG., OV., LIV. (*saepius; item* TAC.), *post saec. II perraro, sc. sec. schedas nostras singulis vel binis locis apud* PANEG., AVSON., AMM., SIDON. (*vix* AVG. *p. 1186, 1*). [*in codd. confunditur e. g. cum* pensare LIV. 3, 35, 2. 5, 30, 4 MANIL. 5, 371. *al. et* pressare VERG. Aen. 12, 404 TAC. hist. 4, 46, 3 (*restit.* TAC. hist. 1, 36, 2. *al.; var. l. vix recta* HOR. sat. 1, 9, 64; *e coni. dub.* STAT. Theb. 4, 492); *falso trad.* PRIAP. 11, 1 *p. 1163, 56; e coni. dub.* STAT. silv. 4, 6, 62 (-bat *Calderini,* prestabat *M*).]

fere i. q. (frequenter vel acriter, impense sim.) prehendere (*sc. corporaliter, nisi agnoscas infra l. 48 et* AVG. conf. 1, 8, 13 -bam memoria [*fere praefertur var. l.* pensabam *vel* praesonabam], *in imag.* SEN. *l. 61*):

I *praevalente respectu tangendi, amplexandi, attrectandi -are dicuntur*: **A** *qui aliquem implorant, sibi suaeve parti conciliari student sim.*: **1** *in ambiendo, in munere publico petendo (spectat ad comitia praeter l. 12. 20)*: **a** *absolute vel obi. supplendo (e coni. dub.* -antem *pro* petentem LIV. 39, 41, 1): CIC. Att. 1, 1, 1 *inter competitores consulatus* -at unus P. Galba; ... negatur. *ibid.* initium -andi facere ... in campo comitiis tribuniciis. de orat. 1, 112 (*loq. Crassus*) cum peterem magistratum, solebam in -ando dimittere a me Scaevolam (*sc. ut liberius agere possem*). **b** *c. obi. acc.*: LIV. 1, 47, 7 Tarquinius *regnum usurpaturus* circumire et -are ... patres. 3, 35, 2 ut primores quoque civitatis ... -rent homines, honorem *decemviratus ... a plebe* suppliciter petentes (4, 6, 9 -are h. et concursare toto foro candidati coepere). PLIN. epist. 2, 9, 5 -o (prendo *var. l.*) amicos, supplico, ambio *eqs.* (*sc. pro amico tribunatus petitore*). PANEG. 3, 16, 1 *candidatis olim erant* homines ... salutandi, -andae obviorum manus *eqs.* (AVSON. 419, 13 p. 356, 84 consul ego ..., qui non -verim m. *eqs.* [pressaverim, *quod tradi vid., frustra def. Green, 1991, 542*]. *cf. l. 43 sq.*). SIDON. epist. 5, 20, 2 multi *ambitiosi* frequenter ... civium maximos manu -ant *eqs.*

2 *vario usu (obi. suppl. l. 29. 34)*: LIV. 2, 61, 5 ut vestem mutaret aut supplex -ret homines (*-at reus vel pro reo agens ut*: 3, 47, 2 Verginius sordidatus filiam secum ... in forum deducit; circumire ibi et -are h. coepit. *cf.* -are singulos: LIV. 3, 12, 1. 3, 58, 1). 4, 48, 11 -antur ab principibus *senatus* tribuni; suadendo monendo pollicendoque ... sex ad intercessionem comparavere. 4, 58, 13 *tribuni plebis, qui bello adversabantur,* -antes (praes-, pens- *sim. var. ll.*) ... veteranos. 5, 30, 4 *patres* suos quisque tribules -antes (pens-, -are *var. ll.*) orare cum lacrimis coepere, ne *eqs.* (*cf. 5, 30, 7* agebant ... precibus). 45, 35, 8 *quidam* eos *milites* ... ⌊-ando⌋ ipse et per *alios* ... sollicitando stimulaverat, ut *eqs.* (⌊ ⌋ *ed. Basil. 1531*; persandro *cod.*, persuadendo *Fügner*). VAL. FL. 3, 640 *Telamon* orans -a⟨t⟩que viros demissaque supplex haeret ad ora ducis. SIL. 6, 462 *senatores* dextram *Reguli* -are ac ... orabant, *ut maneret.* 13, 98. TAC. hist. 1, 36, 2 *fautores Othonis,* ut quemque adfluentium militum adspexerant, -are (press- *cod. M*) manibus ..., modo imperatorem militibus, modo milites imperatori commendare. 1, 66, 1 Viennenses ... arma genua vestigia -ando flexere militum animos (2, 46, 2 g. *Othonis* [*postea*: orabat]. ann. 1, 21, 2). 4, 46, 3 *milites anxii* -are commanipularium pectora, cervicibus innecti ..., ne desererentur soli.

B *qui quolibet modo prehendunt*: OV. met. 13, 424 *Hecubam captivam* -antem tumulos atque ossibus oscula dantem Dulichiae traxere manus. LIV. 4, 60, 1 *a plebe* concursum ... ad curiam esse -tasque exeuntium manus et patres vere appellatos (*item gratulando*: TAC. ann. 14, 10, 2 centurionum ... adulatio ... -antium manum *Neronis* gratantiumque, quod ... matris facinus evasisset). VAL. FL. 3, 245 *Argonautae in tenebris pugnantes* suspecta ... explorant, -ant socios vocemque reposcunt (*item temptando*: 3, 278 *post pugnam* pars tenues flatus et adhuc stridentia -at vulnera *morientium,* pars *eqs.* [*de notione observandi vid. cogitare Lemaire, 1824, ad l.*]). SIL. 7, 603 *ceteros* superantem vertice Thulin, qui summas alto -bat (pens- *var. l.*) in aggere pinnas. STAT. Theb. 6, 284 -at ... rotas auriga natantes (*sc. quas ipse laxaverat*) Myrtilos et volucri iam iamque relinquitur axe *Pelopis.* TAC. ann. 2, 31, 1 *Libo mortem poscens* vocare percussorem, -are servorum dextras, inserere gladium. SIDON. epist. 1, 7, 8 serica et gemmas ... quasi mercaturus inspicere -are, depretiari devolvere.

II *praevalente respectu captandi, retinendi -are dicuntur, qui volunt, temptant*: **A** *impedire fugientem, inhibere se moventem*: VERG. georg. 4, 501 *Orphea* -antem nequiquam umbras *Eurydices* (*cf.* OV. fast. 5, 476 lubrica -antes effugit umbra *Remi* manus *somniantium*). MANIL. 5, 371 medios inter volucrem -are meatus ([pens- *var. l.*]. *item captantur animalia*: AVSON. Mos. 275 quos *pisces elapsos* ... stolido captat -are natatu *piscator*). SEN. dial. 9, 3, 3 ad pecuniam luxuriamque cursu ruentis -at ac retrahit *sapiens.* SIL. 4, 236 frena *equi hostilis* ferox obiecto corpore -at *quidam.* FLOR. epit. 4, 2, 82 *Caesar* -are fugientis, confirmare signiferos *eqs.* (*cf. p. 1164, 38*). **B** *se sublevare, eniti sim.*: *in oppugnatione* (*ad moenia sim. transcendenda; cf. etiam l. 50*): VERG. Aen. 2, 444 *oppugnatores scalis admotis* clipeos ... ad tela sinistris protecti obiciunt, -ant fastigia dextris (*fort. huc spectat* GLOSS. *p. 1185, 66*). TAC. ann. 1, 68, 2 *Germani* proruunt fossas, iniciunt crates, summa valli -ant. 4, 51, 1 *scalas* inferre propugnaculis eaque -are, detrahere (AMM. 19, 5, 6). *ex aqua vel in ascensu difficili*: VERG. Aen. 6, 360 *Palinurum* -antem ... uncis manibus capita aspera montis (*cf.* SIL. 4, 586 celer nandi *quidam* iamiam ... apprendere tuta ... parat et ... -at gramina summa manu). LVCAN. 3, 664 robora (*sc. alterius navis*) cum *naufragi* ... -rent altius ulnis nutaretque ratis. AMM. 14, 2, 6 si *pedites* lapsantibus plantis fruticeta -ando ... ad vertices *montium* venerint summos. **C** *auferre, removere*: VERG. Aen. 12,

[Holmes]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

404 *Iapyx* nequiquam spicula *vulneri inhaerentia* ... sollicitat -atque (press- *R*) tenaci forcipe ferrum. MANIL. 5, 531 *urinator* perlucentes cupiens -are lapillos (*sc. margaritas*). **D** *infestare, violare*: TAC. hist. 3, 28 quin *oppugnatores* ... super ... testudinem scandentes -rent hostium tela brachiaque. ann. 6, 35, 2 Albani ... -are, detrudere, *sc. equites Parthos.*

deriv.: prensatio, prensito. *Holmes.*

*?***prēnsūra,** *subst. fem. a* prehendere *derivandum v. p. 1198, 32.*

[prēnsūrium: *ἵπος* GLOSS.; *subst. a* pr(eh)endere (-sus) *derivandum defenditur a quibusdam muscipulam intellegentibus, sed restituendum vid.* pressorium.**]**

prēnsus *v.* prehendo.

pres, *vox a gramm. ficta, v.* interpres *vol. VII 1, 2250, 46. v. L.*

pres- *v. etiam* praes-, press-. **presbit-, presbut-** *v.* presbyt-.

***presbyter,** -ī *m., πρεσβύτερος* (*cf. e. g.* EVCHER. *et* VEREC. *infra l. 41. 70*). *scribitur recte sec. gr.* presbyt- *in titulis* DAMAS. carm. 47[2], 5. CE 312, 3 (*saec. V*[1]) *et saepe, in codd. ant. e. g.* VET. LAT. II reg. 5, 3 (cod. 115). Luc. 9, 22 (cod. 5). COD. Theod. 16, 8, 2. 13. 14; *saepe tamen occurrit* prae-, *e. g.* CIL XIII 299 (*a. 347*). CE 668, 1 (*a. 381*). VET. LAT. Dan. 13, 5 (cod. 177). I Tim. 5, 17 (cod. 75). CANON. Hippol. 71, 20. 23. *al., haud raro etiam* -bit-, *e. g.* CIL VIII 20300 (*a. 363*). V 6468 (*a. 496*). VET. LAT. num. 10, 31 (cod. 100; *sed* -byt- 11, 16. *al.*), *cf.* -vit- CIL VI 9994 (*a. 521*). VIII 23044. *al.*, -but- *exhibent* CIL III 14207[21] VIII 23127; *forma* preb- (*cf. l. 45*) *exstat* INSCR. christ. urb. Rom. 4917 (*a. 445*). CIL VIII 9731 (*a. 461*). *al.; ceteras scribendi rationes v. Inscr. christ. Diehl III p. 391; dubium num recte agnoscatur* prosbit- CIL X 7112, 13 (*ante a. 330*; presbit- *legitur* Année Épigr. 1959 n. 23). *abbreviationes communes sunt* presb, *e. g.* INSCR. christ. urb. Rom. 11763 (*a. 366*). Diehl 1145 (*a. 368 vel 378*), prb CIL XII 4311 (*a. 455*). III 14623 (*a. 462*). PAP. Tjäder 50, 40 (*a. 590–604*). *al.*, pbr CIL V 5455 (*saec. V*[2]). XII 1500 (*a. 519*). *al.*, pb CIL VIII 21574 (*a. 433*). PAP. Tjäder 33, 1 *et* 10 (*a. 541*). *al., ceteras partim etiam casum vel numerum indicantes exhibent Diehl (v. l. 24) et Lindsay, Notae Latinae, 1915, 436 sq.* NOT. Tir. 55, 31 -r. 60, 38 -r. *de formis: nom.* -erus *latere videtur compendiis titulorum* prebs, prbs *sim., e. g.* CIL V 5683 XIII 2476 (*v. Diehl l. 24*), *vix etiam* prs, *v. enim p. 1193, 69; cf.* GRAMM. suppl. 298, 18 episcopos, -os, si de plurali numero fuerit, per o scribendum, si vero singulari, per u. *formae heteroclit. sec. decl. tertiam traduntur imprimis codd. potioribus conciliorum collectionis hispanae, sc.* -em CONC. Ilib. a. 295/314 ed. Rodríguez p. 252 l. 296. *ibid.* l. 298. *al.*, -es *ibid.* p. 248 l. 232. *al.* CANON. Caes. Arel. II p. 56, 14. GLOSS.[L] I Ansil. PR 677 (cod. Paris.; *ex* ISID. eccl. off. 2, 7, 1). *de notione v. imprimis l. 61 sqq. p. 1189, 5 sqq. 43; ceterum* EVCHER. instr. 2 p. 160, 7 (*tit.* de graecis nominibus) -r: senior. GLOSS. -r: veteranus graece. GLOSS.[L] Corp. interpr. nom. p. 188, 250 -r: sacerdos. *al. legitur inde a* VET. LAT., TERT., *raro in poesi exceptis* DAMAS. et CE. [*francog.* prêtre; *prov. vet.* prestre *et var. francoprov., prov., vasc.; cat.* preste; *port.* preste; *a forma* praebyter (*v. l. 22*): *val.* preot; *dalm.* pretro; *it.* prete; *sard. centr. vet.* prebíteru; *var. raet., francog., prov., cat. cf. M.-L. 6740. Battisti-Alessio IV 3073 sq. Wagner II 304. Wartburg IX 357 sqq. Corominas[2] IV 643. Machado[3] IV 427. St.*] [*falsa var. l. pro πρεσβύτης* AVG. quaest. hept. 1, 70.]

i. q. πρεσβύτερος, senior **(***notione aetatis detersa imprimis sub IB2, cf. etiam p. 1188, 52; gr. respondet nimirum πρεσβύτερος, quod infra non magis adnotavimus quam voces* senex, senior, maior *sim., quae locis geminis passim occurrunt [de usu sacr. script. v. l. 59]; abundanter iuxta* senior *p. 1188, 7, sine abundantia p. 1189, 45; fere pro adi. in iunctura* viri -i *p. 1188, 6 [vice versa* -r *determinatur per subst. p. 1188, 19. 1191, 1] et accedentibus adv. vim vocis augentibus p. 1191, 54 sq.***)**: **I** *usu communi, sc. praevalente respectu dignitatis de iis, qui aetate et simul auctoritate sim. vel munere gerendo ceteris praestant*: **A** *apud Iudaeos (fere plur., saepe collective de toto ordine seniorum, sing. l. 66. p. 1188, 1; vox occurrit saepe in* VET. LAT. *veteris test., raro in* VVLG. *iisque fere locis, qui non ex hebr. versi sunt excepta p. 1188, 12; transfertur ad paganos p. 1188, 41*): **1** *explicationes*: HIER. in Is. 2, 3, 2 (*inde* ISID. eccl. off. 2, 7, 4; *sim.* RVFIN. Orig. in gen. 3, 3 p. 42, 4 sqq. *al.*) in scripturis sanctis -os merito et sapientia eligi, non aetate; ... nam ... Moysi praecipitur, ut eligat -os, quos scit esse -os (*v. p. 1188, 2*); ... cumque nongentos ... annos ... usque ad Abraham vixisse homines legerimus, nullus alius prius appellatus est -r, id est senex, nisi Abraham, qui multo paucioribus annis vixisse convincitur (*v. p. 1191, 47*). VEREC. in cant. 2, 8 (*ad* deut. 32, 7 *p. 1191, 50*) historice pontificem ceterosque ... significat sacerdotes ...; nam quod nos seniores ... dicimus, Graeci -os nuncupant, a quibus ... legem domini interrogare debemus. THEOD. MOPS. in I Tim. 3, 8 p. 120, 1 apud Iudaeos -i dicebantur qui populo praeerant.

2 *exempla usum illustrantia* **(***ad rem v. e. g. Bornkamm, Theol. Wb. NT IX 655 sqq.***)**: **a** *de variis senioribus aetatis Iudaeorum antiquioris*: VET. LAT. num. 10, 31 (cod. 100; *Moses genero suo*) eris inter nos *per desertum profecturos* -r (*gr. πρεσβύτης, Vulg.* ductor). 11, 16 (*ibid.*) dixit dominus ad Moysen: concollige mihi LXX viros ex -is Istrahel, quos ipse tu scis, quia hi sunt -i populi et scribae (-am *cod.*) eorum **(***explicat e. g.* HIER. epist. 58, 1, 2 non aevo, sed prudentia iudicandos, *v. et p. 1187, 63; de iisdem*: num. 11, 24 [*ibid.*] LXX viros de -is populi. 11, 25 [*ibid.*] *deus spiritum* inposuit super LXX viros -os. CANON. Hippol. 71, 32. RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 92, 1 septuaginta -i ex senioribus [*gr. -ων τῆς γερουσίας, sc. iunguntur var. ll. exod. 24, 9*]. *al.***)**. deut. 31, 9 (Lucif. Athan. 1, 9. *al.*) *Moses librum* dedit ... sacerdotibus et levitis ... et -is Israhel **(**II reg. 5, 3 [cod. 115] ven(unt) omnes -i I. ad regem Davit ... et unxerunt Davit in regem. *al., e. g. l. 2; cf.* IV reg. 23, 1 [Lucif. non parc. 7] *rex* collegit ad se omnes -os Iuda. VVLG. I Esdr. 6, 8 Iudaeorum [*6, 7* senioribus. *cf. infra l. 36 et 48*]. *sim. al.***)**. 31, 28 (cod. 100) convocate ... principes trib⟨u⟩um vestrarum et -os vestros et iudices vestros et scribas. Iudith 8, 10 (cod. 151; *sim.* 130. VVLG. 8, 9) vocavit ... *quosdam* -os civitatis su(a)e (*sc. Bethuliae ut*: 10, 6 [cod. 151 *et* VVLG.]. 13, 12 [cod. 151. VVLG. 13, 14]). Bar. 1, 4 ad aures potentium ... et ad aures -orum (*sc. Babylone*). Dan. 13, 5 (cod. 177; *sim.* 176) designati sunt duo -i de plebe iudices; ... exivit facinus de Babylone de -is iudicibus **(***de iisdem*: 13, 34 [cod. 176. VVLG.]. *al. et saepe apud ecclesiasticos, e. g.* CYPR. epist. 43, 4 duorum -orum ... nequitiam. HIER. epist. 14, 9, 1 -os Danihel puer iudicat [*eodem opposito, ut vergat ad II*: BENED. reg. 63, 6]). Ps. PHILO antiq. 9, 14 omnes -i altercabantur cum Amram, *qui exposuit Mosen filiolum.* RVFIN. apol. adv. Hier. 1, 19 l. 23 *Hiezabel* mandavit -is iniquitatis falsis eum *Naboth* conscriptionibus perurgere (*cf. III reg. 21, 8 sqq.*). *al.* **b** *de senioribus ad συνέδριον pertinentibus* (*sc. inde ab aetate Seleucidarum; strictius distinguuntur fere* sacerdotes, scribae *sim., sed pro iis poni videntur* -i *l. 34. 38*): VET. LAT. I Macc. 7, 33 (rec. B) exierunt de sacerdotibus ... et de -is populi salutare eum *Nicanorem.* 14, 20 (*ibid.*) Sparthiatarum principes ... Symoni sacerdoti magno et -is et sacerdotibus et omni populo Iudaeorum ... salutem. II Macc. 14, 37 (rec. B, *sim.* M) quidam de Ierosolimitarum -is. Luc. 9, 22 (cod. 5; *cf.* Tert. adv. Marc. 4, 21) oportet filium hominis multa pati ... a -is et a principibus sacerdotum et scribis. Ioh. 8, 9 (cod. 5; *8, 3* adducunt ... scribae et pharisaei *adulteram ad Iesum*) *omnes* exiebant incipientes a -is (*de iisdem*: DIDASC. apost. 24, 16. 20). TERT. adv. Marc. 3, 22 p. 414, 23 *apostoli Christum praedicantes* renuntiaverunt -is et archontis et sacerdotibus Iudaeorum. IREN. 4, 12, 4 *Christus* non per Moysen datam legem dicens praecepta hominum, sed traditiones -orum ipsorum, quas finxerant *eqs.* (*sc. scribarum sim., nisi trahas ad IIB; cf. 4, 12, 1* seniorum ... traditio. *spectat ad Marc. 7, 3. al.*). GAVDENT. serm. 12, 6 *Iesus* loquitur ad pontifices et -os et strategos templi (*sec. Luc. 22, 52*). *al. transfertur ad sapientes paganos*: ORIG. in Matth. 17, 14 p. 627, 15 -i alieni a Christi doctrina, id est philosophi gentium ceterorumque barbarorum prudentes, perdere volunt Christum (*in explicatione Luc. 19, 47 sec. var. l. πρεσβύτεροι pro πρῶτοι*). **c** *de senioribus, qui praesunt synagogis* (*sc. sub imperio Romano*): COD. Theod. 16, 8, 2 qui ... synagogis Iudaeorum ⌊patriarchae vel -i⌋ se dederunt et ... legi ipsi praesident, immunes *sint* (⌊ ⌋ *Seeck,* patriarchis vel -is *trad.*). 16, 8, 13 archisynagogis patriarchisque ac -is. 16, 8, 14 archisynagogi sive -i Iudaeorum. NOVELL. Iust. 146, 1, 2 archipherecitae aut -i ... aut magistri.

B *apud Christianos*: **1** *tempore apostolorum et patrum priorum (longe praevalet plur., sing. occurrit l. 69. 74 sqq. p. 1189, 33. al.; respectus aetatis provectioris evanescere videtur sub b; ad rem v. e. g. Bornkamm, Theol. Wb. NT IX 655 sqq.); significantur*: **a** *qui pertinent ad collegium seniorum Hierosolymis constitutum*: VET. LAT. act. 11, 30 (cod. 5. *al.*) cum *Antiochenses stipem collectam* misissent *Hierosolyma* ad -os per manum Barnabae et Sauli. 15, 2 (*ibid., sim.* VVLG.) ascendere ⟨ad⟩ apostolos et -os in Hierusalem, ut iudicent ... de qu(a)estione **(**15, 6 [cod. 5. *al.*] convenerunt ... apostoli et -i. 16, 4 [*ibid.*] *Paulus aliique* tradentes ... mandata apostolorum et -orum. *al. ibid.***)**. 21, 18 (cod. 51, *cf.* 5) intravimus cum Paulo ad Iacobum et convenerunt omnes -i.

b *qui munere fungentes ecclesiae cuidam praesunt* (*ab episcopo haud bene distincti, v. imprimis sub β*): **α** *exempla usum illustrantia*: VET. LAT. act. 14, 22 (cod. 51. *al., sim.* VVLG.) cum ordinassent illis *discipulis Antiochenis al.* per singulas ecclesias -os. 20, 17 (cod. 51. *al.*) convocavit omnes -os ecclesiae *Ephesiae* (*Vulg.* maiores natu. *inde* IREN. 3, 14, 2 convocatis episcopis et -is. *cf. p. 1189, 19*). I Tim. 5, 17 (cod. 75. *al., sim.* VVLG.) qui bene praesunt -i duplici honore honorentur (*cf.* DIDASC. apost. 26, 30 si quis ... -os voluerit honorare, duplum sicut diaconibus dabit illis. *al.*). 5, 19 (*ibid.*) adversus -um accusationem noli recipere, nisi *eqs.* Tit. 1, 5 (cod. 77. *al., sim.* VVLG.) reliqui te in Creta, ut ... constituas per civitates -os (*cod. 75 v. p. 1193, 3. cf. p. 1189, 12*). Iac. 5, 14 (cod. 66. *al., sim.* VVLG.) *aegrotus* vocet -os et orent super ipsum ungentes. I Petr. 5, 1 (Hier. epist. 146, 1, 4, *sim.* in Tit. 1, 5) -os in vobis precor, compresbyter et testis ..., regere gregem Christi. II Ioh. 1 (Hier. epist. 146, 1, 5) -r electae dominae *salutem* **(***sc. Iohannes ut*: III Ioh. 1 [*ibid.*] -r Gaio carissimo. *Vulg. utroque loco*

[Jiménez-Villarejo]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

senior. *cf.* HIER. vir. ill. 18 duas posteriores epistulas Iohannis non apostoli esse, sed -i [*sim.* RVFIN. hist. 3, 39, 5]. *sunt, qui explicent sec. c vel sec. II, v. e. g. Vielhauer, Gesch. der urchrist. Lit., 1975, 481*). CLEM. ad Cor. 54, 2 grex Christi cum pace sit cum constitutis -is. POLYCARP. ad Philipp. 5, 3 subiecti estote -is et diaconis sicut deo et Christo. *al.* β *explicationes sim.*: AMBROSIAST. in Eph. 4, 12, 5 (*sim.* in I Tim. 3, 8, 1 sq. PS. AVG. quaest. test. 101, 5) Timotheum -um a se creatum ⌞episcopum⌟ vocat, quia primi (*i. summi*) -i episcopi appellabantur (⌞ ⌟ *Phil. 1, 1* cum episcopis *perperam ad Paulum et Tim. rettulit Ambrosiast., v. eundem ad l.; quem locum rectius explicant e. g.* HIER. in Tit. 1, 5 p. 563[A] in una civitate, *sc. Philippis,* plures ... episcopi esse non poterant; ... indifferenter de episcopis quasi de -is est locutus. PELAG. in Phil. 1, 2). HIER. epist. 69, 3, 4 (*comparatur* Tit. 1, 5 -os *cum I Tim. 3, 2* episcopum) quamquam apud veteres idem episcopi et -i fuerint, quia illud nomen dignitatis est, hoc aetatis (146, 2, 2 in Tit. 1, 5 p. 563[A]. *al.*). in Tit. 1, 5 p. 562[C] idem est ... -r, qui et episcopus, et *initio* ... communi -orum consilio ecclesiae gubernabantur; ... *postea* decretum est, ut unus de -is electus superponeretur ceteris, ad quem omnis ecclesiae cura pertineret et schismatum semina tollerentur. p. 563[B] observate, quomodo unius civitatis Ephesi -os vocans *Paulus* (*v. supra p. 1188, 65*) postea eosdem episcopos dixerit (*act. 20, 28*). p. 563[C] episcopi noverint se magis consuetudine quam dispositionis dominicae veritate -is esse maiores. RVFIN. Orig. in Ios. 16, 2 p. 396, 12 Iesus, sicut ... pontificum princeps (*Hebr. 4, 14*) est et ... princeps pastorum (*I Petr. 5, 4*) est, ita ... princeps -orum putandus est et ... princeps episcoporum. *sim. al.*

c *qui primi post apostolos veram doctrinam tradiderunt* (*dubium utrum munere eccles. fungantur necne; hucine p. 1188, 74 sqq.? cf. et IIB infra*): IREN. 3, 2, 2 quae *traditio* est ab apostolis, quae ⌞per successiones -orum⌟ in ecclesiis custoditur (⌞ ⌟ *3, 3, 2* per s. episcoporum. *ceterum cf. l. 36 et e. g.* 4, 26, 2 eis qui in ecclesia sunt -is obaudire oportet, his qui successionem habent ab apostolis, ... qui cum episcopatus successione charisma veritatis ... acceperunt. RVFIN. hist. 6, 13, 9 quae a -is, id est a successoribus apostolorum, ... tradita sunt). 4, 27, 1 quemadmodum audivi a quodam -o, qui audierat ab his, qui apostolos viderant (*cf. e. g.* 5, 33, 3 quemadmodum -i meminerunt, qui Iohannem discipulum domini viderunt, audisse se ab eo *eqs.* RVFIN. hist. 3, 39, 3 [*e Papia*] omnia, quae quondam a -is didicimus, ... exponere). 5, 5, 1 -i, qui sunt apostolorum discipuli (5, 36, 2). *al.*

d *senes, qui sunt iuxta thronum dei*: VET. LAT. apoc. 5, 6 (Iren. 4, 20, 11) vidi ... in medio -orum agnum stantem tamquam occisum. 7, 13 (Tert. scorp. 12 p. 174, 3) unus ex -is. TERT. coron. 15, 1 (*sec. apoc. 4, 4*) sedent et -i coronati (*v. p. 1131, 21*).

2 *tempore ecclesiae iure ordinatae de gradu clericorum* (*de quo fusius agunt* PS. HIER. epist. 12, 6 ISID. eccl. off. 2, 7, *cf. etiam 1bβ; addidimus -os haereticorum e. g. l. 59 sqq.; evanescit respectus aetatis, ut iuxta ponatur* senex, senior CYPR. epist. 6, 4 PEREGR. Aeth. 3, 4. 14, 2. AVG. anim. 2, 1, 1 p. 336, 18 [*cf.* 2, 5, 9 p. 342, 25], iuvenis PAVL. PELL. euch. 508 [*cf. -um XXII annorum* CIL V 5454]; *ad notionem originariam senioris alludit* AMBR. off. 1, 20, 87 [*v. et* HIER. *l. 14 sq.* PONT. *p. 1191, 60*]): **a** *exempla rem illustrantia*: α *generatim*: TERT. anim. 51, 6 *cum mulier quaedam defuncta* oratione -i componeretur. fug. 11, 1 cum ipsi auctores, id est ipsi diaconi et -i et episcopi fugiunt, quomodo laicus intellegere poterit *eqs.* (*sim. passim inter ordines ecclesiae, e. g.* CYPR. epist. 32. OPTAT. 2, 14 p. 48, 19 [*qui addit*: ministros et turbam fidelium]. HIER. epist. 146, 2, 3 [*comparantur* Aaron et filii eius atque levitae]. in Is. 5, 19, 18 quinque ecclesiae ordines, episcopos, -os, diaconos, fideles, catechumenos). paenit. 9, 4 *exomologesis* mandat ... lacrimari ..., -is advolvi (*cf.* pudic. 13 p. 243, 28 *paenitentem* prosternis in medium, ante viduas, ante -os. *de ipsa reconciliatione cf. infra p. 1190, 39 et* PS. MAX. TAVR. 90, 3 *accepto pretio a paenitente haereticus* -r ... putat, quod peccatum Christus indulgeat). praescr. 41 l. 22 *apud haereticos est* hodie -r, qui cras laicus (*item opp. l. 51 et saepe, e. g.* CYPR. epist. 72, 2 si qui -i ... apud haereticos ... promoti sint ..., eos quoque hac condicione suscipi ..., ut communicent laici. AVG. anim. 2, 1, 1 [*simul opp.* iuvenis *et* senex]). CYPR. epist. 5, 2 p. 479, 14 -i ..., qui ... apud confessores offerunt (*item celebrant missam*: PEREGR. Aeth. 4, 8 rogavimus -os, ut et ibi fieret oblatio. CONC. Carth. a. 390 p. 15 l. 7 excommunicatus -r, si sacrificare praesumpserit. HIER. epist. 51, 1, 5 [*Epiphan.*] *cum quidam* -i ... nollent debita nomini suo exercere sacrificia. *al.*). 34, 1 Gaio Didensi -o et diacono eius ... non communicandum (CANON. Turner I p. 480 adversus -um sive d. suum. STAT. eccl. ant. p. 175, 146 diaconus ita se -i ut episcopi ministrum noverit. EPIST. canon. 8 -r non habens diaconum eligat sibi personam *consecrandam. al.; diaconos -is non antefferendos esse confirmant* HIER. epist. 146 PS. AVG. quaest. test. 101). 61, 3 cum episcopo -i sacerdotali honore coniuncti (*sim. ponitur* sacerdos *vi generali p. 1190, 35 et* AVG. civ. 20, 10 p. 433, 18 'sacerdotes dei' [*apoc. 20, 6*] ... non ... de solis episcopis et -is dictum est, qui proprie iam vocantur ... sacerdotes, *sed de omnibus.* LEX Burg. Rom. 3, 1 a sacerdotibus, id est aut episcopo cum -is aut -o cum diaconibus subscribentibus. *al.*). 72, 2 si qui -i ... in ecclesia catholica ... ordinati fuerint (HIER. epist. 60, 10, 3 *Nepotianus* per solitos gradus -r ordinatur. CANON. Hippol. 71, 20 cum ... -r ordinatur, inponat manum super caput eius episcopus contingentib(us) etiam -is *eqs.* CANON. Turner II p. 132 rec. III. *al.* -r ante XXX annorum aetate ... non ordinetur. *et saepius*). CONC. Arel. a. 314 p. 13 l. 69 de -is ..., qui solent remittere loca sua, in quibus ordinati sunt (*item pertinent ad singulas ecclesias*: PEREGR. Aeth. 3, 1 et aecclesia ibi est cum -o [*sc. in monasteriis montis Sinai*]. HIER. epist. 51, 2, 2 [*Epiphan.*] ut ecclesiis Cypri ... ordinarent -os. AVG. civ. 14, 24 p. 51, 17 -r fuit quidam ... in paroecia Calamensis ecclesiae. *sim. al.; v. etiam p. 1191, 13. 18. 21. 24. al.*). PEREGR. Aeth. 27, 6 ut semper populus discat legem, et episcopus et -r predicant assidue (43, 2. *al., v. e. g. p. 555, 75 sqq.; cf.* HIER. epist. 52, 8, 1 sermo -i *praedicantis* scripturarum lectione conditus sit. AVG. serm. 20, 5 vigilanter verbum dei ministrantibus -is vos audire non pigeat. *al.*). DAMAS. carm. 47[2], 5 hoc Theodorus opus construcxit -r instans (*cf.* CE 312, 3 [*saec. V[1]*] haec ... fundavit -r urbis. INSCR. Année Épigr. 1937 n. 154b [*e Numidia*] basilica edificata ex in⟨st⟩antia Optati -i. *al.*). AVG. serm. 324 p. 1447 tulit illum *filiolum moribundum* ad -os, baptizatus est (*item baptizant -i necessitate coacti*: MIRAC. Steph. 1, 15, 1 GREG. M. epist. 6, 10. *cf. l. 30 sqq.*). CIL VI 9162 (*a. 522*) *sepulturae* locum ... conparaberunt sivi ... a Petro -o (*sim.* 32970 [*saec. VI ex.*]. *al.*). *et saepe.* *per comparationem de aliis*: VITAE patr. 6, 4, 8 *Iesus* factus est ... diaconus ..., nam lavit pedes discipulorum (*Ioh. 13, 5*); ... factus est -r et resedit in medio magistrorum docens (*Luc. 2, 46*). ORIG. in Matth. ser. 10 p. 18, 22 *ne dignus quidem* debet velle vocari eo nomine (*sc. episcopi vel -i*) ...; proprie enim episcopus dominus est Iesus, et -i Abraham et Isaac et Iacob ... vel *apostoli.*

β *speciatim*: ① *distinguuntur officia, iura sim. episcoporum et -orum* (*cf. 1b*): TERT. bapt. 17, 1 *baptismi* dandi ... summum habet ius summus sacerdos ..., episcopus, dehinc -i et diaconi, non tamen sine episcopi auctoritate (*cf.* CANON. Migne 13, 1188[A] [*decret. Damasi*] -r et diaconus *baptizantes* per paroecias dare remissionem peccatorum ... consueverunt; ... illi in officio sunt, sed illius *episcopi* nomini facti summa conceditur. AMBR. sacr. 3, 1, 4 sacerdos – licet enim et -i fecerint, tamen exordium ministerii a summo est sacerdote – ... pedes tibi lavit *in baptismo. cf. l. 20*). CYPR. epist. 17, 2 p. 522, 3 quosdam ... de -is nec euangelii memores ... nec episcopo honorem ... cathedrae reservantes iam cum lapsis communicare coepisse (*item respicitur reconciliatio*: 59, 13 p. 682, 20 *ut* despectis episcopis ... pax a -is verbis fallacibus praedicetur. MOYS. Cypr. epist. 31, 6 p. 562, 7. CONC. Ilib. a. 295/314 ed. Rodríguez p. 252 l. 296 apud -em ... agere paenitentiam non debere, sed potius apud episcopum. Carth. a. 390 p. 14 l. 55 ut -r paenitentes iussus ab episcopo suo reconciliet. *al.*). AMBROSIAST. in Eph. 4, 12, 5 (*item fere* PS. AVG. quaest. test. 101, 5) apud Aegyptum -i consignant, si praesens non sit episcopus (*cf.* EPIST. pontif. 311 Cabié l. 54 de consignandis ... infantibus manifestum est ... ab episcopo *solo* fieri licere; nam -i, licet sint sacerdotes, pontificatus tamen apicem non habent. *ibid.* l. 60 -is ... chrismate baptizatos unguere licet ..., non tamen frontem ... signare. SACR. Gelas. 609 infans *baptizatus* signatur a -o in cerebro de chrismate [*615* consignatur ab episcopo]. *al.*). in I Tim. 3, 12, 3 esse oportet aliquantos -os, ut bini sint per ecclesias, et unus in civitate episcopus. HIER. epist. 146, 1, 6 quid ... facit excepta ordinatione episcopus, quod -r non facit? CONC. Carth. a. 390 p. 13 l. 52 chrismatis confectio et puellarum consecratio a -is non fiat (*sim. e. g.* CONC. Carth. a. 397 p. 42 l. 189; *ceterum cf. vol. III 1027, 80 sqq.*). p. 16 l. 130 si -r inconsulto episcopo agendam celebraverit, honore privetur (*cf. e. g.* CANON. Turner II p. 15 rec. I [*sim. recc. cet.* p. 31. 136 sq.] -r de villa praesente episcopo aut -o civitatis ... offerre non potest, nisi *eqs.*). CANON. Turner II p. 386 rec. I (*sim. recc. cet.* p. 387) non oportet -os ante ingressum episcopi ingredi et sedere in tribunalibus (*cf. e. g.* STAT. eccl. ant. p. 166, 3 episcopus in ecclesia in consessu -orum sublimior sedeat). *al.* ② *respiciuntur -orum uxores filiive* (*cf. p. 1192, 6. 52*): TERT. castit. 7 l. 39 -r esse non alius potest, quam (*i.* quam qui) laicus semel fuerit maritus (*sc. non digamus*). CONC. Ilib. a. 295/314 ed. Rodríguez p. 253 l. 301 placuit ... prohiberi ... -is ... positis in ministerio abstinere se a coniugibus suis et non generare filios (*sim.* CONC. Carth. a. 390 p. 13 l. 38. *al.; cf. p. 1192, 11 et e. g.* INSCR. christ. Gall. I 214 Aufidius presbit⟨er⟩ ..., cui Augurina ⌞so-⟨ror⟩⌟ et Augurius ... filius ... titulum fieri iusse⟨runt⟩ [⌞ ⌟ *quae ante ordinationem fuerat uxor eius, v. ed. ad l.*]). CANON. Turner II p. 156 rec. II (*sim. recc. cet.* p. 188 sq.) de nuptis -is; si quis dubitet a -o, qui nupsit, *accipere oblationem* ..., sit anathema. INSCR. christ. urb. Rom. 4823 (*a. 389*) Gaudentius presb(yter) sibi et coniugi suae (INSCR. christ. Diehl 393 [*saec. IV?*]. 1154. *al.*). 4917 (*a. 445*) Leonis -i, cuius filia ... requiescet (*cf.* 4149 [*saec. V ex.; vers.*] *papa* Anastasius -o genitus. PATRIC. conf. 1 filium ... -i. *sim. al.*). *al.*

[Jiménez-Villarejo]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

b *iuncturae potiores*: CYPR. epist. 29 cum -is doctoribus (*v. vol. V 1, 1776, 67 sqq.*). CONC. Ilib. a. 295/314 ed. Rodríguez p. 240 l. 118 Restutus -r de Epora (*item ibid. deinceps.* Arel. a. 314 p. 14 l. 32 de civitate Arausicorum. p. 15 l. 61. CANON. Turner II p. 15 rec. I de villa. *al.*). PEREGR. Aeth. 3, 6 -i loci ipsius (HIER. epist. 51, 9, 3 [*Epiphan.*]. AVG. epist. 65, 2. CANON. Turner II p. 31 rec. II de -is locorum [p. 137 recc. V *et* VI agrorum. *ibid.* ruris. *gr. Mansi 2, 542*^{E} *ἐπιχώριοι. opp. l. 25*]. *al.*). 14, 2 ille sanctus -r iam senior (*de vivo ut l. 11.* HIER. epist. 61, 3, 4. INSCR. christ. urb. Rom. 6096 sub praesenti⟨a⟩ sancti Maximi -i [*sed v. Silvagni ad l.*]. *de mortuis e. g. l. 32.* PRAEDEST. 1, 31. *cf.* -r sanctae memoriae: CIL V 5683 [*a. 525*]. *al.*). FILASTR. 45, 1 -os sanctos ecclesiae catholicae (*item generaliter*: INSCR. christ. Diehl 1176 [*a. 493? ex Hispania*] -r s(an)c(ta)e e. Romanae. *al.; singulorum locorum*: EPIST. pontif. 311 Cabié l. 94 quarum -i [*sc. e. Romanarum*]. ALC. AVIT. c. Eutych. 1 p. 16, 5 Constantinopolitanae: CIL V 5219 [*a. 520*] Com(ensis). INSCR. Année Épigr. 1928 n. 117 [*e Sardinia*] huius. *al.*). AMM. 29, 3, 4 Epiroten aliquem ritus christiani -um (31, 12, 8. *cf.* HIST. AVG. quatt. tyr. 8, 3 Christianorum -r). AVG. epist. Divj. 23A, 2 quidam ... Rusiccadensis parrochiae -r (CONC. Epaon. a. 517 p. 26 l. 105 parrochiarum -i. MARCELL. chron. II p. 93, 486 Antiochenae p. *al.; cf.* GREG. M. epist. 1, 51 parroechiales -os). INSCR. christ. urb. Rom. 13122 (*a. 401–417*) Proclinus et Vrsus praesb(yteri) titu⟨l⟩i Byzanti (19991 [*a. 489*]. 4280 [*a. 522*]. CONC. Rom. a. 499 p. 411, 2 Ianuarius -r t. Vestinae [*et sim. deinceps in subscriptione -orum ut ibid.* a. 595 p. 366, 14 sqq.]. *al.*). CE 312, 3 (*saec. V*^{1}) -r urbis *Romae* (ALC. AVIT. c. Eutych. 1 p. 16, 14. CANON. Turner II p. 137 recc. V *et* VI [p. 15 rec. I. *al.* civitatis; *opp. l. 6 sq.*]). SEDVL. epist. 2 p. 171, 1 sancto ... patri Macedonio -o (*al., v. vol. X 1, 682, 72 sq.*). LEO M. epist. 19, 1 p. 711^{A} primi secundique -i (*item c. adi., quae spectant ad ordinem presbyterii*: 19, 2 p. 712^{A} ultimi. INSCR. christ. urb. Rom. 4279 [*a. 521*] a -is tituli sanc(ti) Crisogoni, idest Petro priore, Crisogono secundo, Catello tertio, Gaudioso quarto, *sc. -o* [*item* prior: 20003. GREG. M. epist. 6, 12 l. 40. *addas supra p. 400, 48*]). CIL III 14623 (*a. 462*) requies s(an)c(t)i ac venera(bilis) Anastasi pr(es)b(yteri) (*si recte solvitur coll. e. g.* XIII 11211 ⟨vene⟩rabilis pre⟨sbyter⟩. GREG. M. dial. 2, 1, 7. *al.; cf.* venerandus: GREG. M. dial. 3, 37, 12). ENNOD. epist. 7, 14, 5 p. 183, 11 dominum meum ... -um (CAES. AREL. testam. 43 INSCR. christ. urb. Rom. 7279. *al.*). EPIST. pontif. 976 Gassó-Batlle 17, 4 per deputatos cardinales ecclesiae -os (959 *ibid.* 86, 2. GREG. M. epist. 1, 15 l. 7. 2, 11 l. 13. *al.*). *al.* *iunctura* ex -o *de eo, qui presbyteratu privatus est*: GREG. M. epist. 5, 17 l. 19 Saturum ... ex -o ut numquam ad ... ministerium praesumat accedere scriptis cavere decrevimus. 5, 18 l. 5 si Amandinus ex -o et abbate ... in eo quo fuerat ordine constitutus debeat revocari. *ibid.* l. 15. 23.

II *praevalente respectu aetatis* (*fere in versione e gr. facta partimque explicata sec. notionem communem, ad quam alludit etiam* PONT.): **A** *de longaevis* (*sc. senibus praeter l. 54; cf. etiam p. 1188, 21. 74 sqq.*): VET. LAT. gen. 18, 11 (Rufin. Orig. in gen. 4, 4. *al.*) *Sarra et Abraham* erant ... ⌞-i⌟ et provecti in diebus suis (⌞ ⌟ id est senes *addit Rufin. explicans sec. p. 1187, 66*). lev. 19, 32 (cod. 103. *al.*) abante faciem senicis (*i. senis*) exsurges et honorabis faciem -i (*affert* CYPR. testim. 3, 85 *sub titulo* surgendum, cum episcopus aut -r veniat). deut. 32, 7 (Hier. epist. 53, 3, 4. *al.*) interroga patrem tuum, ... -os tuos, et dicent tibi (*Vulg.* maiores; *cf. p. 1187, 68*). Ios. 13, 1 (Rufin. Orig. in Ios. 16, 1) Iesus ... erat ⌞-r⌟ provectus dierum (⌞ ⌟ vel senior *addit Rufin. explicans; cod. 100 et Vulg.* senex. *locum ad Christum refert* RVFIN. *ibid.* 16, 2 p. 396, 6 quis ita -r et senior provectus dierum intellegitur sicut *Christus*? ... ipse solus vere et integre -r dicitur, ante quem nemo est *eqs.*). Sirach 25, 6 quam speciosum *est* canitiae iudicium et -is cognoscere consilium. I Macc. 14, 9 (rec. B) -i in plateis sedebant (*opp.* iuvenes). II Macc. 8, 30 (rec. M, *cf.* B) praedas partiti sunt infirmis et orphanis et viduis et -is. *al.* PONT. vita Cypr. 4, 1 contubernium ... Caeciliani et aetate tunc et honore -i (*cf. p. 1189, 14*). **B** *de maioribus, patriarchis* (*cf. p. 1188, 38. 1189, 25 sqq.*): VET. LAT. Hebr. 11, 2 (cod. 64) in hac *fide* ... adtestati sunt -i (seniores *vel* senes *recc. cet.; postea enumerantur Abel, Enoch al.*). *Jiménez-Villarejo.*

f. **presbytera,** -ae, *πρεσβυτέρα.* *scribitur in codd. etiam* prae-, *e. g.* DIDASC. apost. 26, 26, *et* -bit-, *ut in titulo* CIL XII 8079. *abbreviatur* prb *in titulo p. 1192, 8.*

1 *de mulieribus, quae per se vocantur -ae*: **a** *de quibuslibet senioribus ab ecclesia sustentandis*: DIDASC. apost. 26, 26 *cum agape fit,* sicut ... unicuique ⌞-arum⌟ datur, duplum dabitur ... diaconibus (⌞ ⌟ *Hauler,* -orum [a *fortasse suprascripta*] *cod., sed de viris presbyteris praecipitur ibid. 26, 30; gr. Const. apost. 2, 28, 3 πρεσβυτίδων, cf. 2, 28, 1 πρεσβυτέρας, Didasc. apost. 26, 20* aniculas). **b** *de eis, quae in ecclesia dignitate quadam praeditae videntur* (*ne de diaconissis cogites, v. Gryson, Le ministère des femmes, 1972, 93; cf. infra p. 1192, 8. 15*): CANON. Turner II p. 350 rec. I (*inde* FERRAND. canon. 221) mulieres quae aput Graecos -ae (-teriae, -teres *var. ll.*; -teraeae, -terissae *codd. Ferrandi*) appellantur, aput nos autem viduae seniores univirae et matriculariae appellantur, in ecclesia tamquam ordinatas constitui non licebit (*sim.* p. 351 rec. II *et* III [*v. supra p. 882, 59*], *cf.* tit. *ibid.* p. 329. 397; *gr. Mansi 2, 566*^{D} *πρεσβύτιδας. sec. 2 explicatur* GLOSS. -as: uxores presbyterorum, quas antea ⟨habuerunt⟩).

2 *de uxoribus eorum, qui postea presbyteri ordinati sunt* (*cf. l. 5; ad rem v. p. 1190, 62*): INSCR. Iugosl. Šašel 2789 (*a. 425*) *locum sepulturae* emi a Fl(avia) Vitalia pr(es)b(ytera) sanc(ta) matrona (*nisi ad 1b; cf. p. 1190, 22 sq.*). CONC. Autiss. a. 561/605 p. 268 l. 68 non licet presbytero ... in uno lecto cum -a (-ia *cod. unus*) dormire. GREG. M. dial. 4, 12, 2 *quidam* ex tempore ordinis accepti -am suam ut sororem diligens, sed quasi hostem cavens, ad se propius accedere numquam sinebat (*de eadem*: 4, 12, 3. *ad hos locos spectat* GLOSS. -a: uxor presbyteri, quam habuit ante ordinationem). epist. 9, 198 l. 14 abbatissam ... induisse vestem monachicam̄ noluisse, sed in vestibus, quibus loci illius (*Sardiniae*) utuntur -ae, permansisse (*sunt qui trahant ad 1b*). CIL XII 8079 Leta -a ..., quei (*i. cui*) bene fecit maritus.

deriv.: presbyteralis, presbyteratus (-ūs), ?presbyterius.

compos.: compresbyter.

?presbyteraeae, *fem. plur. v. l. 1* (*errore scribae pro* presbyterae, *an pro* presbytereae [*vel* -iae], *ut lateat gr. πρεσβυτέρεια?* [*subst. sec. ἱέρεια sim. formatum, quod alibi non legi videtur, nisi id agnoscas etiam p. 1194, 3*]).

presbyterālis, -e. *a* presbyter. *i. q. ad presbyterum pertinens, sacerdotalis*: LEO M. epist. 14, 4 ne aut levitico aut -i honore aut episcopali excellentia quisquam idoneus aestimetur, qui *eqs.* (167, 2 p. 1203^{B}).

⁂presbyterātus, -ūs *m.* *a* presbyter. *scribitur in codd. etiam* prae- *et* -bit- (*ut in titulo l. 37*). *titulorum notas traximus ad* presbyterium *praeter l. 36.* *abl. sing.* -o *l. 40 (e cod. unico); plur. non occurrit.* [*falsa var. l. pro* presbyterium *e. g.* CANON. Turner I p. 183 rec. VIII (*perperam editum est olim* HIER. epist. 22, 28, 3. *al.*).]

i. q. presbyteri munus et dignitas: PAVL. NOL. epist. 1, 10 p. 8, 26 repentina ... vi multitudinis, sed credo ipsius *dei* ordinatione correptus et -u initiatus sum. LEO M. epist. 1, 5 nec in -us gradu nec in diaconatus ordine (CONC.^{S} II 3, 1 p. 184, 5 *et* 20). CIL XII 4311 (*a. 455*) Othia pr(es)b(yter) anno XXXIII pr(es)b(y)t(eratu)s sui baselicam ... con(s)tr(uxit) (*cf. p. 1193, 65 sqq. et* INSCR. Année Épigr. 1985 n. 476 [*Vercellis*] in presbiteratum habuit annus [*i.* -os] XI). CANON. Turner I p. 649 l. 225 *Arianos quosdam susceptos* ad maiorem gradum perduxerunt, diaconum quidem in -um (-rarum *cod.*), ex -o vero episcopum (*alias vers. v. p. 1193, 51*). CONC.^{S} II 5 p. 14, 2 *quidam neque episcopus* neque priorem habens -us ordinem baptisma fecit (CASSIOD. hist. 5, 32, 10 [*gr. Theodoret. 2, 24, 12 τῶν πρεσβυτέρων ... τάγμασι*]. 11, 5, 1 [*gr. Socrat. 7, 5 πρεσβυτερείου*]. CONC. Lugd. a. 583 p. 232 l. 9. *al.*). EPIST. pontif. 668 Thiel frg. 10 p. 489 in -um ... promovere (*antea*: ad presbyterii gradum). CAES. AREL. serm. 110, 1 p. 437, 20 se ad episcopatus aut ad -us vel diaconatus officium ... ingerere (VITA Roman. rec. [BHL 7306] 11. GREG. M. dial. 1, 9, 13). PALLAD. hist. mon. I 6 p. 267^{D} qui ... ad -um ... meruit pervenire ([*gr. p. 44, 9 γενομένῳ πρεσβυτέρῳ*]. 33 p. 320^{A} [*gr. p. 136, 2 πρεσβυτερίου*]). *al.* *Bk.*

presbyterēa *v. ?*presbyteraeae. **presbyteria** *v. ?*presbyterius.

presbyterissa, -ae *f., πρεσβυτέρισσα.* *i. q. presbytera* (*dubium, utrum significetur uxor presbyteri an quae functa sit munere quodam ecclesiastico*): INSCR. Année Épigr. 1958 n. 290 (*Hippone; saec. V*^{2}) Guilia Runa presbiterissa quiebit in pace. *cf. var. l. supra l. 1.*

⁂presbyterium, -ī *n., πρεσβυτέριον.* *scripturae potiores*: presbyt- MAXIMIN. c. Ambr. fol. 342^{v}, 36 SACR. Leon. 952. *al.,* praesbit- VET. LAT. Luc. 22, 66 (cod. 2). *al.,* praesbyt- VET. LAT. I Tim. 4, 14 *et* Tit. 1, 5 (cod. 75). CANON. Hippol. 68, 17 (*cod. Veron.*). *et saepius,* presbit- INSCR. christ. urb. Rom. 16001b (*a. 461 vel 482*). Diehl 1175 (*a. 489*). *et saepius.* *abbreviatur*: pbb (*pro* prb*?*), presb, prs *infra p. 1193, 64 sqq.; parum constat de* prb *in titulo mutilo* CIL VIII 21417. *gen.* -ri *exstat* CANON. Hippol. 72, 16 (*sed* -rii *ibid.* 71, 28, *ut et* MAXIMIN. c. Ambr. fol. 342^{v}, 36. *al.; cf. l. 74 et e. g. var. l.* IREN. 4, 26, 4). *legitur inde a* VET. LAT., IREN., CYPR. (*sc. sing., nisi huc trahere malis p. 1194, 8;* -a *pro* -o *perperam ed. Migne 30, 158*^{D} Ps. HIER. epist. 12, 7, *v. ed. Kalff, 1937, 59*).

i. q. πρεσβυτέριον (*quod gr. respondet nisi aliud adnotavimus*): **I** *cum respectu collegii*: **A** *de ipso coetu presbyterorum*: **1** *Iudaeorum, sc. qui pertinent ad συνέδριον* (*cf. p. 1188, 25*): VET. LAT. Luc. 22, 66 (cod. 2. *al.*) convenit -um plebis et principes sacerdotum et scribae et duxerunt ... *Iesum* in concilium suum (*cod. 3. al. et Vulg.* seniores).

2 *Christianorum*: **a** *tempore apostolorum* (*cf. p. 1188, 50*): VET. LAT. I Tim. 4, 14 (cod. 75. *al., sim.* VVLG.) *gratia* data est tibi ... per inpositionem manuum -i (*inde e. g.* HIER. epist. 53, 3, 3; *ad var. l. gr. πρεσβυτέρου spectat fortasse forma* -ri, *e. g. cod. 86; explicat* THEOD. MOPS. *ad l.* '-i' ... non eos nunc nominavit, qui nunc nominantur presbyteri ..., sed

[Stella]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

apostolorum dicit conventum ...; -um autem illud nominavit contemplatione honoris). Tit. 1, 5 (cod. 75, *sim.* Lucif. Athan. 2, 27) reliqui te Creta, ut ... constituas per civitates -um (*sed gr. in eodem cod.* πρεσβυτέρους, *v. p. 1188, 71*). **b** *tempore ecclesiae iure ordinatae* (*cf. p. 1189, 42; distinguuntur* episcopi *l. 10. 17; hucine l. 30 sqq.?*): CYPR. epist. 52, 3 de -o excitari ... et communicatione prohiberi. CALDON. Cypr. epist. 24 Felix, qui -um subministrabat sub Decimo (*v. Clarke, 1984, ad l. et cf.* ministro *cum acc. eius, qui adiuvatur, vol. VIII 1018, 62 sqq.*). EPIST. pontif. 111 Cypr. epist. 49, 2 omni actu ad me perlato placuit contrahi -um; adfuerant etiam episcopi quinque. 218 Hil. coll. antiar. p. 171, 3 teste est omne -um ecclesiae Romanae. AMBROSIAST. in Eph. 4, 11, 2 qui ordo *prophetarum* non potest esse -i (HIER. epist. 5, 1, 6 ut sederet in ordine -i. LEO M. epist. 19, 1 ambitu ... -i ordinem fuisse turbatum. EPIST. pontif. 601 Schwartz p. 85, 10 totus o. Romani -i. *al.; cf. etiam l. 44*). HIER. hom. Orig. in Ezech. 10 p. 417, 14 surgere de consessu -i (EPIST. pontif. 292 Migne 20, 486^{C}). CANON. Hippol. 68, 17 *episcopus* cum nominatus fuerit ..., conveniet populum (*pro* populus *?*) una cum -o et his, qui praesentes fuerint episcopi ...; inponant super eum manus (20) et -um adstet quiescens. 71, 28 (*in consecratione presbyteri*) deus, ... inpartire spiritum gratiae et consilii -i (-ris *legit Hauler, sed* -rii *vel* -rei *exhiberi affirmat Tidner. cf.* 72, 16 *diaconus* non accipiens communem -i spiritum. *locos huc traximus coll. 72, 23* communem ... cleri spiritum). DIDASC. apost. 9, 7 pastor, ⌞qui constituitur in visitatione -i⌟ (*sed Const. apost. 2, 1, 1* τὸν καθιστάμενον ἐπίσκοπον).

B *transfertur ad*: **1** *actionem, qua conveniunt presbyteri*: EPIST. pontif. 260 Corp. Vind. 82, 3 p. 300 l. 59 facto ... -o constitit ... christianae legi esse contraria *doctrina quaedam.* **2** *locum in ecclesia presbyteris destinatum*: PRISCILL. tract. 2, 49 ingredientes in ecclesiam turbis ... concitatis ... in -um non admissi ... sumus. AVELL. 2, 82 (*contextu corrupto*) *quidam sepultus* in loco -i (*cf. infra l. 74*). CANON. Turner II p. 102 rec. III *et* IV si volunt in -o in ecclesia, ubi prius fuerunt, tamquam presbyteri sedere (*nisi ad A2b coll.* p. 103 rec. V *et* VI in -i ordine. *simili ambiguitate*: EPIST. pontif. 636 Thiel 14, 8 p. 366 non *audeant diaconi* in -o residere, cum divina celebrantur).

II *cum respectu ipsius dignitatis, muneris*: **A** *quorumlibet seniorum*: VET. LAT. Dan. 13, 50 (Rufin. Basil. hom. 5, 13 p. 1776^{A}; *seniores ad Danielem*) sede in medio nostrum ..., quoniam dedit tibi deus -um (*var. l. gr.* πρεσβεῖον, *Vulg.* honorem senectutis; *cf. Rufin. ibid. p. 1775^{D}* Daniel in tenero adhuc corpore maturitatem senilis animi et consummatae prudentiae sententiam gerens. HIER. in Is. 2, 3, 4 l. 30 *Daniel* accepit -i dignitatem). **B** *presbyterorum christianorum* (*sc. technice de gradu clericatus excepto fortasse* IREN., *quocum conferas p. 1189, 25 sqq.; distinguuntur gradus alii e. g. l. 51 sq.; de confusione cum* presbyteratus *v. p. 1192, 30 sq.*): IREN. 4, 26, 4 qui et apostolorum ... doctrinam custodiunt et cum -i ordine sermonem sanum et conversationem sine offensa praestant (SACR. Gelas. 141 elegimus in o. diaconi sive -i *quendam.* GREG. M. epist. 12, 15 [ordinationem *var. l.*]. *al.; cf. l. 11*). CYPR. epist. 39, 5 -i honorem designasse nos illis iam sciatis (AVG. epist. 157, 22 p. 471, 8 ad -i h. subrepere. CASSIAN. conl. 4, 1, 1 LEO M. epist. 12a, 3 SACR. Gelas. 148. *al.*). HIL. coll. antiar. p. 119, 3 (*sim.* CASSIOD. hist. 4, 24, 31; *cf. p. 1192, 40*) *Arianos quosdam susceptos* in maiorem provexerunt gradum, diacones quidem in -um, de presbyteris autem in episcopatum. CONC. Valent. a. 374 p. 40 l. 48 sub ordinatione vel diaconatus vel -i vel episcopatus (AMBROSIAST. in II Tim. 1, 6, 1 COMMON. patr. 4, 8. *cf. l. 46*). GAVDENT. serm. 19, 26 *Arius* ambiens ... in gradum -i, unde ... pulsus fuerat, revocari (AVELL. 40, 2 ad -i g. conscendisse. *al.; v. et vol. VI 2, 2164, 32 sq.*). EPIST. pontif. 255, 13 Migne 13, 1143^{A} *diaconus,* si ultra quinque annos laudabiliter ministrarit, -um consequatur. MAXIMIN. c. Ambr. fol. 342^{v}, 36 post undecim annos -i (*cf.* AVG. retract. 1, 16, 1 tempore -i mei). AVG. epist. 65, 1 p. 233, 18 ut illic vivat ... sine officio -i (CONC. Agath. a. 506 p. 197 l. 104 GREG. TVR. Franc. 7, 17. *al.*). 82, 33 p. 385, 6 quamquam ... episcopatus -o maior sit. POSSID. vita Aug. 4, 2 quia et locus -i ... propinquaret ... episcopatui (MAR. MERC. Conc.^{S} I 5 p. 66, 24 *Caelestius* ausus est per obreptionem locum -i petere. *al.*). INSCR. christ. urb. Rom. 16001a (*sim.* b, *sed sine compendiis; a. 461 vel 482*) Romanus pbb (*i.* presbyter) qui sedit pbb (*i.* -o) ann(os) XXVII (*cf. p. 1192, 36 et* INSCR. christ. Diehl 1175, 2 [*a. 489*] ministravit in -o ann(os) XIII. CIL VIII 23563 Faustinus presb(yter) vixit in diaconatu annis XXXXIIII et in ⌞presb(yterio)⌟ annos II [⌞ ⌟ *vel* presb(yteratu). *sim. dubitare possis ibid.* 23564 Iobianus pr(e)s(byter) in pr(e)s(byterio) vixit annis XXXV]). *al.* *de stipendio presbyterorum v. p. 1194, 11.* *Stella.*

*?***presbyterius,** -a, -um. *a* presbyter, *si quidem vox est agnoscenda.*

i. q. ad presbyterum pertinens: **1** *adi.* (*v. et* CIL *sub 2*): INSCR. christ. urb. Rom. 17912 (= Diehl 2129) *quidam* se vivu comparav(it) locum ... in basilica ... ⌞in mesu et situ prsbiteriu⌟ (*i.* in mediu(m) *basilicae* et situ(m) -ù(m)*? neglectis vocibus* et situ *iungitur* in mesu ... pr(e)sbiteriu *vol. VIII 581, 82; gen.* presbiterii *intellexit Diehl ratione non indicata [vix est, quod cogites de gen. gr.]. ad rem cf. p. 1193, 29*). **2** *fem. pro subst.* -a *de uxore presbyteri* (*cf.* presbytera *et* episcopia *iuxta* episcopa *vol. V 2, 675, 15. 676, 40; minus probabiliter agnoscas* -ia, *sc. eandem vocem gr., de qua dubitatur p. 1192, 21*): CONC. Turon. a. 567 p. 184 l. 234 si inventus fuerit presbyter cum sua -a (*codd. potiores,* -ra *cett.*) aut diaconus cum sua diaconissa *una habitare.* CIL XIII 1183 (*graphio scriptum in columna; aetatis infimae*) Martia ⌞presbuteria⌟ ferit (*i.* fert) ob[b]lata Olebrio (⌞ ⌟ *'i. e. oblationes presbyterales' Hirschfeld ad l., neutr. plur. intellegens, ut pertineat ad 1*). *cf. varias lect. in codd. det. p. 1191, 75. 1192, 10.*

3 *neutr. pro subst. de stipendio presbyteris aliisve clericis ab episcopis persolvendo* (*ad* presbyterium, *vocem e gr. receptam, trahere noluimus hunc usum, quem in gr. non invenimus*): GREG. M. epist. 2, 9 l. 14 consuetudines ... cleri ... et -um (-rum, -rorum *var. ll.*) te volumus ... persolvere. 2, 50 l. 34 -um (-rum *var. l.*) ei *legato meo* auxi. 5, 27 l. 5 ut clericis Capuanae ecclesiae ... quartam in -um (-o *var. l.*) eorum de hoc, quod antedictae ecclesiae singulis annis accesserit, ... distribuere ... studeat (*postea*: stipendiorum ... solacium).

presbyterus *v.* presbyter.

nona *latinitas* **presina** (bre- *var. l.*), hoc est spatiosa, cum unum fonum multa ussitata significat, ut 'sur', hoc est vel campus vel spado vel gladius vel amnis VIRG. gramm. epit. 15, 3, 10. *obscurum.*

[presitīvum: pars partica praecedens causa aegritudinis GLOSS. *corruptum; sub* pars partica *latere* procatarctica *vidit Fischer in plagulis* (*coll. Ps. Soran. quaest. med. 109* quid est p.? praecedens causa), *ut dubites, utrum* -um *amiserit suam explicationem an pertinuerit ad glossam antecedentem* 590, 6 pressorium: praelium pres(s)i[ti]vum. *aliter Bücheler apud Goetz in indice* (*cf. supra p. 895, 28*).]

pressa *v. p. 1182, 31.* **pressē** *v.* 1. premo. *Bk.*

pressīcius, -a, -um. *a* premere (pressus). [*vix recte trad.* GLOSS. -um: malscrung (*anglosax.; latere vid.* praestigium).]

i. q. pressus; non legitur nisi solum positum: **1** *forma* -um: *de uvis pressis*: GLOSS. III 192, 49 (*in capite* de vindemia) στέμφυλα: -um (stemsila pressium *trad.*). *de rebus incertis*: NOT. Tir. 24, 23 (pōsitium *codd. duo*). GLOSS. II 407, 43 πιέσιμον: -um (pressivum *ed. Stephani, ut notioni activae vocis gr., quae alibi non legitur, melius respondeat*).

2 *forma* -a (*fem. an neutr. plur.?*) *de genere casei*: GLOSS. III 184, 10 (*in capite* de escis) χλωρότυρα (*i.* χλωρὸς τυρός): -a (*Bücheler,* c(h)lorotura: praesicia *vel* -tia *trad.; aliter ibid. 255, 22* ὁ χλωρὸς τυρός: caseus recens. *ad rem cf. p. 1181, 35*).

pressim *v.* 1. premo.

pressio, -ōnis *f.* *a* premere (*item* CHAR. gramm. p. 219, 16). [*venet.* persenaro. *cf. Faré, Postille 6743a. St.*] [*in codd. confunditur c.* prensio CAES. civ. 2, 9, 6 (*restit.* 2, 9, 7); *falso trad.* TERT. praescr. 43 l. 14 (processio *fere edd.*), *falsa var. l. ibid.* 44 l. 1.]

i. q. actio vel effectus premendi (GLOSS. πίλησις ἢ σφίγξις. *c. gen. rei, quae premit premiturve, l. 60. 63; fort. accedit abl. instr. l. 54, modi l. 58* [*ut saepius apud* VITR., *cf. Wistrand, Vitr.-Studier, Diss. Göteborg 1933, 69*]):

1 *ad levandum, movendum (in re mechanica)*: **a** *usu vario*: CAES. civ. 2, 9, 6 *ad parietes exstruendos* turris tectum ... -bus (prens- *var. l.*) ex contignatione prima suspendere ac tollere coeperunt (*sc. milites, sed sunt qui ipsos vectes sim. intellegant; in eadem re*: 2, 9, 7 alia -e [pr(a)ens- *trad.*] ad aedificandum sibi locum expediebant). VITR. 10, 3, 3 *vectis* cogit -bus examinare paucis manibus oneris maximi pondus. *ibid. si* eius *vectis* caput -e *non* in imum, sed adversus in altitudinem ⌞extolletur⌟ (*per zeugma; ibid.* per oppressionem). *ibid. si* caput eius *vectis* propius centrum -es habuerit, non poterit onus elevare. 10, 3, 5 gubernator ansam gubernaculi ... una manu ... ⌞ratione -bus artis⌟ agitans versat eam *navem* ... oneratam (⌞ ⌟ *i. -bus, quae ratione artis fiunt? aliter alii, cf. Callebat-Fleury, 1986, ad l.*). 10, 3, 6 *vela altius suspensa* -e cacuminis *mali* vehementius cogunt progredi navem. 10, 7, 3 (*10, 7, 1* de Ctesibica machina, quae in altitudinem aquam educit) *emboli* extrudent inflando -bus ... aquam in catinum. 10, 7, 4 -bus ... spiritus (*gen. subi.*). 10, 8, 5 aëra ... -bus coactum. **b** *metonymice de parte, qua premit vectis* (*i. quod vecti suppositum est; de ipso vecte fort. l. 50*): VITR. 10, 3, 2 supposita uti centro ... porrecta -e, quod Graeci ὑπομόχλιον appellant, ... caput eius *vectis* unius hominis viribus pressum ... onus *praegrave* extollit. 10, 3, 3 brevior pars ... vectis ab ea -e, quod est centrum, subit sub onus. *ibid.* oneris ... ipsius angulum pro -e *habebit vectis, si caput eius extolletur.*

2 *ad evacuandum* (*sc. in comparatione*): GREG. M. moral. 21, 3 (*ad prov. 30, 33*) ubera ... fortiter premimus, cum verba sacri eloquii subtili intellectu pensamus, qua -e dum lac quaerimus, butyrum invenimus.

*?***pressīvus,** *adi. a* premere *derivandum v. l. 27. 35.*

presso, -ātum, -āre. *a* premere (pressus). *scribitur* prae- *hic illic in codd. rec., e. g.* CYPR. GALL. exod. 918. *de notione*: GLOSS. -ant:

[Terkelsen]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

premunt vel exprimunt. II 306, 52 *ἐπέχω*: compesco, ... inhibeo, -o, comprimo. 328, 45 *θλίβω*: tribulo, -o, premo. 407, 41 *πιέζω*: prendo, -o. 445, 56 *συνέχω*: tento, cohiveo, -o *eqs.* 449, 33 *σφίγγω*: stringo, -o. III 477, 48 (*si recte restit.*) -tum est: *ἴπωται* (praefatum: *ιψαται trad.; inde* 460, 66 praesatum est: *ἴπωται*). *legitur inde a* PLAVTO, LVCR., BIBAC., *sc. in versibus praeter l. 25. 32. 38. 52.* [*it.* pressare; *francog.* presser; *prov. vet.* prensar *et var. francoprov., prov., vasc.; cf. M.-L. 6741. Battisti-Alessio IV 3070. Wartburg IX 361 sqq. St.*] [*in codd. confunditur e. g. cum* prensare HOR. sat. 1, 9, 64 CLAVD. rapt. Pros. 3, 163. *al.* (*falso trad.* TAC. hist. 1, 36, 2 ann. 14, 10, 2 AVSON. 419, 13 p. 356, 84) *et* premere STAT. Theb. 6, 347 CLAVD. rapt. Pros. 3, 163 (*restit.* VEREC. satisfact. 42).]

Ⓘⓘ *qua (in) re, quam ob rem quis (quid) magni aestimetur* (*cf. p. 1201, 59. 1202, 38*): Sen. benef. 1, 11, 5 quae *beneficia,* etiam si natura -a non sunt, tempore ... fiant (Boeth. cons. 2, 5, 3 divitiae. *item c. abl.*: Vita Hil. Arel. 10 l. 23 quicquid ... aequitate iustitiae -um *est. addas l. 66*). Mart. 7, 93, 6 *agellus* propter vicinum ... -us erat. Iren. 5, 16, 2 ut per eam quae est ad filium similitudinem -us homo fiat patri. Cypr. Fort. praef. 4 (*de martyrio*) hoc esse baptisma in gratia maius, ... in honore -ius (Chromat. serm. 19, 2 *martyres* et in corpore et in anima -i domino efficiuntur. Sacr. Leon. 1262 sacramentum ... fidelibus extitit in sui credulitate -um. Evseb. Gallic. hom. 35, 7). *al.* *vergit in notionem q. e. pulcher sim.* (*ut fortasse etiam l. 5 et 45; contra distinguuntur* formosus *p. 1201, 20,* speciosus *l. 42. p. 1201, 26*): Dynam. vita Max. 4 l. 70 fuit ... -us (speciosus *var. l.*) vultu, blandus aspectu *eqs.* Ⓘⓘⓘ *ubi insit aliquid -i, sc. forma* hoc est in illo -um: Sen. benef. 1, 5, 2 *neglegitur,* quod in re *donata* carum atque -um *est* (*sc. voluntas tribuentis*). dial. 6, 24, 4 quid in illo *filio* -issimum fuerit. epist. 90, 2 hoc in illa *sapientia* -um atque magnificum est, quod non obvenit *fortuito.* 117, 16 quid est usus sapientiae? sapere: hoc est in illa -issimum. Colvm. 11, 1, 27 in universa ... villicatione ... -issimum est intellegere quemque nescire se *quaedam.*

c *usu pro subst.* (*nisi adi. praedicat. intellegas e. g. p. 1204, 1 sq.*):
α *neutr.* (*saepius iuxta pron.*): Sen. contr. exc. 4, 2, 1 duo ..., quibus nihil habebat populus -ius, sacra et Metellus (Sen. dial. 7, 15, 3 si *libertas* nihil se -ius novit. Prvd. cath. 5, 151 lucem, qua tribuis nil -ius). Sen. benef. 1, 5, 6 quid habet per se corona -um? epist. 74, 13 si quicquam -ius fide novimus. Vet. Lat. Ier. 15, 19 (Ps. Ambr. mans. 16, *sim.* Vvlg.) si eduxeris -um a vili (*gr. τίμιον ἀπὸ ἀναξίου. cf. Ps. Ambr. ibid.* a caducis perpetua discernuntur. *subst. masc., sc. sanctos, intellexit Hier. ad l.*). Rvfin. Orig. in num. 9, 8 p. 65, 24 *deus* multo plura et -iora largitus est, quam promisit. Ivnil. praef. p. 469, 14 (*in imag. de scriptis sec. Luc. 21, 4*) alii ex -issimis -a ... valent ... largiri. *al.* *in versione sec. gr. de ipsis dignitatibus, honoribus*: Vet. Lat. I Macc. 11, 27 (rec. L, *sim.* V) rex ... statuit ei *Ionathae* principium sacerdotii et quaecumque alia habuit prius -a (*gr. τίμια, rec. B* nobilia). β *masc.* (*cf. l. 6*): Arator ad Parth. 34 divitias ... linguae, qua velut unda Tagi, tu -e, fluis (*nisi ad II*).

II *de eo qui magnum pretium dat, ut vergat in vim q. e. largus, dives sim.* (*cf. l. 13 et loca ideo -a, quia -a continent, p. 1201, 60 sqq.*): Hor. carm. 3, 6, 32 *si ad adulterium* vocat ... navis Hispanae magister, dedecorum -us emptor (Porph. qui ... adulteria magno pretio emit. Schol. emptor profusus). CE 747, 7 (*si recte huc traximus; saec. V/VI*) *archipresbyter* adduxit munera quopiosa, quando ingressus est (*v. vol. VII 1, 1571, 39 sqq.*) in s(an)c(tu)m Felicem, tempore quo nullus fuit -ior illo sacerdos (*in adornanda ecclesia?*).

III *de verbo, quod pretium significat*: Plin. nat. 37, 50 *Nero capillos Poppaeae sucinos appellat,* quoniam nullis vitiis desunt -a nomina. Serv. auct. Aen. 4, 138 amat poeta iterare voces ... -as (*affert Aen. 1, 448 sq.* aerea, ... aere, ... aenis. *7, 278 sq.* aurea, ... auro, ... aurum).

adv. **pretiōsē.** *compar.* -ius Cvrt. 10, 1, 32. Tert. *al.* [*falso trad. p. 1202, 7.*]

i. q. modo pretioso, sc. sive magnifice sim. sive sumptuose; respiciuntur quae fiunt (*facta sunt*): **1** *arte eximia* (*si recte trad.*): Cic. inv. 2, 116 vasa ˹magnifica et -e˺ caelata (˹ ˺ pretiosa et magnifice *coni. Ernesti coll. p. 1201, 20*). **2** *adhibitis rebus pretiosis, sc. odoribus, auro, argento sim.* (*cf. l. 44*): Cvrt. 3, 12, 14 *Persarum* apparatum funerum ... invidiosum fore ..., cum victores haud -e cremarentur (*cf.* 10, 1, 32 *regem* haud -ius sepultum esse, quam si fuisset e plebe). Gell. 5, 5, 5 (*inde* Macr. Sat. 2, 2, 3) ignaviam ... militum ... -e armatorum (*antea*: insignibus argenteis *eqs.*). Clavd. Don. Aen. 11, 780 p. 529, 17 *equitem* pulchre -eque vestitum. Pavla Hier. epist. 46, 11, 1 ut vile corpusculum hominis -ius inambulet *in palatio* (*nisi adi. praedicative positum*). Petr. Chrys. serm. 174, 4 'da mihi in disco *caput Iohannis*' (*Marc. 6, 25*); ... cur -e (-a *var. l.*) gestas, quem viliter occidis? Evseb. Gallic. hom. 3, 6 multum ... -ius ... balsama commoventur (*in imagine respicitur pia veneratio fidelium*).
3 *pretio magno, care*: Tert. adv. Marc. 1, 22 p. 320, 13 qui *medicus* nutriat morbum morā praesidii ..., quo -ius aut famosius curet. 1, 29 p. 331, 8 *cibi* operosius exquisiti, ... *vestitus* -ius comparati (*nisi ad 2*).

deriv.: pretiositas. *cf. Onom.* *Mensink.*

ⁿpretium, -ī *n.* [*est neutr. adiectivi* *pretio- *'ex adverso positus' derivatum a praepos. vel adv. (cf.* super-us *al.), quod postea significavit 'id quo quid compensatur'; eius praepos. formae simillimae sunt ind. vet.* práti, *lett.* pret, *gr. περτ'* < *preti (*c. metathesi*); formae cognatae προτί, πρός, ποτί al. non prorsus dilucidae sunt; v. Frisk, Gr. etym. Wb. II 600, Leumann, Gramm. 1977, 278* (*cf. ibid. 561 de aliis praepos. in lingua lat. fere oblitteratis, e. g.* au-, por-, vi-). *Fo.*] *de origine*: Varro ling. 5, 177 -um, quod emptionis aestimationisve causa constituitur, dictum a peritis, quod hi soli facere possunt recte id. Isid. orig. 5, 25, 34 -um vocatum eo, quod prius eum damus, ut pro eius vice rem ... possidere debeamus. *abbreviatur* pr CIL I² 2537 *v. p. 1207, 44.* *scribitur haud raro* praet- (*contra praeceptum* Agroec. gramm. VII 115, 1 Gramm. suppl. p. 300, 25), *e. g.* Decret. de past. pec. (CIL VIII 23956) 14. Edict. imp. Diocl. praef. 15 L. (*Strat., sed* pret- *ibid.* 10). 12, 9. Edict. de salut. et sport. Num. (CIL VIII 17896) 19 (*al., sed* 16 pret-). Inscr. christ. urb. Rom. 1282. Pap. Tjäder 33, 1 (*a. 541*). *al., in codd. e. g.* Plavt. Persa 429 (*cod. A*; pret- Pseud. 265 *ibid.*). Cic. Tull. 14 (*cod. A*). Liv. 41, 23, 8 (*cod. V*). *et saepius. cf. Schuchardt, Vokalismus des Vulgärlateins, I 1866, 418 sqq.; ceterum occurrunt* pr(a)ec- CE 1381, 2 (*in parte nunc amissa*). Conc. Aurel. a. 538 p. 120 l. 158 Lex Burg. Rom. 2, 5. *al.,* priet- Tab. Albertini 28, 10 (pret- *ibid.* 16), prit- *fortasse* CE 1732, 5. *litteris graecis* Gloss. iurispr. *ἄδετ α* 2 *πραετίουμ.* Pap. Tjäder 30, 96 (*a. 539*) *πρετιο. al.* Not. Tir. 67, 25 -um. 67, 27 operae -um. *genus neutr. testatur* Exc. Bob. gramm. I p. 554, 24 -um, *τιμὴ τῆς καταβολῆς. masc.* -us *trad.* Lex Sal. Merov. 87. *ceterum excipitur per pron. masc. l. 54, iungitur cum adi. masc.* Epist. Claud. Terent. (Pap. Corp. 252) 17 merca ˹minore -um˺ (*acc. pretii, v. Adams, The Vulgar Latin of ..., 1977, 40*). Chromat. serm. 24, 4 viliorem (vilius *var. l.*). Tab. Albertini 6, 28 omnem (Pap. Tjäder 35, 28 [*a. 572*]. *al. utrobique*). *et al.* *de formis (adde l. 69): metro firmantur gen. sing.* -ti (*saepe in versus fine*) Plavt. Asin. 128. 858 Mil. 558. *al.* Ter. Andr. 856 Ad. 892. *al.,* -tii Ov. trist. 5, 14, 31 (*v. infra p. 1214, 11*).

[Hillen]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

PHAEDR. 3, 12, 4 CLAVD. 18, 37, *abl. plur.* -tiis PLAVT. Men. 289 Poen. 842 VERG. Aen. 5, 292. CVLEX 60 (*si recte trad.*). IVV. 8, 65. *al.*; -tis *exhibent* TAB. aliment. Vel. (CIL XI 1147) 6, 76. S. C. de sumpt. lud. glad. (CIL II 6278) 46. 52. *de mensura*: -um *fortasse bisyllabum* VEN. FORT. carm. 2, 2, 28. 2, 6, 22, *v. quae monuit Leo in ed. p. 426.* *de notione*: NON. p. 365, 37 sqq. -um: poenae exitum (*affert* LIV. ANDR. *p. 1210, 41*), -um dicitur, quod re empta datur (VERG. Aen. 4, 212 TER. Eun. 133 CIC. Verr. II 1, 7 LVCIL. 750), -um pro praemio (SALL. Iug. 16, 1 NAEV. trag. 8 TER. Andr. 39 VERG. Aen. 5, 111 LVCIL. 1040). HIER. in Am. 5, 11 l. 494 *ἄλλαγμα* ... iuxta idioma scripturarum -um dicitur (*affert Matth. 16, 26* commutationem). CASSIOD. in psalm. 48, 9 -um est ... alicuius rei compensatio. SYNON. Cic. p. 433, 27 munera. dona. honores. praemia. ... pecunia. -a. largitiones. p. 434, 28 mercede. -o. auctoramento. praemio. honore *eqs.* GLOSS. -um: *τίμημα ἐπὶ τοῖς ὠνίοις καταβαλλόμενον. τιμή.* -o: poena (*cf. l. 6. p. 1210, 40*). *al.* *legitur inde a* LIV. ANDR. *p. 1210, 41,* NAEV. *p. 1210, 11,* PLAVTO *per totam latinitatem.* [*val.* prĕt; *it.* prezzo; *sard. centr. vet.* prethu; *francog.* prix; *prov. vet.* pretz, pres *et var. francoprov., prov., vasc.; cat.* preu. *cf. M.-L. 6746. Battisti-Alessio IV 3077. Wagner II 309. Wartburg IX 370 sqq. Corominas² IV 631. St.*] [*confunditur in codd. hic illic cum* praemium, *e. g.* LIV. 26, 40, 15 (*falsa var. l.* SEN. benef. 6, 15, 6, *praeter necessitatem restit.* SEN. contr. 1 praef. 7 *v. p. 715, 24*).]

materiam sic digerendam putavimus:

I *significatur id, quo compensatur aliquid adipiscendum sim.*:
- **A** *respicitur pecunia sim.*:
  - **1** *strictius pertinet ad*: **a** *emptionem, venditionem: l. 51 (metonymice de pecunia p. 1206, 46, de re quaestuosa p. 1206, 72).* **b** *locationem, conductionem: p. 1207, 1.* **c** *pecuniam substituendam pro rebus praestandis: p. 1207, 51.* **d** *obligationem ex delicto solvendam: p. 1208, 10.* **e** *tributum: p. 1208, 27.*
  - **2** *laxius pertinet ad quamlibet remunerationem: p. 1208, 34 (ad praemium certaminis p. 1209, 55).*
- **B** *respiciuntur incorporea varia*:
  - **1** *notione communi -um contingit*: **a** *ab alio: p. 1210, 8 (usu christ. p. 1211, 4).* **b** *ex ipsa actione (sc.* operae -um est *sim.): p. 1211, 59.*
  - **2** *notione deflexa fere i. q. instar: p. 1212, 48.*

II *respectu compensandi minus vigente*:
- **A** *significatur status quo quid valeat, aestimatio quanti quid sit; pertinet ad*: **1** *pecuniam sim.: p. 1212, 58.* **2** *dignitatem: p. 1213, 20.*
- **B** *metonymice de ipsis rebus pretiosis: p. 1214, 20.*

appendix structurarum et iuncturarum: p. 1214, 47.

I *significatur id, quo compensatur aliquid adipiscendum, praestandum, remunerandum sim.* (*sc. vi incorporea, sed saepe metonymice imprimis de eo, quod ad compensandum datur [de pecunia sim. p. 1206, 46. 1207, 3. 1208, 35. al., de animantibus p. 1206, 59. 1211, 33. 62. al.], raro de eo, pro quo -um poscitur, v. p. 1206, 72; sine attrib.* -um *significat vi aucta i. q. -um magnum p. 1206, 6. 1211, 37, cf. p. 1212, 57*): **A** *respiciuntur pecunia et bona corporea*: **1** *usu strictiore magisque ad ius revocando (sc. fere de eo, quo obligatio solvi potest); pertinet*: **a** *ad emptionem, venditionem* (*ad rem v. imprimis* GAIVS inst. 3, 139 emptio ... contrahitur, cum de -o convenerit, quamvis nondum -um numeratum sit [*sim. e. g.* VLP. dig. 18, 1, 2, 1]. 140 -um ... certum esse debet [*cf. e. g.* VLP. dig. 18, 1, 7, 1]. 141 -um in numerata pecunia consistere debet *eqs.* [*sc. ne emptio fiat rerum permutatio; sim. e. g.* PAVL. dig. 18, 1, 1 pr., *ubi distinguuntur* merx *et* -um]): α *notione communi* (*exempla pauca selecta; cf. appendicem iuncturarum*): PLAVT. Curc. 213 eme, ... facito, ut -o pervincas tuo. Men. 289 quibus hic -is porci veneunt ...? :: nummis *singulis.* Mil. 727 sqq. (*in comparatione*) sicut merci -um statuit ... agoranomus: quae probast mers, -um ei statuit, pro virtute ut veneat, quae improbast, pro mercis vitio dominum -o *minore* pauperet (-rat *var. l., ut pro subi. sit* agoranomus. *item constituuntur -a legitima e. g.* TAC. ann. 2, 87 *Tiberius* statuit frumento -um. EDICT. imp. Diocl. 1, 1 L. ⟨quae pr⟩etia ... ⟨ex⟩cedere nemini licitum sit. COD. Theod. 14, 19 rubr. de -o panis Ostiensis. CASSIOD. var. 11, 11, 2 diversarum specierum -a subter affiximus, ut *eqs.*). Persa 586 indica, fac -um. :: tua mers est, tua indicatiost. Stich. 235 (*iocose; cf. 221* logos ridiculos vendo; ... qui cenā poscit?) ecastor, auctionem haud magni -i (*item in licitatione sim.*: CIC. Quinct. 50 praeconis vox ... -um conficit *bonorum publicandorum.* VARRO ling. 5, 15 quoad in aliquo *licitante* constitit -um. HOR. sat. 1, 6, 14 [*in imag.*] *nobilem quendam* unius assis non umquam -o pluris licuisse. MART. 6, 66, 4 parvo cum -o diu liceret [*ancilla an praeco?*]. *al.; cf. p. 1207, 40*). ENN. ann. 194 (*verba Pyrrhi*) nec mi aurum posco nec mi -um dederitis (*captivorum redimendorum ut*: VERG. Aen. 9, 213 me raptum pugna -ove redemptum. LIV. 22, 7, 5 sine -o dimissis *captivis* [22, 59, 18. *al.* CVRT. 4, 1, 13. *al.*]. 22, 58, 4 -um fore in capita equiti quingenos ... nummos, trecenos pediti. *al.*). TER. Hec. 57 (*loq. dominus gregis*) *comoedias* -o emptas meo (*v.* DON. *ad l. et cf.* SVET. vita Ter. 3 Eunuchus ... meruit ... -um, quantum nulla ... comoedia, id est octo milia nummorum [*inde* DON. Eun. praef. 1, 6. *v. et* DON. vita Ter. 10]). CATO agr. 2, 7 vendat oleum, si -um habeat (*sim. sine adi. de -o magno*: CIC. Verr. II 3, 227 annona porro -um nisi in calamitate fructuum non habet [*opp.* vilitas]. MART. 4, 29, 4 hibernae -um ... meruere rosae. *cf. p. 1213, 9*). CIC. Verr. II 4, 14 difficile est finem facere -o, nisi libidini feceris. HOR. sat. 2, 2, 99 cum derit egenti as, laquei -um. LIV. 2, 9, 6 salis ... vendendi arbitrium, quia impenso -o venibat, in publicum ⟨omne sumptum⟩ ademptum privatis (⟨ ⟩ omni sumptu *trad.; de -o salis fere pro genere vectigalis*: 29, 37, 3 *salem* Romae -o eodem ... et alio alibi -o praebendum locaverunt. 29, 37, 4 in -o salis maxime oneratas tribus *quasdam.* VET. LAT. I Macc. 10, 29 [rec. L, *sim.* V] remitto omnes Iudaeos a tributis et -o salis [*gr. τιμῆς*]). 21, 15, 2 ex -o rerum venditarum aliquantum pecuniae redactum esse (PHAEDR. 4, 5, 47. COLVM. 12, 52, 20 ex -o viridis olei plus quam multitudine mali *olei* nummorum contrahitur. VLP. dig. 9, 4, 38, 2 nummos, quos ex -o *rerum venditarum* habebat *fur. al.; aliter* VLP. *l. 68*). MELA 2, 21 nupturae virgines ... aut locantur ducendae aut veneunt; ... formosae ... in -o sunt, ceteras qui habeant mercede quaeruntur (*cf.* LEX Burg. lib. const. 12, 4 *si* ille se cum illa miscuerit, nuptiale -um in triplum solvat [52, 3. 61]. 34, 2 quantum pro -o ipsius *uxoris* dederat. LEX Visig. 3, 1, 2 *si* de -o convenerit. 3, 2, 8 -um dotis parentibus ... inpleatur. *al.*). PLIN. nat. 9, 67 coci trium horum *equorum* -is parantur (*item indicatur quod tantidem constat*: MART. 3, 62, 5 aurea ... fundi -o carruca paratur. *al.; cf. e. g. l. 51*). APVL. met. 5, 1, 6 (*inde* FVLG. myth. 3, 6) *Cupidinis* domus sine -o pretiosae (ZENO 2, 6, 10 dulces ac s. -o margaritae. *cf. p. 1211, 51 sq. et* AVG. serm. 36, 8 nihil illo *servo fideli* ... esse pretiosius, immo eum omnino -um non habere). GAIVS inst. 1, 119 (*sim.* EPIT. Gai 1, 6, 3) *emptor* aes dat ... quasi -i loco (*in mancipatione per aes et libram ut*: 2, 104 [*respicitur testamentum*]. PORPH. Hor. epist. 2, 2, 158 per 'aes' ipsum -um demonstratur). S. C. de sumpt. lud. glad. (CIL II 6278) 62 qui ... sponte ad dimicandum profitebitur, cum habeat ex lege -um duo milia, *eqs.* (*de auctoramento, nisi ad b trahas, ut*: SCHOL. Iuv. 11, 8). *et passim.* *abl.* -o *per brevitatem quandam locutionis*: VERG. Aen. 4, 212 *Dido* urbem exiguam -o posuit (*inde plenius* SIL. 1, 24 -o mercata locos nova moenia ponit. *explicat* GLOSS.[L] I Ansil. PR 1139 -o posuit: -o dato aedificavit. *aliter* SERV. auct. *ad l.* pro 'exigui -i'. *cf.* SIL. 1, 446 Sidonia tecta ... -o ... parata). LIV. 22, 60, 16 -o redituri estis eo, unde ignavia ... abistis *ab hoste capti*? COLVM. 7, 3, 22 ut ... salubri -o possit praeberi *animalibus pabulum.* MART. 10, 36, 5 *mittis vina* nec facili -o, sed *eqs.* TAB. Vindol. (Britannia 21, 1990, 36) ut forficem, quam mihi promisit -o, mittas per aliquem. *al.*

β *metonymice* (*exempla potiora minus dubia*): Ⓘ *significatur id quod -i loco datur vel accipitur, sc. fere de pecunia sim.* (*praeter l. 59*):
Ⓐ *a parte mentis, ut sublucere possit notio q. e. impensa, sumptus*: PLAVT. Capt. 32 nil -o parsit, filio *redimendo* dum parceret (HEMINA hist. 13 LIV. 22, 59, 19). CIC. off. 3, 107 si praedonibus pactum pro capite -um non attuleris (*v. p. 1215, 23*). MANIL. 4, 541 *ut gulosus quidam* in ... epulas funus revocet -umque sepulcri. QVINT. decl. 344 them. *meretricis* -um ei *pauperi* donavit *dives* (*344, 2* donavi ... pecuniam). APVL. flor. 16, 46 quid ... superest ad *statuam* ... nisi aeris -um? VLP. dig. 18, 1, 7, 1 huiusmodi emptio ... 'quantum -i in arca habeo' valet. VET. LAT. gen. 42, 25 (cod. 101. *al.*) reddi unicuique -um in sacco (*gr. ἀργύριον, Vulg.* pecunias). SYMM. epist. 5, 82 ad equorum coemptionem cum -is commeabunt *familiares.* VVLG. gen. 47, 16 si -um non habetis (*15* deficiente pecunia). *al.* *pro -o est homo vice captivi datus* (*cf. p. 1208, 12*): QVINT. decl. 342, 13 si tantum filii tui *a piratis capti* -um fuisset *ancilla.* Ⓑ *a parte vendentis, ut sublucere possit notio q. e. lucrum, reditus*: TER. Eun. 133 *virginem* ⟨-um sperans⟩ ilico producit, vendit (⟨ ⟩ DON. *ad l.* 2 deest 'magnum'). CIC. Verr. II 4, 134 *est turpe* -o adductam civitatem, et -o parvo, ... vendidisse *signa religiosa.* HOR. epist. 2, 2, 17 des nummos ..., ille *venditor* ferat -um (*cf. p. 1215, 31*). VAL. MAX. 4, 8, 1 fundum ... vendidit eiusque -um Hannibali protinus numeravit. IAVOL. dig. 15, 1, 33 ad quem -um peculii pervenit (S. C. Iuvent. dig. 5, 3, 20, 6b. *al.*). SVET. Nero 26, 1 *ubi venditae* praedae -um absumeretur (Galba 15, 1). VLP. dig. 5, 3, 25, 1 si rem distraxit et ex -o aliam rem comparavit. VET. LAT. act. 4, 34 (cod. 51. *al., sim.* VVLG.) adferebant -a venditorum et ponebant ante pedes apostolorum (*gr. τιμάς, sim.* 4, 37 [*ibid.; gr. τὸ χρῆμα, cod. 5* pecuniam]. *huc spectat e. g.* CYPR. unit. eccl. 26 -a apostolis offerebant). *al.*

Ⓘⓘ *significatur id pro quo -um poscitur, sc. unde lucrum capitur* (*cf. p. 1207, 32. 1208, 48*): SEN. nat. 4, 13, 4 hoc quod *natura* ... patere omnibus voluit, *sc. aquam,* ... luxuria redegit ad -um: adeo nihil ... nisi carum *placet.*

[Hillen]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

b *ad locationem, conductionem (qua in re* merces *est t. t., v.* -um *a* mercede *distinctum e. g.* GAIVS dig. 11, 7, 9. 19, 2, 2 pr. inst. 4, 28; *voces variant in contextu l. 24. 46 sq.; metonymice de pecunia, lucro sim. l. 20. 30. al.); -um est:* α *pro opera (hucine p. 1206, 35?)*: PLAVT. Pseud. 849 fateor ... esse me coquom carissimum; verum pro -o facio ut opera appareat mea. Vid. 30 si -um das (*operario rustico; cf.* COLVM. 3, 21, 10 *ad vindemiam* operas quantocumque -o conducere). TER. Hec. 49 (*trad. etiam* Haut. 48; *dominus gregis ad spectatores*) si numquam avare -um statui arti meae. 69 *ut amans* quam minimo -o suam voluptatem expleat (*spectat ad meretrices ut*: CATVLL. 110, 2 accipiunt -um. HOR. sat. 1, 2, 122 quae neque magno stet -o neque cunctetur. Ov. am. 1, 10, 17 quid puerum Veneris -o prostare iubetis? 1, 10, 18. CIL IV 2450, 4 [*a. 3 a. Chr.*] -um in singulos a(sses) v. SEN. contr. 1, 2, 1 deducta es in lupanar, ... -um constitutum est. *al.*). TVRPIL. com. 8 non ago hoc per sagam -o conductam. CIC. inv. 2, 1 Zeuxin *pictorem* ... magno -o conductum. Verr. II 5, 47 qui *navem* faciunt, imperio tibi tuo, non -o praesto fuerunt. BELL. Afr. 40, 5 *Germani* -o pollicitationibus adducti (*respicitur stipendium militare ut*: LIV. 8, 38, 1 conducta ... -o ... iuventus. 34, 36, 7 -a militiae casura in pace. ITIN. Alex. 9. *al.; respicitur simul praeda sim.*: SALL. Iug. 86, 3 *miles factus* egentissumus quisque ..., cui ... omnia cum -o honesta videntur. *cf. p. 1208, 71*). LABEO dig. 14, 2, 10, 2 pro duobus milibus amphorarum *vehendis* -um debes (*cf.* SEN. benef. 6, 15, 6 quod tu -um ponis traicienti maria [*postea*: praemium]. QVINT. inst. 4, 2, 41 quanti veheret interrogavi *dominum navis*; de -o convenit. PAVL. dig. 14, 2, 10, 2 [*syn.* merces]). PHAEDR. 4, 26, 6 Simonides ..., victori laudem ... ut scriberet, certo conduxit -o. 5, 7, 18 (*datur tibicini*). SEN. benef. 6, 15, 2 his *medico et artium liberalium praeceptori* non rei -um, sed operae solvitur (*ceterum respiciuntur medici*: PLIN. nat. 22, 14 addidere vivendi -a deliciae luxusque; ... aliorum hanc, *sc. vitae curam,* operae esse credimus [*huc traximus coll. 29, 16* manipretio vitae]. 29, 21. TAC. ann. 11, 6, 2 ut quo modo vis morborum -a medentibus, sic fori tabes pecuniam advocatis ferat. CE 1414, 4). *al.* *? metonymice (sim. ac p. 1206, 72; loco parum dilucido)*: PROP. 4, 1b, 81 nunc -um fecere deos (*sc. astrologi mercede conducendi? interpunxerunt et explicaverunt alii aliter*).

β *pro opere vel pro re (cf. Kaser, Privatrecht I² 566 adn. 28)*: CATO agr. 14, 3 huic operi -um ... in tegulas singulas *tantum* (*item in aedificando*: 14, 5 [*ter; postea*: manipretium]. CIC. ad Q. fr. 3, 1, 5 te postea multa addidisse ad opus, nihil ad -um. Ov. met. 11, 205 stabat opus, -um rex infitiatur. SEN. benef. 6, 15, 7 levi -o fultura *labentis domus* conducitur). CIC. Verr. II 3, 71 diligentissime -a exquisisti, qui ... magno vendidisti *decumas* (*in eadem re*: 3, 72. 3, 77 si ad Aeschrionem *publicanum* -um *decumarum* resedisset. *cf. -a vectigalium sim.*: CAES. Gall. 1, 18, 3 portoria reliquaque ... vectigalia parvo -o redempta. LIV. 39, 44, 7 vectigalia summis -is, ... tributa infimis locaverunt. 39, 44, 8 QVINT. decl. 341, 9). CIL I² 2537 (*v. addenda p. 1004*) viam lapide ster(nendam) ... pr(etio) *tanto* ...; f(aciendum) (*vel* -dam) l(ocaverunt). LABEO dig. 19, 2, 28, 2 ut ⟨e⟩i -um conductionis praestaret (*antea*: domus mercedem. *cf.* 19, 2, 58 pr. insulam uno -o totam locasti [*ibid. iterum; syn.* merces]. PLIN. epist. 7, 27, 7 audito ... -o ... conducit *domum*). EDICT. leg. pr. pr. (Année Épigr. 1976 n. 653; *aet. Tib.*) 10 eodem -o duos *asinos* pro uno mulo dent (*in ministerio carrorum et mulorum ut ibid.* 15, *ubi gr. respondet μισθόν*). *al.*

c *ad substituendam pecuniam pro rebus praestandis (vel aestimatione vel lege, ut p. 1208, 5. al., constitutam)*: α *variis de causis*: LIV. 5, 23, 10 *ut quisque,* cum ... praedam aestimasset suam, decumae -um partis in publicum deferret. MARCELL. dig. 24, 3, 57 -um fructus ... heredi ... reliquisset. SCAEV. dig. 32, 102, 2 -um eius *militiae legatae* ... consequi (*item pro legato e. g.* 33, 1, 19, 2 certum pondus argenti aut pro eo -um. PAVL. dig. 34, 2, 35 pr. aut aurum ... aut -um auri, quanti comparari potest). PAVL. dig. 46, 3, 98, 8 *lex XII tab. tignum aedibus iunctum* solvi prohibuit -umque eius dari voluit. VET. LAT. exod. 34, 20 (cod. 100, *sim.* VVLG.) si *primogenitum asini* non redemeris *ove,* -um dabis (*gr. τιμήν. item pro primitiis*: num. 18, 15 [*ibid.*] -is redimis primogenita hominum [*gr. λύτροις*]. HIER. epist. 64, 2, 4. *al.*). *al.* β *in damno sarciendo (cavendo l. 73)*: LIV. 6, 4, 2 (*5, 50, 7* a matronis conlatum *aurum*) -o pro auro matronis persoluto. 24, 18, 12 ut -a servorum, *volonum manumissorum,* acciperent *domini* (*item publice datur pro manumissis*: 34, 50, 6 cum quingenos denarios -um in capita, quod redderetur dominis, statuissent. *al.* VAL. MAX. 5, 6, 8 CVRT. 7, 6, 27. *al.*). 40, 29, 13 -um pro libris *Numae publice cremandis* ... domino solvendum esse. TAC. ann. 1, 75, 2 -um ... aedium *labefactarum.* 6, 45, 1 exsolutis domuum et insularum *igni destructarum* -is (*sim.* SVET. Tib. 48, 1 LEX Visig. 8, 2, 1). TRAIAN. Plin. epist. 10, 66, 2 *liberorum expositorum* libertatem *non* redimendam -o alimentorum (*cf.* COD. Theod. 5, 10, 1 *servum* alium praestet aut -um, quod potest valere nutritus, exsolvat). PAVL. sent. 5, 16, 3 -a eorum *servorum torquendorum,* quanti dominus taxaverit, inferre (*in eadem re e. g.* LEX Burg. lib. const. 77, 2 datam in -o eius pecuniam). *al.* γ *in adaeratione*: EDICT. de salut. et sport. Num. (CIL VIII 17896) 16 tritici modios quinque aut -um frumenti (*sc. sportularum genus ut al. ibid.*). COD. Theod. 7, 4, 14 milites mensibus novem in ipsa specie consequantur annonam, pro tribus -a percipiant (*cf.* 7, 4, 31 annonariam in -is rationem ... praeberi. *al.*). 7, 13, 13 *conceditur,* ut pro tironibus -a inferantur (*postea*: pro singulis viginti quinque solidos numerent. *in eadem re*: 11, 18, 1 tirones, quorum -a ... aerarii necessitas flagitavit. Iust. 11, 75, 3 [*a. 397/8*] pro tironibus in corporibus postulatis -a conferri. *al.*). 11, 17, 2 in -o ... exactio *equorum* (*cf. e. g.* NOVELL. Valent. 36 pr. exactionis qualitate et -i moderata adaeratione). *al.*

d *ad obligationem ex delicto solvendam (distinguitur* multa *insuper imposita l. 25; in re sacra l. 13. 18)*: SEN. contr. 9, 1, 4 (*verba Cimonis*) Miltiadis -um fui *eius vice publica vincula suscipiens* (*metonymice ut p. 1206, 59*). PETRON. 137, 6 rogo ... expiare manus -o liceat. DECRET. de past. pec. (CIL VIII 23956) 14 *poenae nomine praeter ipsum servum praestare* ⟨e⟩tiam -um servi ex form⟨a⟩ censoria (denarios) D. VVLG. exod. 21, 30 dominum illius *bovis, qui hominem occiderit,* occident; quod si -um ei fuerit impositum, dabit pro anima sua quicquid fuerit postulatus (*Vet. Lat. cod. 100* redemptio. *inde* SVLP. SEV. chron. 1, 18, 4). 30, 12 dabunt singuli -um pro animabus suis domino et non erit plaga in eis, cum fuerint recensiti *deo invito* (*Vet. Lat.* [*Ambr. epist. 1, 1, 3. al.*] redemptionem animae. *idem -um pro genere tributi est l. 31*). LEX Burg. lib. const. 2, 2 *qui quendam subita ira commotus occiderit,* medietatem -i secundum qualitatem personae occisi parentibus cogatur exsolvere; ... *si* nobilem occiderit, in medietatem -i CL solidos *eqs.* 36 *adulter* -um suum ei *proximo mulieris* ..., prout persona fuerit, cogatur exsolvere, multae nomine solidos XII. LEX Sal. Merov. decr. Child. 2, 3 *homicida* non de -o redemptionis ⟨se⟩ redemat. *al.*

e *ad tributum solvendum sim. (cf. l. 5. p. 1206, 13)*: TAC. hist. 4, 64, 1 *ut* inermes ... sub custode et -o coiremus *Tencteri Agrippinensesque* (*cf. 4, 65, 3* vectigal et onera). IVL. VAL. 1, 40 annuum istud mihi fore -um servituti (-is *Eberhard*) dependsurum *Darium* (*gr. p. 43, 18 φόρους μοι χορηγήσεις*). VVLG. II par. 24, 9 ut deferrent singuli -um domino, quod constituit Moses ... super omnem Israhel (*cf. l. 18*). OROS. hist. 6, 13, 2 *Crassus* sociis civitatibus auxilia indixit, -a exegit. *al.*

2 *laxius pertinet ad quamlibet conventionem, remunerationem (saepius metonymice de pecunia, rebus pretiosis, e. g. l. 54. 70. p. 1209, 11. 22. 29, de virgine ducenda l. 67, de eo, pro quo -um datur l. 48; -um contingit animalibus p. 1209, 2. 59; iuxta ponuntur vel distinguuntur* gratia *l. 44. p. 1209, 31.* CIC. S. Rosc. 76. *al.*, honor *l. 45. 72. p. 1209, 48. al.*, merces *vol. VIII 795, 27 sqq.*, praemium *l. 43. p. 713, 19 sq.*, prex *l. 42. p. 1209, 12. 52. al.*, spes *l. 46. p. 1209, 21. al.*, vis *l. 42 et e. g.* CIC. Verr. II 2, 88. *sim al.*): **a** *generatim (exempla selecta inde a* CIC.): ACC. trag. 661 neque -o neque amicitia neque vi impelli neque prece. QVADRIG. hist. 41 (*consules Pyrrho regi*) nobis non placet -o aut praemio aut dolis pugnare. RHET. Her. 3, 3, 4 nec -o nec gratia ... a via recta ... deduci. CIC. inv. 2, 115 (*antea*: pecuniarium praemium) se -um non pro facto, sed honorem ... pro beneficio postulare. S. Rosc. 74 -um dedit (*ad necem perpetrandam ut*: Cluent. 47 spe et -o sollicitare. *al.* SALL. Iug. 35, 4 GRATT. 452. SEN. suas. 6, 19 *Cicero* brevi ante princeps senatus ..., tum -um interfectoris sui [*sc. militis, eadem metonymia ac p. 1206, 72, an Antonii, ut spectet ad B1b?*]. VELL. 2, 6, 5 capitis ... -um. LVCAN. 8, 9 -um [facinus *var. l.*] ... sanguinis. *al.; cf. l. 43*). Verr. II 1, 7 qui *Verres* parentes -um pro sepultura liberum posceret (*in eadem re* 5, 119). 5, 50 -o atque mercede minuisti maiestatem rei publicae *eqs.* (*respiciuntur immunitates ut*: 5, 62 certum -um, sescenos nummos, nautarum missionis constituere. Font. 17 ob vacationem -um datum. *al.* TAC. ann. 14, 18, 1 dilectum ... militarem -o et ambitione corruptum. *al.; cf. l. 5 sqq.*). Catil. 4, 17 -o ... sollicitari posse animos egentium (*ad seditionem vel bellum ut*: SALL. Catil. 50, 1 duces multitudinum, qui -o rem publicam vexare soliti erant. hist. frg. 1, 63. TAC. hist. 4, 76, 2 neminem adeo in arma pronum, ut non idem -um quietis quam periculi malit [*antea*: pecuniam ac dona, quis ... corrumpantur]). off. 2, 21 *si qui cui favent,* aut benevolentiae gratia faciunt, ... aut ... -o ac mercede ducuntur. SALL. or. Macri 20 servitii -um, *sc. frumentatio* (TAC. ann. 2, 9, 3 inridente Arminio vilia s. -a, *sc. stipendia et dona militaria. cf.* CVRT. 6, 6, 11 -um servitutis). VARIVS carm. frg. 1, 2 (= VERG. Aen. 6, 622) *M. Antonius* fixit leges -o atque refixit. VERG. Aen. 12, 350 *Dolon,* castra ut Danaum speculator adiret, ausus Pelidae -um sibi poscere currus. Ov. met. 4, 739 *Andromeda* -umque et causa laboris. LIV. 21, 48, 9 *non* magno -o, nummis *tot,* ... praefecto praesidii corrupto traditur Hannibali Clastidium (*item in proditione*: 37, 10, 5 -um tanti meriti nullum aliud pacisci, quam *eqs.* SEN. contr. 7, 7, 1 imperator supplicium tulit, proditor -um. 7, 7, 9 QVINT. decl. 294, 9. *al.*). 21, 43, 9 ditia stipendia facere et magna operae -a mereri (*item remunerantur milites*: VAL. MAX. 4, 3, 10 ut honorem *coronae militaris* ... a duce, -um [*ipsum aurum*] ... a patre reciperet. CE 1011, 2 [*ante a. 63*] nec licuit *veterano* -um ⟨su⟩mere militiae [FLOR. epit. 4, 5, 1 *de agrorum divisione. cf. p. 717, 83*]. TAC. hist. 1, 18, 2 *de donativo.* 4, 19, 1 -um itineris do-

[Hillen]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nativum, duplex stipendium, ... postulabant. *al., cf. l. 7. p. 1207, 17. al.*). PHAEDR. 1, 8, 6 *lupus* coepit ... inlicere -o, ut illud extraherent *os* (*10* praemium, *12* mercedem). SEN. Ag. 287 -o parata vincitur -o fides (*cf.* epist. 9, 9 placebit aliquod -um contra amicitiam, si ullum in illa placet praeter ipsam). benef. 7, 9, 1 (*verba cynici*) volo intueri -a sanguinis animarumque vestrarum; prima mihi luxuriae spolia propone *eqs.* (CVRT. 6, 6, 16 s. -um ... deflere [*sc. praedam crematam*]. *cf. l. 67. p. 1208, 50*). *al.*

b *speciatim pertinet ad*: α *amorem conciliandum, stuprum perpetrandum sim.* (*cf. p. 1207, 10*): PLAVT. Mil. 1061 dabitur, quantum ... -i poscet (*1058* merces). TER. Andr. 76 amans accessit -um pollicens. Haut. 234 *amicae* mater ... mala, cui nil iam praeter -um dulcest. Eun. 1055 perfice hoc precibus -o, ut haeream ... apud Thaidem. Ad. 349. LVCR. 5, 965 *olim amantes* conciliabat ... -um, glandes ... vel pira lecta. TIB. 1, 9, 52 cui formam vendere cura est et -um ... grande referre. *al.* LYGD. 1, 7 carmine formosae, -o capiuntur avarae. PROP. 3, 11, 31 coniugii obsceni -um Romana poposcit moenia (*Cleopatra ut*: FLOR. epit. 4, 11, 2 -um libidinum Romanum imperium petit). 3, 13, 14 -o tollitur ipsa mora. OV. am. 1, 10, 32 *mulier* sola locat noctes ... et vendit, quod utrumque iuvat, ... et -um ... facit. epist. 5, 143 nec -um stupri gemmas ... poposci (OCTAVIA 132 -um stupri ... coniugis poscit caput). *al.* LIV. 3, 44, 4 *Appius Verginiam* -o ac spe perlicere adortus. SEN. contr. 2, 7 them. illam appellavit de stupro adiectis -is. *al.* *metonymice respicitur Iuppiter in aurum, -um stupri, conversus*: HOR. carm. 3, 16, 8 *ad Danaen* fore ... tutum iter ... converso in -um deo. OV. am. 3, 8, 30 Iuppiter ... corruptae -um virginis *Danaes* ipse fuit. TIBERIAN. carm. 2, 8.

β *iudicium vel consilium publicum corrumpendum*: GRACCH. or. frg. Gell. 11, 10, 2 sqq. neminem nostrum invenietis sine -o huc prodire; ... (4) qui suadent, ut accipiatis *legem,* hi quoque petunt ... a Mithridate rei familiari suae -um et praemium; qui ... tacent, hi ... ab omnibus -um accipiunt ...; (6) -a ... ob tacendum accipiunt. RHET. Her. 2, 7, 11 testes corrumpi posse vel -o vel gratia *eqs.* CIC. Verr. II 1, 110 te -o, non iure esse commotum (*sim. respicitur Verres praetoris officio fungens*: II 1, 125 aequa postulatio ... -o superabatur. 2, 78. 5, 27 -o, non aequitate). Sest. 104 *in contionibus* -o ac mercede perficiunt, ut *eqs.* rep. 5, 11 plus mali facere videtur, qui oratione, quam qui -o iudicem corrumpit. *al.* PETRON. 119 vers. 42 venalis populus, venalis curia ..., est favor in -o. QVINT. decl. 338, 13 caput ... in quamcumque litem -o venale (vile *trad.*). APVL. met. 10, 33, 1 sententias ... -o nundinantur. *al.*

γ *nundinanda munera:* *publica*: CIC. Verr. II 2, 121 quicumque senator voluerit fieri *in civitate Sicula ...,* si is -o apud *Verrem* ... vinceret, factum esse. 2, 122 ordinem -o mercatus est. 2, 124 cum -um iam accepisset. *al. ibid.* LVCAN. 1, 178 rapti fasces -o. PS. AVR. VICT. epit. 41, 24 si provinciarum rectores non -o, sed iudicio provexisset. CLAVD. 18, 202 -is distinguit regula gentes, *sc. provincias.* ORIENT. comm. 2, 113 omnis honor -i est (*i. venalis est*). *al.* *ecclesiastica*: VET. LAT. act. 8, 20 (Tert. fug. 12, 6) gratiam dei -o consequendam putasti, *Simon* (*cod. 51 et Vulg.* pecunia, *sim. al.; gr. διὰ χρημάτων. item respicitur Simon e. g.* AMBR. in Luc. 9, 19 ARATOR act. 1, 633). TERT. apol. 39, 5 praesident ... seniores, honorem istum non -o, sed testimonio adepti. CONC.^{S} II 2, 2 p. 33, 5 de his, qui ⌞-o honorem distrahunt⌟ (praemio ordines adipiscuntur *var. l.*). COD. Iust. 1, 3, 30, 1 (*a. 471*) nemo gradum sacerdotii -i venalitate mercetur (GREG. M. epist. 5, 24 l. 15). 1, 3, 30, 4 non -o, sed precibus ordinetur antistes. INSCR. christ. urb. Rom. 4155, 14 (*a. 561; vers.*) sacravit ... ministros nil -o faciens *Pelagius papa.* *al.*

δ *praemium victori certaminis dandum*: VERG. Aen. 5, 111 munera ..., tripodes viridesque coronae et palmae, -um victoribus *eqs.* (*ludis sollemnibus ut*: 5, 292 *v. p. 719, 21.* 5, 399 -o inductus. VAL. FL. 4, 230 sacrae ... harenae. SIL. 16, 555 argenti *et* ... vestis ... -a. *al.*). OV. am. 3, 13, 22 *capella* -um auctori vulneris ... datur. met. 9, 47 -um pugnae ... expetitur coniunx *a tauris.* 13, 19 -um ... temptaminis (*in armorum iudicio*). *al.* (*v. p. 719, 42 sq.*). VAL. MAX. 4, 3 ext. 3 pactum ... victoriae -um (*sc. castitatis corrumpendae*). SEN. nat. 4 praef. 21 *Sicilia* inter Carthaginem et Romam ingentis belli -um (*in imag. ut*: TAC. hist. 1, 11, 3 provinciae ... in -um b. cessurae erant. *cf.* LVCAN. 1, 96 -um tanti ... furoris). *al.*

ε *Christum tradendum*: VET. LAT. Matth. 27, 6 (cod. 4. *al., sim.* VVLG.) principes sacerdotum acceptis *a Iuda* argenteis dixerunt: non licet mittere eos in loculum, quia -um sanguinis est ([*gr. τιμή*]. IVVENC. 4, 632 HIL. in Matth. 32, 5. 6 QVODV. fer. 3, 4. *al.; aliter l. 5*). 27, 9 (*ibid.*) impletum est, quod dictum est per prophetam (*v. p. 1210, 5*) dicentem: et acceperunt XXX argenteos -um (*gr. τὴν τιμήν*). Marc. 14, 11 (cod. 30) *summi sacerdotes* promiserunt ei -um se daturos (*gr. ἀργύριον, cod. 3. al. et Vulg.* pecuniam). TERT. adv. Marc. 4, 40 p. 559, 17 quantitatem et exitum -i postea Iuda paenitente revocati *eqs.* IVVENC. 4, 627 accepto sceleris -o (*cf.* REGVLA mag. 13, 12 iniquitatis -o. *fort. sec. p. 1210, 1*). 4, 640 -um pretiosi corporis. QVODV. fer. 3, 2 *Iudas* venditor sanguinis Christi ex ipso -o ... emit sibi agrum figuli (*sec. act. 1, 18* de mercede iniquitatis). *al.* *huc referuntur a Christianis loci veteris testamenti*: VET. LAT. psalm. 61, 5 (Ambr. in psalm. 61, 13 = VVLG.) -um meum cogitaverunt repellere (*cod. 300. al.* honorem, *gr. τὴν τιμήν*). VVLG. Zach. 11, 13 (*12* adpenderunt mercedem meam triginta argenteos) decorum -um, quod adpretiatus sum ab eis (*cf. p. 1209, 70*).

B *respiciuntur incorporea varia*: **1** *notione communi, sc. variis modis compensandi*: **a** *-um contingit (datur, poscitur) ab alio*: α *pro meritis*: Ⓘ *bonis, ut -um vergat in notionem q. e. praemium sim.* (*cf. p. 1205, 8; addidimus quae vel in utramque partem vel per ironiam sunt dicta; exempla selecta inde ab* OV.): NAEV. trag. 8 ut quisque est meritus, praesens -um pro factis ferat. PLAVT. Asin. 128 aedibus me eici? promerenti optume hocin -i redditur? Capt. 940 pro bene factis ... -um ... reddere. Men. 984. Most. 878 bene merens hoc -i inde abstuli (*corrupte trad., emend. Camerarius*). ENN. frg. var. 20 cui *Scipioni* nemo ... quivit pro factis reddere opis -um (*explicat* SEN. epist. 108, 33 operae -um). TER. Andr. 39 *te manumittens* summum -um persolvi tibi. CATO orat. 2 maiores diversum -um paravere bonis *militibus* ...: decurionatus *eqs.* LVCIL. 1040 cuius ⌞vultu ac facie⌟ (*dat.*) ... sermonibus nostris virginis hoc -um atque hunc reddebamus honorem. VERG. Aen. 12, 352 *Dolonem* Tydides alio (*cf. p. 1208, 66*) pro talibus ausis adfecit -o (SERV. auct.: poenam significat, nam -um *τῶν μέσων* est [*affert* TER. *infra p. 1212, 8*]). HOR. epist. 1, 16, 47 '*non* fugi', si mihi dicat servus, 'habes -um, loris non ureris' aio. 1, 17, 42 decus et -um ... petit *a potentibus.* ELEG. in Maecen. 1, 135 nunc -um candoris habes. PROP. 4, 11, 100 -um vitae grata rependit humus *mortuo.* OV. epist. 14, 129 exul Hypermestra ⌞-um pietatis iniquum⌟ quam mortem fratri depulit, ipsa tulit (⌞ ⌟ *praedicative*). Pont. 2, 10, 16 doctrinae -um triste magister habet (*sc. exilium*). LIV. 25, 6, 21 *servi* operae -um habent libertatem civitatemque (27, 17, 14 quales *eos* ... cognorit, perinde o. eorum -um faceret. MELA 1, 1 quod *opus* ... ipsa sui contemplatione -um o. attendentium absolvat. FRONTO p. 118, 15. *addas* SEN. *l. 16*). 26, 40, 15 cum pro cuiusque merito consul -a poenasque exsolvisset. SIL. 9, 25 sicine ... grates -umque rependis ... tui capitis? PLIN. paneg. 44, 7 his *bonis* honores, his sacerdotia ... offers ...; acuuntur isto integritatis ... -o (*postea*: praemia). PRISCILL. tract. 10, 130 castificatio corporis -o excolitur voluntatis (*sc. dei, cf. 6, 96* fructu divinae ... voluntatis. *sec. I Thess. 4, 3?*). PRVD. perist. 13, 40 *ne quis* fidei -um sumere degener timeret (*sc. martyrium. cf.* VEN. FORT. carm. 2, 7, 10 sumpserunt -um vota *martyris futuri* beata suum. *aliter infra p. 1211, 7*). *al.* Ⓘⓘ *malis, ut -um vergat in notionem q. e. poena sim.* (*cf. testimonia l. 21. p. 1205, 14. 1211, 75. 1212, 9; aliter p. 1208, 10; pro -o est ipse reus, qui supplicio datur, l. 47*): LIV. ANDR. trag. 1 -um pro noxa dabis (NON. *ad l. v. p. 1205, 6*). PLAVT. Men. 972 qui nihili sunt, quid eis -i detur ab suis eris ...: verbera, compedes ... (976) haec -a sunt ignaviae. Rud. 710 pugnum in os impinge! :: iniqua haec patior cum -o tuo (*cf. p. 1212, 35*). HOR. carm. 3, 24, 24 peccare nefas aut -um est mori. OV. epist. 6, 146 perfidiae -o qua nece dignus eras? ITIN. Alex. 34 *Bessum* vinctum a suis communi (-is *var. l.*) -um culpae servari. AMBR. bon. mort. 1, 2 mors, quae -o damnationis infertur *protoplastis.* hex. 6, 3, 13 *perdix* fraudis suae -o multatur. *al.*

β *pro quibuslibet petendis vel dandis* (*fere per imaginem emptionis venditionis, sed voti solvendi p. 1211, 2*): Ⓘ *usu communi* (*exempla selecta inde a* LIV.): PLAVT. Cist. 8 isto ... ⌞-o facile⌟ est ...; ita ... nos lepide ... accepisti (*v. app. crit.; eadem locutione adverbiali* [*cf. l. 65 et e. g.* istoc pacto *vol. X 1, 215, 41*]: Poen. 1218 gaudio ero vobis ... libertatique. :: istoc -o tuas nos facile feceris. Pseud. 265 potin ut ... huc cum lucro respicias? :: respiciam istoc -o). Epid. 120 -o pretioso (*v. p. 1202, 19*). CIC. inv. 2, 113 num *quis* ante tempus praemium petat et spem incertam certo venditet -o. dom. 23 cum ab eo *Pisone* merces tui beneficii -umque provinciae meo sanguine tibi (*sc. Clodio*) esset persolutum (*cf.* Pis. 49 fines provinciae ..., quantos -o mei capitis periculoque emerat). SALL. Iug. 110, 3 fuerit mihi ⌞eguisse aliquando⌟ -um tuae amicitiae (⌞ ⌟ *pro subi.*). AETNA 258 torquentur flamma terrae ferroque domantur, dum sese -o redimant *eqs.* (*cf. p. 1214, 23*). HOR. epist. 1, 18, 18 vere quod placet, ut non ... elatrem? -um aetas altera sordet (*cf.* SEN. epist. 88, 5 ab honesto ne immortalitatis quidem -o recedentem). PROP. 3, 16, 22 talis mors -o vel sit emenda mihi. OV. trist. 1, 9, 44 *si* aliquod ... vitae labe carentis est -um, nemo pluris emendus erat *quam tu.* LIV. 45, 42, 11 beneficia gratuita esse populi Romani; -um eorum malle relinquere in accipientium animis quam praesens exigere. SEN. suas. 7, 6 etiamsi sine -o daretur *vita Ciceroni ab Antonio* (*cf.* SEN. epist. 70, 7 non omni -o vita emenda est. TAC. hist. 2, 47, 1 *vos* periculis obicere nimis grande vitae meae -um puto. *sim. al.*). SEN. Herc. f. 461 sollicita tanti -a natales habent (*postea*: magno constitit). LVCAN. 2, 330 *a Marcia* conubii -um mercesque soluta est tertia iam suboles. SIL. 4, 757 membra ... in -um belli dare, si victoria poscat. QVINT. inst. 6, 3, 35 nimium ... risus -um est, si probitatis impendio constat. TAC. Germ. 31, 1 se

[Hillen]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

... tum demum (*sc. hoste caeso*) -a nascendi rettulisse ... ferunt *iuvenes.* ITIN. Alex. 51 Neptuno ... tauros in mare ... deiecerat -um voti faciens, si redimi haec a diis liceret. *al.*

Ⓘ *usu christiano*: Ⓐ *exempla varia*: TERT. fug. 12, 5 *hominem opera Christi* liberum -o aestimabis *in persecutione* et -o possidebis nisi eodem, quanto ... domino constitit, sanguine suo scilicet? (*item respicitur martyrium*: scorp. 6 p. 158, 3 respice compensationem, cum caro et anima dependitur ...: eadem -a quae et merces. CYPR. epist. 10, 2 pretiosa mors haec est, quae emit immortalitatem -o sui sanguinis. PRVD. perist. 3, 39 ne ... sanguinis ⌞in -um⌟ mortis amore puella *Eulalia* ruat [⌞ ⌟ *sc. solvendum sim.*]. *al.; cf. p. 1210, 37*). paenit. 6, 4 quam ... ineptum ... paenitentiam non adimplere ..., hoc est -um non exhibere ...; hoc enim -o dominus veniam addicere instituit (*postea*: paenitentiae compensatione). VET. LAT. psalm. 43, 13 (cod. 300. *al.* = VVLG.) vendidisti populum tuum sine -o (*gr. τιμῆς. explicant*: AMBR. *ad l.* 43 populus Iudaeorum ... peccato venditus, hic *populus christianus* emptus sanguine. AVG. quaest. hept. 7, 17, 1 non deum colendo tradi sibi illum populum meruerunt *impii,* ut ipse cultus tamquam -um videretur. *al.*). 48, 9 (*ibid.*) non dabit deo ... -um redemptionis animae suae (*gr. τιμήν. cf.* AVG. *ad l.* illi dant -um ..., qui non cessant eleemosynas facere. *aliter* AMBR. *ad l. Christum intellegens*). ANON. de decem virg. p. 36 (*enumerantur virtutes et opera misericordiae*) haec *sunt* -a vitae aeternae (*cf. l. 19 et e. g.* RVFIN. Basil. hom. 3, 3 p. 1748[B] in quibus *misericordiis sim.* cibi corruptibilis -o ... gloriam aeternam ... mercaris. AVG. serm. 70, 2 quanto -o temporalium emenda sit futura vita). HIL. in Matth. 10, 18 *impii* capti -is praesentium voluptatum et ad luxum saeculi venales (*cf.* AVG. in Rom. 35, 1 [*ad 7, 14* venumdatus sum sub peccato] accepta tamquam -o dulcedine temporalis voluptatis. serm. 30, 2). PROSP. carm. de ingrat. 478 ut merces operum sit gratia *dei* iudiciumque de -o, quo, quod donum ⌞perhibetur⌟ ematur (⌞ ⌟ *e. g. Rom. 5, 15. cf.* PROSP. *ibid.* 939 *ut* -o ... bonos, non munere ditet). ENNOD. opusc. 9, 1 p. 415, 25 iustum est, ut quod a te, domine, accipimus -o saltem vocis solvamus (*cf. l. 17*). *al.* Ⓑ *respicitur redemptio generis humani per Christum facta* (*saepe de ipso Christo, eius sanguine sim.*): VET. LAT. Marc. 10, 45 (cod. 1) *Christus venit* dare animam suam ⌞-um⌟ pro multis (⌞ ⌟ prolium *cod., quod defendit Rönsch, Collectanea philologa, 1891, 22 et 211, inter alia de compos. a* pro *et* luere *cogitans; gr. λύτρον, Vulg.* redemptionem). I Cor. 6, 20 (cod. 75. *al.*) nescitis, quia ... non estis vestri? empti enim estis -o (*gr. τιμῆς,* VVLG. -o magno; *explicat e. g.* TERT. pudic. 16 p. 253, 25 sanguine scilicet domini. *cf.* VET. LAT. I Cor. 7, 23 [*ibid.* = VVLG.] -o empti estis, nolite fieri servi hominum. CYPR. Demetr. 26 hanc gratiam Christus impertit ... redimendo credentem -o sui sanguinis. HIER. epist. 54, 4, 3. *al.*). CYPR. eleem. 23 ut Christo pro -o passionis et sanguinis vicem ... rependamus (*cf.* AVG. in psalm. 21, enarr. 2, 8 omnia ..., quae passus est, -um est *eqs.* CHROMAT. serm. 24, 4 passio ..., cuius -o *eqs.*). AVG. civ. 20, 15 p. 442, 12 fideles effuso illo -o iam redempti (*item audacius fere vice subst. q. e.* sanguis: in psalm. 93, 8 l. 43 *Iudaei* fuderunt -um suum, ut biberent -um suum. QVODV. c. Iud. pag. Ar. 18, 2 quando fundebatis -um salutis nostrae. ARATOR act. 2, 94 hic -i color est in gurgite *maris Rubri. al.; cf. l. 55*). serm. 27, 2 venit ad captivos ... carne mortali -um nostrum portans. QVODV. haer. 7, 41 -um meum ... sanguis Christi est; ... -um meum non habet -um (*sim. e. g.* CASSIOD. in psalm. 135, 24 -um, quod -um non haberet. *cf. p. 1206, 30*). VEN. FORT. carm. 2, 2, 28 *crux digna fuit* ferre -um saeculi. *al.* *respicitur eucharistia*: AMBR. sacr. 4, 4, 20 similitudinem pretiosi sanguinis bibis, ut nullus horror cruoris sit et -um tamen operetur redemptionis. AVG. conf. 7, 21, 27 poculum -i nostri (*cf.* 9, 12, 32 cum offerretur pro ea *defuncta* sacrificium -i nostri. 9, 13, 36 -i nostri sacramentum). 10, 43, 70 cogito -um meum et manduco et bibo *eqs.* SACR. Gelas. 869 ut vitalis ligni -o aeternae vitae suffragia consequamus. *al.*

b *nullo alio compensante -um* contingit *ex ipsa actione vel statu, sc. cuius labor sim. compensatur eius effectu* (*fere bono, grato; saepius de -o proposito, quo quis ad agendum inducatur; de damno quod contingit ex errore sim. l. 75. p. 1212, 8. 35; -um est ipse homo p. 1212, 16, cf. p. 1208, 48*): α *cum gen. rei, quae compensatur* (*praepos. p. 1212, 8*): Ⓘ operae -um (*-um datur ab alio remunerante p. 1207, 27. 1208, 71. 1210, 28; variatur locutio p. 1210, 17. 1212, 26*): *inde a* PLAVTO, *sc. praedicative in locutione* o. -um est *sim., v. vol. IX 2, 667, 23 sqq. 62 sqq., pro obi. in locut.* o. -um facio *vel* ago (*fere breviter pro 'facio aliquid, quod o. -um sit') ibid. 667, 50 sqq. ad notionem communem aestimationis addenda videntur imprimis exempla, ubi accedit enunt. secund.*: SYMM. epist. 5, 25 ut o. sit -um, quod ... litteris tuis ... satisfeci. CE 1434, 2 (*saec. IV ex.?*) ut lector noscas, est o. -um. *ad notionem deflexam* (*sc.* o. -um est *fere i. q. utile est, oportet*) *addi possunt* MARCELL. med. 6, 13 opobalsamo o. -um est alopecias unguere. MAXIM. eleg. 3, 1. Ⓘⓘ -um morae (*cf. p. 1212, 25*): VERG. Aen. 9, 232 *ad duces* admittier orant: rem magnam -umque m. fore (SERV.: se adferre rem ..., cuius mora -um posset adferre, id est poenam [*affert* TER. *infra*]; ... alii sic intelegunt: scimus ... adventum nostrum moram ... adferre *vobis ...,* verum huius morae erit -um, id est remuneratio). OV. am. 2, 14, 26 est -um parvae non leve vita m. 3, 13, 5 *Falerios veni*; grande m. -um ritus cognoscere (*item pro subi. est inf.*: SYMM. epist. 4, 37 maximum). LIV. 21, 48, 6 nullo satis digno m. -o tempus terunt. STAT. Theb. 11, 80 nec -um deforme m. cassique labores. SYMM. epist. 5, 79 ut sciam m. esse -um, si *eqs.*

2 *speciatim respiciuntur*: **a** *sacra publica*: Acc. praetext. 5 te sancte venerans -bus, invicte, invoco, portenta ut populo patriae verruncent bene (*fortasse verba pontificis, v. Ribbeck, Die röm. Tragödie, 1875, 597*). Cic. Font. 48 cuius *Vestalis* -es si di aspernarentur (*opp.* obsecratio *iudicum ab eadem facta. cf.* Hor. carm. 1, 2, 26 -e qua fatigent virgines ... Vestam?). dom. 125 *in dedicatione Clodii* quid foculus, quid -es, quid prisca ⟨verba⟩ voluerunt? *al.* Verg. Aen. 3, 437 Iunonis ... primum -e numen adora (*cf.* 8, 60 Iunoni fer rite -es iramque ... supplicibus supera votis). Paneg. in Mess. 132 *cum consulatum inisti, Iuppiter* intenta ... tuis -bus se praebuit aure. Hor. carm. 1, 21, 16 *Apollo* bellum ... pestemque a populo ... in Persas ... ⌞vestra⌟ motus aget -e (⌞⌟ *chori puerorum puellarumque; item*: epist. 2, 1, 133. 135 chorus ... caelestis implorat aquas docta -e blandus). carm. saec. 70 quindecim Diana -es virorum curat (*cf.* Stat. silv. 4, 3, 142 sollemni -e quindecim virorum). Act. lud. saec. Aug. (cil vi 32323) 143 Apollo, uti te ... bona -e precatus sum *eqs.* (*cf. ibid.* inc. [cil vi 32336] ⟨te bonas⟩ -es posco, uti *eqs.*). Liv. 22, 57, 5 Delphos ad oraculum missus est *Fabius* sciscitatum, quibus -bus suppliciisque deos possent placare. 29, 27, 5 secundum has -es cruda exta ... *Scipio* in mare proiecit tubaque signum dedit proficiscendi. *al.* **b** *ritus magici, incantamenta*: Cic. Cluent. 194 nocturna sacrificia ... sceleratasque eius *Sassiae* -es et nefaria vota (*quae sequuntur v. supra l. 6; respici videtur defixio sim. ut ibid.* 201, *v. Boyancé, 1953, ad l.*). Hor. ars 395 dictus ... Amphion ... saxa movere sono testudinis et -e blanda ducere quo vellet (*item invocantur res*: Ps. Mvsa herb. Vett. l. 187 herba vettonica ... his -bus adesto. Drac. Romul. 10, 139 *Medea* -bus elementa quatit mare sidera terras. *al.*). Ov. met. 7, 251 *Medea deos inferos* placavit -busque et murmure longo. 14, 365 concipit *Circe* ... -es et verba precantia dicit. fast. 2, 426 non tu pollentibus herbis, nec -e nec magico carmine mater eris (*nisi ad 1*). Sen. Herc. O. 453 artibus magicis ... coniugia nuptae -bus admixtis ligant. 459 mea iussi -e manes loquuntur (*sim. evocantur inferi*: Oed. 621 Lvcan. 6, 706). *al.* **c** *imprecationes, exsecrationes*: Cic. Pis. 43 *v. supra p. 1154, 54.* Caes. Gall. 6, 31, 5 Catuvolcus ... omnibus -bus detestatus Ambiorigem ... se exanimavit. Verg. Aen. 4, 612 (*loq. Dido*) *Hecate aliique di*, meritum ... malis advertite numen et nostras audite -es (Serv. imprecationes dicit, nam non sunt -es). Hor. epod. 5, 86 Thyesteas -es: '... diris agam vos *eqs.*' sat. 2, 6, 30 iratis ⌞-bus⌟ (Schol. imprecationibus. ⌞⌟ pedibus *coni. Shackleton Bailey*). carm. 1, 28, 33 *inhumatus* -bus non linquar inultis teque piacula nulla resolvent. Prop. 2, 16, 48. Ov. met. 3, 406 adsensit -bus Rhamnusia iustis. 15, 505 hostili ... caput *filii* -e detestatus *Theseus*. Ib. 72. 96 illum ego devoveo ... Ibin, qui se scit factis has meruisse -es. 413. Stat. Theb. 11, 617 exaudita parentis vota malaeque -es. *al.* **d** *acclamationes faustae, congratulationes sim.* (*petitione minus definita*): Ov. met. 7, 451 consonat adsensu populi -busque faventum regia. fast. 1, 176 cur laeta ... dicuntur verba kalendis *Ianuariis* et damus alternas accipimusque -es? Liv. 27, 45, 7 *milites* inter vota ac -es et laudes ibant *effusae multitudinis*. *al.*

B *Iudaeorum et* ***Christianorum*** (*saepe syn. est* oratio, *v. vol. IX 2, 888, 60 sq. 889, 55. quae voces variis coloribus distinguuntur l. 75. p. 1222, 8. 25. al.; cf.* Avg. epist. 149, 13 [*ad I Tim. 2, 1*] orationes ..., quas Graecus habet *προσευχάς*, distinguere a -bus vel precationibus omnino difficile est): **1** *generatim*: **a** *vigente respectu petendi*: α *vario usu*: Vet. Lat. II par. 6, 29 (cod. 91) omnis oratio et omnis -x, si fuerint omni homini, *tu exaudies eas* (*gr. προσευχὴ καὶ ... δέησις*, cod. 109 omnis o. et omnes -es, *aliter Vulg.*). psalm. 54, 2 (cod. 300) exaudi, deus, deprecationem meam et ne despexeris -em meam (*gr. προσευχὴν ... δέησιν, Vulg.* orationem ... deprecationem). Hebr. 5, 7 (cod. 89, *sim.* Vvlg.) *Christus* in diebus carnis suae -esque et subplicationes ad eum *deum* ... offerens (*gr. δεήσεις τε καὶ ἱκετηρίας*, Ps. Vigil. Thaps. c. Marivad. 1, 67 orationes et -es̄). Tert. orat. 17 p. 190, 23 cum modestia et humilitate adorantes magis commendabimus deo -es nostras. Cypr. domin. orat. 2 ut, dum -e et oratione quam filius docuit apud patrem loquimur, facilius audiamur (*respicitur 'pater noster' ut*: 27 in consummatione orationis venit clausula universas peti-

[Morelli]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tiones et -es ... concludens [*sc.* 'libera nos a malo']. testim. 3, 19 in -e cotidiana: 'fiat voluntas tua' [3, 22 HIER. epist. 13, 3]. AVG. in euang. Ioh. 7, 10 utere -bus, quas tibi ... composuit iurisperitus caelestis [*sec. usum iuris p. 1218, 43, ut ibid.* 7, 11 ISID. eccl. off. 1, 9]. *al.*). 5 *Anna* intra ipsas pectoris latebras precabatur; loquebatur -e occulta, sed manifesta fide (*sec. I reg. 1, 13. item de -e tacita* : DYNAM. vita Max. 5 l. 117 dum orationum -es intra arcana pectoris sui claustra diffunderet. *al.; cf. etiam l. 52. p. 1220, 3. de -e sine verbis facta*: MAX. TAVR. 76, 2 lacrimae ... tacitae quodammodo -es sunt). Fort. praef. 4 res ... omnibus postulationum nostrarum -bus expetenda (*sc. martyrium*). IVVENC. 1, 581 *quidam* -bus propriis gaudent adsistere turbas (*opp.* 1, 584 secreta domus -bus penetralia castis claudantur. *Vulg. Matth. 6, 5 sq. respondet* orare). LVCIF. non parc. 15 l. 6 conspice ..., quomodo dei homines ... contra inimicos dei domus -em fundendo *non* desinuerint (*affertur exod. 15, 16* decidat super eos timor). VVLG. Zach. 12, 10 effundam super domum David ... spiritum gratiae et -um (*Vet. Lat. Aug. civ. 20, 30. al.* gratiae et misericordiae). PRVD. perist. 1, 13 hic patronos esse mundi (*sc. martyres*), quos precantes ambiant; nemo puras hic rogando frustra congessit -es (*item rogantur sancti, angeli*: 9, 97 audit ... -es martyr ... ratasque reddit. PAVL. NOL. carm. 28, 110 currimus ... -e supplice nixi ad ... Felicis limina. AVG. conf. 10, 42, 67 ambiendum mihi fuit ad angelos? qua -e? *al.*). AVG. conf. 3, 4, 7 ille ... liber, *sc. Hortensius,* ... ad te ipsum, domine, mutavit -es meas et vota ac desideria mea fecit alia. PETIL. Aug. c. Petil. 2, 53, 121 vestras ... debiles -es cruenta vestra conscientia vacuat. Ps. AVG. coll. c. Pasc. 15 p. 1159 dicere solemus in -bus ... 'qui *deus* capit omnia, quem capit nemo' (*nisi ad b*). CIL VIII 21496 *reliquias* in hoc tabernaculo pro sua -e posuerunt *quidam* (*antea*: postulantibus a creatore). *al.* *metonymice de ipsa re petita* (*cf. p. 1220, 5, vix etiam p. 1219, 50*): VET. LAT. Luc. 2, 25 (cod. 2) *Symeon* expectans -em Isdrahel (*gr. παράκλησιν, cod. 3* exortationem, *Vulg.* consolationem. *sed fortasse cogites potius de errore interpretis, qui ibid. 6, 24 pro* π. *posuit* postulationem). HIL. trin. 10, 42 obtentae -is ... securitas. β *respicitur intercessio pro aliis* : VET. LAT. Ier. 11, 14 (Tert. pudic. 2. *sim. al.*) tu ne adoraveris pro populo et ne postulaveris pro his in -e et oratione (*gr. ἐν δεήσει καὶ προσευχῇ, Vulg.* laudem et orationem). Phil. 1, 4 (Aug. corrept. 6, 10) in omni -e mea pro omnibus vobis ... deprecationem faciens (*gr. ἐν πάσῃ δεήσει ... δέησιν, cod. 75* in omni oratione ... orationem, *Vulg.* in cunctis orationibus ... deprecationem). TERT. apol. 43, 2 qui pro vobis quoque vero deo -es sternant. CYPR. patient. 16 ut pro adversariis et persecutoribus -em facias. IVVENC. 1, 564 obsequio -busque deum mollire benignis pro vita *inimicorum.* RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 191, 14 *sancti dicuntur* iuvare eos *viventes* -bus atque interventu suo apud deum (*cf.* PAVL. NOL. carm. 19, 238 gratia, quae nos peccatis -e sanctorum exorante resolvit. SACR. Leon. 382 martyrum ... nos ... -bus et intercessione defende. *al.*). *al.* *precantur ipsae manus* (*cf. l. 8*): CYPR. GALL. exod. 682 (*ad 17, 12*) *Aaron et Hur* sustentant ... manus *Mosis precantis*, ut pectoris orsis palmarum -x (-es *trad.*) iuncta foret.

b *respectu petendi minus vigente adhibetur potius cum colore venerationis sim.*: VET. LAT. psalm. 49, 14 (cod. 300) immola deo sacrificium laudis et redde altissimo -es tuas (*gr. εὐχάς, Vulg.* vota). AVG. civ. 19, 23 p. 397, 19 cum eum *deum* per ... virtutes adoramus ipsam vitam -em ad ipsum facientes. CASSIAN. conl. 2, 22, 2 emittere ad deum -es puras levesque (*cf.* 9, 15, 2 ineffabiles ad deum -es purissimi vigoris effundere, *sc. contemplatione mystica*). DRAC. laud. dei 2, 73 *ut elementa, fluctus sim. deum* adorent ... -es sine fine canentes. ORIG. in Matth. ser. 18 p. 33, 27 ex quali corde eleemosynae offeruntur vel psalmi vel -es vel ieiunia. *al.*

2 *speciatim in sacris ecclesiae sollemnibus* (*imprimis in missa; iungitur* sacrificium *l. 69 et* CYPR. epist. 65, 2, hostia SACR. Leon. 318 Gelas. 1507. *al.; saepius de ipsis verbis orationis, v. e. g. p. 1222, 1 sq.*): **a** *vario usu*: TERT. paenit. 9, 4 ieiuniis -es alere, ingemiscere ..., presbyteris advolvi (*respicitur paenitentia ut*: CYPR. epist. 43, 6 [*ad lapsos*] cum -bus atque orationibus nostris vestras quoque orationes et -es iungite. 55, 11 Trofimo ... paenitentia deprecationis errorem pristinum confitente ... auditae sunt eius -es. laps. 14 *ut lapsos* ad -em satisfactionis instigem. SACR. Gelas. tit. 1, 15 p. 17 Mohlb. orationes et -es super paenitentes. *al.*). Scap. 2, 8 sacrificamus pro salute imperatoris ... deo nostro ... pura -e (*cf. e. g.* HIL. coll. antiar. app. p. 183, 5 *fideles* pro *imperatoris* incolumitate ... offerant -es). CYPR. domin. orat. 4 *quando* sacrificia divina ... celebramus, disciplinae memores esse debemus, non passim ventilare -es nostras inconditis vocibus. epist. 62, 4 (5) in sacrificiis et -bus *episcoporum.* 65, 4 *cum nemini* dominus per eius *sacerdotis lapsi* orationes et -es prosit. 70, 2 pro baptizato quam -em facere potest sacerdos sacrilegus? (*item in baptismo* : sent. episc. 18 aqua sacerdotis -e in ecclesia sanctificata abluit delicta. AMBR. sacr. 2, 5, 14 venit sacerdos, -em dicit ad fontem. AVG. bapt. 6, 24, 47. *al.*). AVG. in psalm. 61, 23 hodiernam -em pro illo *in ecclesiam revertente* fundite domino. CONC. Carth. a. 397 p. 39 l. 127 quicumque sibi -es aliunde describit, non eis utatur, nisi *eqs.* (*cf.* REG. eccl. Carth. l. 1236 ut -es, quae probatae fuerint in concilio, sive praefationes ... celebrentur nec aliae ... proferantur). MARCELL. chron. II p. 102, 525 *Iohannes papa Constantinopoli* diem ... resurrectionis plena voce Romanis -bus celebravit. GREG. M. epist. 11, 21 l. 32 -es illae, quae super cereum ... dici solent. *al.* *significantur orationes, quae pertinent ad missas singulorum festorum*: EPIST. pontif. 907 *v. sub b.* SACR. Leon. tit. 9 p. 21 Mohlb. -es in ascensa domini. Gelas. tit. 1, 1 p. 7 Mohlb. orationes et -es in vigiliis natalis domini. *al.* **b** *fere technice significatur canon missae* (*per sing. praeter* AVG. civ.; *-es privatae distinguuntur per plur. l. 13; exempla certiora*): CYPR. epist. 1, 2 apud altare dei *quidam defunctus non* meretur nominari in sacerdotum -e. 37, 1 vestri .... memores, et quando in sacrificiis -em cum pluribus facimus et cum in secessu privatis -bus oramus. unit. eccl. 17 *schismaticus* constituere audet aliud altare, -em alteram inlicitis vocibus facere. AMBROSIAST. in I Cor. 14, 16 per hos ... impletur confirmatio -is, qui respondent 'amen'. AVG. civ. 8, 27 p. 366, 17 stantem sacerdotem ad altare ... *non* dicere in -bus 'offero tibi sacrificium, Petre' (*immo 'tibi, deus', cf. e. g. Sacr. Leon. 958*). c. Petil. 2, 30, 69 p. 59, 1 -em sacerdotis verbis et mysteriis euangelicis conformatam. trin. 3, 4, 10 quod ... -e mystica consecratum rite sumimus. EPIST. pontif. 311 Cabié l. 44 antequam ⌞-em⌟ sacerdos faciat (*postea*: inter sacra mysteria. ⌞ ⌟ pacem *var. l., v. ed. p. 41 sqq.*). COMM. instr. 2, 35, 15 sacerdos domini cum 'sursum corda' praecedit, in -e fienda ut fiant silentia. EPIST. pontif. 907 Migne 69, 18[D] canonicae -is textum (*distinguuntur* paschalis diei -es). GREG. M. epist. 9, 26 l. 29 orationem ... dominicam ... post -em dicimus. *al.*

appendix syntactica et stilistica : **1** *structurae notabiliores indicantes*: **a** *quid vel de qua re petatur* (*cf. d*): α *per praepos. vel gen.*: CIC. Planc. 97 -es et vota de meo reditu (AVG. civ. 5, 20 p. 232, 20 de illis sanandis. epist. 29, 2). PLIN. nat. 7, 148 mortis (*item per gen.*: 10, 104 veneris. CYPR. laps. 14 satisfactionis). AVG. serm. 339, 9 coll. Morin p. 200, 25 -es nostrae non sint pro rebus saecularibus *eqs.* β *significatis ipsis verbis precantium: oratione recta* : VERG. Aen. 3, 599 sese ad litora ... cum fletu -busque tulit: 'per sidera testor *eqs.*' 4, 612 nostras audite -es: si *eqs.* 10, 368. OV. met. 10, 483 est tales complexa -es: 'o siqua *eqs.*' TAC. ann. 2, 71, 1. *al.* *enunt. finali* (*negleximus quae pendent potius e verbo, ut* PLAVT. Capt. 244 te oro per -em ..., ne ... atque ut): LIV. 8, 35, 1 consensus populi R. ad -es et obtestationem versus, ut *eqs.* (39, 14, 1 CVRT. 7, 2, 30. *al.*). 24, 26, 3 addidit -es ..., ne ... sinerent (38, 45, 3 legatorum -bus, ne ... vellet, retentum *proconsulem*). TAC. hist. 1, 65, 2 nec iam secreta exhortatio, sed publicae -es: irent ultores (*sine coniunctione ut* ann. 4, 53, 1. 15, 11, 3).

b *quis (quid) petat per gen. subi. inde a* CIC. Font. 48. 49, *pron. poss. inde a* CIC. dom. 7, *cf. adi. pro gen.* -es humanae *p. 1220, 10,* maternae *vol. VIII 468, 2,* patriae *vol. X 1, 758, 49 sq.*

c *a quo petatur: per gen.*: CORNELIA epist. frg. 2 eorum deum. CATVLL. 68, 65 Pollucis. CYPR. epist. 65, 2 domini (*nisi de oratione dominica*). CASSIOD. Ios. antiq. 5, 212 dei (*gr. ἱκετείαν*). *per praepos.* (*potius ad verbum spectare videntur praepos.* DOLAB. Cic. fam. 9, 9, 3 PVBLIL. sent. I 57. *al.*): CIC. har. resp. 63 faciles sunt -es apud eos, qui *eqs.* BRVT. Cic. ad Brut. 24, 1 adversus regem. HOR. epod. 10, 18 ad Iovem. AVG. civ. 19, 23 p. 397, 19 ad ipsum. *al.* *per adi.*: SEN. Oed. 621 Stygias -es geminat sacerdos. SACR. Leon. 916 ut ad -es tuas corda ... flectamus.

d pro *quo petatur*: CIC. Planc. 69 meas pro Plancio -es. LIV. 4, 44, 5. 24, 26, 10. *al.* (*saepius dubites utrum praepos. potius ad verbum spectet necne, e. g.* LIV. 5, 18, 5). *conferri potest praepos.* super *p. 1221, 64.*

2 *iuncturae potiores*: **a** *verbales* : α *acc. obi.: a parte precantis* : PLAVT. Rud. 25 expetessunt (*item pro obi. acc. int. accedit ad verba poscendi* : CATO agr. 134, 2 precor [*al. v. p. 1219, 52*]. CORNELIA epist. frg. 2 expetere. ACT. lud. saec. inc. [CIL VI 32336] posco. *vix addas* CATVLL. 68, 65 *sec. vol. VII 1, 646, 77, cf. e. g. supra p. 1220, 25*). CIC. nat. deor. 1, 3 quod ... deis ... -es adhibeamus (*al. v. vol. I 649, 39 sqq.*). VERG. Aen. 5, 234 ni ... fudisset ... -es (*al. v. vol. VI 1, 1566, 79 sqq.*). 8, 60 Iunoni fer rite -es (SEN. Herc. O. 1488 Phoen. 500 VAL. FL. 4, 547. 8, 442 SIL. 12, 327. *al.*). HOR. epod. 5, 86 misit Thyesteas -es (*al. v. vol. VIII 1175, 25 sqq.*). OV. met. 6, 689 admovi ... -es (*al. v. vol. I 775, 32 sqq., ubi legas* Pont. 3, 7, 36). *al.* *a parte eius, qui aditur* : CIC. Cluent. 201 -es a vestris mentibus repudiare debetis (dom. 26 p. red. in sen. 12 Sest. 26 Pis. 64 LIV. 38, 3, 7). Pis. 43 di ... meas -es audiverunt (ad Q. fr. 1, 3, 9 VERG. Aen. 4, 612. 8, 574 OV. Pont. 4, 9, 130. *al.* LIV. 3, 58, 5. *al.; aliter e. g.* CAES. civ. 2, 42, 1). VERG. Aen. 11, 158 exaudita ... vota -esque (*al. v. vol. V 2, 1192, 2 sq. 5 sqq. 70 sqq.; aliter* CIC. Planc. 97). OV. am. 3, 13, 9 accipit ara -es votivaque tura (fast. 4, 320 *Cybele,* accipe ... -es. Ib. 72. *al.* LIV. 42, 30, 8 STAT. Theb. 8, 123. *al.*). met. 1, 701 -bus spretis (8, 852 SEN. Thy. 299 HOMER. 26 APVL. met. 6, 20, 2. *al.*). *al.* β *abl. instr.* (*fere a parte precantis*): ENN. ann. 20 quod tecum -bus pater orat (*al. v.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

vol. IX 2, 1052, 18 sqq.; cf. per -em *ibid. 29 sq.*). TER. Phorm. 498 molliri (SEN. Phoen. 141 IVVENC. 1, 564). AFRAN. com. 171 -bus plorans obsecrans (CIC. fam. 11, 5, 3 MARCELL. Cic. fam. 4, 11, 1 PLIN. epist. 4, 9, 12). CIC. Cluent. 194 iustis -bus deorum mentes ... placari (dom. 140 OV. met. 7, 251 LIV. 22, 57, 5. *al.*). Sull. 55 *Faustus* -bus a P. Sulla petit, ut *eqs.* (Lig. 13 CAES. Gall. 5, 6, 3. 7, 26, 3 HOR. epist. 1, 14, 14 OV. met. 8, 271 LIV. 1, 16, 6. *al.*). dom. 139 sororis -bus ... adductus (Att. 14, 20, 3 CAES. Gall. 1, 16, 6 NEP. Dion 2, 3. *al.*). BRVT. Cic. ad Brut. 3, 2 moveor hominis -bus (BELL. Afr. 91, 3 HOR. carm. 1, 21, 16 OV. ars 1, 441. *al.* LIV. 37, 17, 7. *al.*). 24, 3 -bus esse impetrandam salutem (BELL. Afr. 94 LIV. 29, 30, 2 SEN. dial. 12, 9, 6 PLIN. nat. 10, 75. *al.*). BELL. Alex. 15, 8 quin ... -bus ... victoriam ... ab dis ... exposceret (*al. v. vol. V 2, 1771, 73. 1773, 3; cf.* poscere *p. 70, 69 sq.*). 59, 1 multitudinis -bus ... commotus (*al. v. vol. III 1945, 3. 1946, 28 sqq.*). VERG. Aen. 2, 689 -bus si flecteris (OV. met. 11, 439 LIV. 2, 1, 9 SEN. Herc. f. 570 dial. 10, 18, 5 HOMER. 1034. *al.; cf.* OV. met. 2, 482 *ne* -es animos ... flectant). HOR. epod. 17, 43 *Castor et Pollux* victi -e (LYGD. 4, 76 OV. met. 6, 483. *al.* LIV. 23, 8, 4. 30, 12, 22. *al.* SEN. Phaedr. 239. *al.*). carm. 1, 2, 26 -e qua fatigent virgines ... Vestam? (*al. v. vol. VI 1, 349, 11 sqq.*). OV. am. 2, 3, 17 -bus temptasse (met. 11, 239 SEN. Phaedr. 891 CLAVD. 1, 165). *sim. al.* -e precari *v. p. 1220, 18 et* FRONTO p. 87, 5 APVL. Socr. 15 p. 151. γ *iuncturae variae* (*cf. l. 1. 16*): CIC. Font. 49 ut plus apud vos, *iudices*, -es virginis ... valuisse videantur (Mil. 34 Lig. 31 CATVLL. 116, 6 PROP. 1, 1, 16 OV. met. 13, 89. *al.* LIV. 4, 42, 7. *al.*). Sull. 18 numquam ... -bus restitissem (VAL. MAX. 5, 4, 5 SEN. benef. 2, 14, 3. *al.*). Planc. 9 cedit -bus (ad Brut. 20, 1). VERG. Aen. 5, 782 -es descendere in omnes (SEN. Phaedr. 669 ad -es). OV. met. 8, 73 ignavis -bus Fortuna repugnat (SEN. Med. 294 CVRT. 5, 3, 13 SIL. 9, 56). LIV. 3, 28, 9 a proelio ad -es versi (6, 24, 8. 27, 50, 5 in -es. *al.*). *sim. al.*

b *nominales*: α *cum adi.* (*cf. p. 1222, 51*): CATO agr. 134, 2 bonas (*al. v. p. 1219, 52. 75. 1220, 28 sq.*). CIC. Cluent. 194 iustis (OV. met. 1, 377. 3, 406 LIV. 4, 42, 9 STAT. Theb. 2, 374. *al.*). Att. 9, 11ª, 3 omnibus (CAES. Gall. 6, 31, 5. 7, 26, 3. 7, 78, 4 VERG. Aen. 5, 782. *al.*). SALL. hist. frg. 3, 98C multis (HOR. carm. 4, 5, 33 epist. 1, 13, 18 LIV. 2, 2, 8. *al.*). HOR. carm. 1, 35, 5 sollicita (OV. met. 8, 271 Pont. 3, 1, 148). 4, 1, 8 blandae (*al. v. vol. II 2039, 10 sq.*). epist. 1, 14, 14 tacita (APVL. apol. 54, 7 SCHOL. Iuv. 6, 587 MAX. TAVR. 76, 2). OV. epist. 6, 73 castas (SEN. Phaedr. 108 CLAVD. 10, 22). met. 6, 161 pia (LIV. 6, 23, 12. 34, 3, 7 SEN. Tro. 694 OCTAVIA 760. *al.*). SEN. dial. 11, 16, 6 publicis (12, 9, 6 TAC. hist. 1, 65, 2). TAC. ann. 1, 13, 4 irritas (PLIN. paneg. 26, 2. *al. v. vol. VII 2, 433, 60; cf.* ratas *p. 1219, 72. 1221, 19*). *al.* β *cum gen. vocum notionis affinis* (*cf. p. 1217, 15 sqq.*): SEN. contr. 1, 3, 10 exaudierunt dii ... publici[um] voti -es (publica vota et -es *Müller*). CYPR. epist. 11, 6 -es orationis (HIL. in Matth. 4, 18 impacificae o. trin. 10, 37. 40 DYNAM. vita Max. 5 l. 117). Fort. praef. 4 *res* omnibus postulationum nostrarum -bus expetenda.

deriv.: precarius, precicula, precor. *Morelli.*

pri *v.* prae *p. 372, 20.*

[priamplum, *lectionem cod. Paris. 2685* FVLG. serm. ant. 44 (*v. vol. II 1714, 27 sqq.*) *vix recte defendit Heraeus apud Walde-Hofmann³ II 361 intellegens* praeambulum.] *Bk.*

priceps *sim. v.* princeps. **prīde** (-ē) *v.* pridem, pridie.

***prīdem** *adv.* (*vice praepos. sub II*). [*sine dubio cognatum est cum* prī, pri-or *et* pris-tinus; *alii formam* prī-dem *originariam putant, alii derivant de* *prīs-dem, *sed ratio parum certa est. ad terminationem adverbialem* -(d)em *cf. Leumann, Gramm. 1977, 467. Fo.*] *scribitur* pridim DECRET. centon. Sentin. (CIL XI 5749; *a. 261*) 12; *scripturam* pride *improbat* PROB. app. gramm. IV 199, 16 (*exempla antiqua nulla invenimus, sed cf. l. 69. p. 1224, 70. 1225, 67 et pro* pridie *p. 1229, 26*). NOT. Tir. 45, 7 quam -m. -i- *longam esse testatur* PRISC. gramm. II 91, 14. *de notione*: SYNON. Cic. p. 421, 26 *v. vol. IX 2, 556, 56 sq.* GLOSS. ante aut olim. antea, dudum. ante aut ante diem (*contaminatum, v.* GLOSS.ᴸ III Abstr. PRI 10 sq.). praeterito tempore. GLOSS. V 301, 13 iamdudum: p[e]ridem, paulo ante. *cf. ad singulas iuncturas sub IB. legitur inde a* PLAVTO (iam -m *17 / aliter 5*), CATONE (*1/0*), TER. (*2/2*), TITIN. (*1/0*), POMPON. (*1/0*), CIC. (*83/4*), *ceterum saepius e. g. apud* VERG. (*8/0*), OV. (*13/0*), LIV. (*18/0*), PLIN. *maiorem* (*18/13* [*sc.* non *vel* nec -m]), STAT. (*3/13*), TAC. (*18/12* [hist. *11/0,* ann. *2/11*]), PLIN. *minorem* (*8/0*), SVET. (*9/0*), APVL. (*6/10*); *ab aet. inferioris auctoribus* (*excepto e. g.* CASSIOD.) *rarius adhiberi vid. et quidem fere saepius* -m *quam* iam -m. [*in codd. confunditur e. g. cum* pridie COLVM. 11, 2, 92 AVG. c. Fel. 2, 1 p. 827, 9. *al.* (*falso trad.* IREN. 2, 26, 2. *al.; cf. p. 1228, 42 et locos p. 1232, 34 sqq. laudatos*), quidem STAT. Ach. 1, 713 FLOR. epit. 4, 12, 11. *al.* (*restit. Bulhart* Ps. TIT. epist. l. 500, *v. Rev. Bénéd. 62, 1952, 299*), primum NOVELL. Valent. 21, 1, 4 (*falsa var. l.* VERG. Aen. 8, 190, *falso trad.* COLVM. 12 praef. 1). *interpolatum vid.* PLAVT. Amph. 692; *e coni. dub.* CVRT. 9, 6, 18.]

I *adv. temporis, quo indicatur aliquid aliquanto vel multo prius (factum) esse vel ex priore tempore exstitisse. tempus definitur saepius per enunt. temp., quae inducuntur per* cum PLAVT. Cas. 461 CIC. Att. 2, 7, 4 LIV. 40, 8, 8. OCTAVIA 590 (*cf. Zwierlein, Krit. Komm. 1986, ad l.*). CYPR. epist. 14, 2. *al.* (*cf.* cum *explicativum p. 1227, 13*), ex quo VERG. Aen. 2, 647 PETRON. 120 vers. 96 IVV. 10, 77, postquam PLIN. nat. 16, 7 CLAVD. 18, 414 rapt. Pros. 3, 20, quando CYPR. epist. 29 p. 548, 4, priusquam CAEL. AVR. chron. 1, 1, 14, *ceterum per part.* CYPR. Demetr. 23 p. 368, 4 iam -m ... praemonens. FIRMIL. Cypr. epist. 75, 7 p. 815, 4 iam -m in Iconio ... collecti. *al., abl.* OV. fast. 6, 417 iam -m ... puerilibus annis. LVCIF. Athan. 1, 27 l. 14 iam -m ... tempore, quo *eqs.* AVG. serm. 47, 2 -m ... superiore lectione, *praepos.* APVL. apol. 72, 3 (*si recte trad.*) non ita -m ante multos annos. AVG. ord. 2, 7, 20 iam ... -m in sermone illo. *al. opponitur e. g.* heri PLAVT. Amph. 303, nondum *sim.* TER. Haut. 229 CIC. Catil. 1, 5 prov. 35 CYPR. epist. 68, 2, adhuc CIC. Q. Rosc. 23 Verr. II 2, 29 PANEG. 12, 25, 1, nunc CIC. Q. Rosc. 38 Att. 2, 7, 4. *al.* LIV. 39, 15, 6 STAT. Theb. 4, 384. *al.*, repente CIC. Verr. II 3, 69 TAC. ann. 12, 4, 3 (*cf.* subito CASSIOD. in psalm. 143, 1 l. 42), nuper CIC. Catil. 2, 10 OV. Pont. 3, 6, 26 LIV. 36, 41, 4. *al.*, rursus PANEG. 7, 11, 4. 11, 1, 2. CLAVD. 13 (= carm. min. 1), 8. 17, 11, postea PLIN. nat. 2, 202 FLOR. epit. 4, 12, 11. COD. Iust. 4, 14, 5 (*a. 243*). *al.* (*cf.* postmodum CYPR. domin. orat. 34, post CASSIOD. in psalm. 101 l. 660). -m *pendet e praepos.* in *p. 1225, 2.*

A *vario usu* (*sc.* -m *fere solum ponitur*): **1** *potius respicitur, quo temporis puncto aliquid fuerit vel factum sit*: **a** *de quolibet tempore elapso fere i. q. prius, antea*: α *cum verbis finitis* (*vel inf.*): ① *enunt. pleno* (*fere iuxta perf. vel plusquamperf.; imperf. l. 43 sq., praes. pro praeterito l. 37*): PLAVT. Aul. 312 ipsi *seni avaro* -m tonsor unguis dempserat: collegit ... praesegmina ...; (316) pulmentum -m ei eripuit milvos: homo ad praetorem plorabundus devenit. Cas. 461 *erus* me -m, cum ei advorsum veneram, facere atriensem voluerat. Rud. 1249 spectavi ego -m comicos ad istunc modum sapienter dicta dicere. CIC. fam. 5, 6, 2 ad me -m scripseras velle te *eqs.* DECL. in Catil. 23 cupiditatem *Catilinae* ... numquam in eum locum perventuram fore, de quo illam -m ... omnium voces eiciendam esse putavissent (*spectat ad 22* Catilinam ... reiecerunt). APVL. met. 9, 31, 1 *quaedam* accurrit e proxumo castello, in quod -m denupserat. 11, 17, 1. TER. MAVR. 2448 nec carmen modo, sed et volumen explicat *dimetrum iambicum*; ut -m (*sc. aet. Hadr.*) Avitus Alfius libros ... conscribit (conscripsit *Brissaeus*). VET. LAT. I Macc. 12, 7 (rec. B) quoniam -m missae sunt epistolae ad Oniam pontificem a Dario (*sec. var. l. gr. ἐπεὶ* (*τὸ*) *πρότερον, cf. p. 1227, 72*). CYPR. testim. praef. p. 36, 10 Iudaeos ... indulgentiam domini, quae sibi et -m data et in posterum promissa fuerat, perdidisse. IVST. 31, 3, 10 (*verba Hannibalis*) Italiam notiorem sibi nunc quam -m fuisse. PRVD. perist. 10, 958 haec ... si parum fidelia rebare -m, vera cognoscas licet. CASSIOD. hist. 7, 15, 2 ut loca, quae -m ambulari poterant, navigarentur ([rigarentur *trad.*]. *cf. Socrat. 4, 3 πρώην*). *al. respiciuntur constituta, iussa sim. priora*: DECRET. decur. Salens. (Inscr. Maroc. Gascou 307) 3, 20 et -m nos Sulpicio Felici decurionatum ... decrevisse et nunc ... placere *eqs.* APVL. met. 4, 31, 5 ipsum, quod incipit velle *Venus,* ⟨s⟩et statim, quasi -m praeceperit, non moratur marinum obsequium. VLP. dig. 50, 4, 3, 10 decaprotos etiam minores annis *tot* ... fieri ... -m placuit (COD. Iust. 4, 64, 7 [*a. 294*]. *al.*). COD. Iust. 7, 53, 6 (*imp. Phil.*) quae -m ... fuerunt statuta (CYPR. epist. 57, 1 COD. Theod. 9, 21, 4 pr.). 4, 39, 8 (*impp. Diocl. et Maxim.*) secundum ea, quae -m constituta sunt (COD. Theod. 9, 28, 1). CONC.ˢ II 3, 1 p. 43, 27 quem *episcopum* -m iussimus suae solae vacare ecclesiae (*gr. II 1, 1 p. 69, 2 ἤδη, cf. II 2, 1 p. 43, 26* olim). *al.* ② *verbo subaudiendo in comparationibus*: IVST. 5, 7, 12 nunc ... non classem, in quam, sicuti -m, confugiant, superesse *Atheniensibus* (CONC.ˢ II 3, 3 p. 42, 17 [= EPIST. Ibae Facund. defens. 6, 3, 15] in ea *ecclesia* ... pax, sicut -m, est [*gr. II 1, 3 p. 34, 16 τὸ πρότερον, cf. IV 1 p. 140, 13* prius]). 12, 6, 7 eodem ... furore in paenitentiam, quo -m (nuper *Ruehl*) in iram, versus mori voluit *Alexander. sec. gr. ἐξ ἀρχῆς vergit in vim q. e. initio*: PHILO quaest. in gen. 4, 189 (*in imag. seminationis*) germina ampliantur plus quam -m, *sc. erant.*

β *cum part.* (*pro subst.* COD.) *vel adi.*: STAT. silv. 1, 4, 60 *Apollo* tanti pr[ec]idem securus alumni, *i. neglegens Gallici aegroti.* TAC. ann. 1, 3, 3 ut Agrippa vita concessit, L. Caesarem ..., Gaium ... mors ... abstulit, Drusoque -m exstincto Nero solus *supererat* (*item abl. absol.*: 12, 4, 3 Silanus ... repente ... ordine senatorio movetur quamquam lecto -m senatu). APVL. met. 5, 14, 4 (*loq. sorores*) Psyche, non ita ut -m parvula, et ipsa iam mater es (pride *F¹?* -em *et* pridie *corr.*; ut *del. Luetjohann, ut ad p. 1228, 28 pertineat*). COD. Iust. 3, 36, 2 (*imp. Carac.*) secundum iuris -m placitum. MACER dig. 49, 4, 3 appellare a litteris -m sibi *litigatori* editis. NOVATIAN. trin. 8, 7 (*sec. gen. 1, 6*) glacies ... aquarum terram -m contegentium dividens medietatem. IVST. 4, 3, 5 factae -m a Syracusanis classis (nuper (idem) *var. ll.*). PRVD. c. Symm. 2, 679 (*loq. Roma*) vivo pie ... im-

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pia -m. PAVL. NOL. epist. 14, 3 proximis his temporibus *laborasti* ..., -m febrium ardore, nunc capitis humore vexatus. *al.* in -m *abundanter sec.* inantea *formatum*: GREG. M. epist. 9, 97 l. 9 quam *terrulam* in -m a nobis sibi datam possidere noscuntur *quidam* (*opp. l. 7* de praesenti).

γ *cum subst.* (*sc. ponitur vice attributi praeter l. 6; cf. p. 1224, 64*): CLAVD. 20, 576 legio -m Romana, Gruthungi ... Lydos ... vastant. NOVELL. Valent. 21, 1, 4 *petitorem* praeter fiduciam precum -m (pridie, primum *var. ll.*) cum uxore communium voluntas quoque alia ... defendit. SEDVL. carm. pasch. 5, 136 (*de Iuda*) de culmine lapsus -m discipulus, qui nunc reus (*cf. 5, 138* tunc ... nunc, *op. pasch. 5, 10 p. 283, 3* nuper).

b *de tempore longe remoto (vel quod loquenti ita videtur), ut idem fere valeat atque olim, quondam* (*exempla potiora*): α *cum verbis finitis* (*sc. perf. vel imperf.*): STAT. Theb. 6, 383 (*Apollo ad Amphiaraum*) scis miser *fatum tuum,* et nostrae -m cecinere volucres. Ach. 1, 728 magna, reor, ⌞-mque⌟ tuas pervenit ad aures fama ... belli (⌞ ⌟ *fere per parenthesin*). TAC. dial. 28, 4 nam (iam *trad.*) -m suus cuique filius ... gremio ... matris educabatur ...; (*29, 1*) at nunc *eqs.* AVIEN. ora 256 *Cartaren insulam* -m ... tenuere Cempsi; ... postea pulsi duello *eqs.* (*sim.* 440 *Poenus* habuit hos -m locos [*opp.* nunc]. 477 [*opp.* nunc iam]). CLAVD. 20, 211 -m (quondam *cod. unus*) mos ille vigebat, ut meritos colerent ...; at nunc *eqs.* CONC.^{S} II 3, 1 p. 57, 25 quae de orthodoxa religione ... -m quidem ... sunt exposita (*sc. Nicaeae*), confirmata autem nuper (*sc. hic, Ephesi; gr. II 1, 1 p. 82, 13 πρώην, cf.* II 2, 1 p. 44, 1 iam -m). *al.* β *cum part. (pro subst. l. 28) vel adi.*: STAT. silv. 5, 3, 168 Ausonii -m laris, *sc. Apollinis,* hospita Cyme (*nisi ad 2b*). TAC. ann. 5, 3, 1 *litteras* -m allatas et cohibitas ab Augusta. 6, 2, 1 quasi recens cognitis Liviae flagitiis ac non -m etiam punitis. 6, 3, 4 prorupere concepta -m odia. MART. CAP. 6, 669 Carthago inclita -m armis, nunc felicitate reverenda. CONC.^{S} II 3, 1 p. 103, 17 nuper lectis et -m expositis a sanctis patribus in Nicaea congregatis ... consentio (*gr. II 1, 1 p. 123, 5 πάλαι*).

2 *potius respicitur, ex quo tempore aliquid sit vel quando coeptum sit, ut significetur fere i. q. ex aliquanto, multo tempore*: **a** *cum verbis finitis: temporis praeteriti*: STAT. Ach. 1, 893 (*Achilles ad Lycomedem*) te -m tanta manebat gloria. GELL. praef. 14 ut in *meos libros* legendo, quae -m scierint, non aspernentur quasi nota. APVL. met. 6, 32, 1 mortem asinus, quam -m meruit, *sustinebit.* CLAVD. 13 (= carm. min. 1), 8 gener Augusti -m fueras, *Stilicho,* nunc rursus eris socer Augusti. *temporis praesentis*: STAT. Theb. 11, 714 -m indomito sub pectore vivit ... spes aspera mortis. Ach. 1, 713 ambiguo sub pectore ⌞-m⌟ *ego* verso, quid *eqs.* (⌞ ⌟ quidem, quiddam, quid scit *var. ll.*). APVL. met. 7, 9, 6 quosdam lenones -m cognitos habeo. CLAVD. 15, 233 te mortalia -m implorant longeque ... requirunt. NOVELL. Valent. 22, 4 quos *mensores* -m habere desiderat *officium praetorianum. al.* **b** *cum part. vel adi.* (*cf. l. 24*): LVCAN. 8, 415 *Cornelia* ceu -m debita fatis Assyriis trahitur ... captiva *a Parthis, qui maritum eius priorem devicerant* (CLAVD. 5, 276 [*ad Stilichonem*] dabitur tibi d. -m victima [*syn.* longe]). STAT. Theb. 3, 599 longam -m indignantia pacem corda. 3, 680 *Argia* laceris -m turpata capillis et fletu signata genas. 10, 775 animam ... dedignantem artus -m maestamque teneri. APVL. met. 4, 26, 5 *iuvenis* votis ... nuptialibus pacto iugali -m destinatus. *pro subst. adhibitis*: CLAVD. 22, 412 *Fama* festinare iubet proceres ...; meriti -m clarique vetustis fascibus ... properant. COD. Theod. 6, 6, 1 si quis consulatu et praefectura ... conspicuus est, ⌞-m consulari⌟ praeferendus haud dubio est (⌞ ⌟ *iungit Gothofredus ad l.; vix ad l. 38*).

B *iuncturae quaedam sollemnes*: **1 iam -m** (et iam *vel* etiam -m *v. l. 56. p. 1226, 16. 1228, 4. 10; verbis singulis vel pluribus interpositis p. 1226, 74. 1228, 6 nec non* AVG. epist. 87, 6 i. etiam -m. ord. 2, 7, 20 i. inter nos -m. CONC.^{S} II 3, 1 Rustic. p. 114, 19, *ordine inverso p. 1226, 21. verbum unicum intellexit* NIGID. Gell. 19, 14, 6; *ad quam rem iudicandam nihil afferunt codd. antiqui scriptura continua usi, sed notes l. 55 et punctum interpos.* DECRET. decur. Tergest. [CIL V 532; *aet. Ant. Pii*] 1, 5. *usus auctorum* (iam) dudum *et* i. -m *variantium comparatur vol. V 1, 2175, 5 sqq.* [*cf. p. 1228, 25*]): **a** *de tempore longe remoto (vel quod loquenti ita videtur, cf. l. 72), ut significetur fere i. q. iam dudum, iam olim sim.* (*longum tempus affirmat particula* equidem *l. 74 sq. p. 1226, 14. 56 sq.,* quidem CIC. Brut. 19, *anaphora p. 1227, 6* [*sim. e. g.* PLIN. nat. 33, 147 furit ... idque i. -m. *cf.* i. -m *ipsum anaphorice positum* OV. rem. 449 sq.]. GLOSS. *πάλαι.* iam olim. GLOSS. II 292, 23 *ἐκ πολλοῦ*: iam tum, i. pride⟨m⟩, iam diu. 323, 28 *ἤδη πάλαι*: iamdudum, i. -m. *sim. al.*): α *potius respicitur, quo temporis puncto aliquid fuerit vel factum sit*: Ⓘ *cum verbis finitis (vel inf.) temporis praeteriti*: Ⓐ *perf. vel plusquamperf. (nisi forte ad β trahas e. g. p. 1226, 5*): PLAVT. Amph. 303 agite, pugni, iam diu est, quom ventri victum non datis; i. -m videtur factum, heri quod *eqs.* (VARRO Men. 404 *infra.* CYPR. epist. 29 i. -m ... clero proximos feceramus *quosdam,* quando *eqs.; cf. p. 1226, 64*). Poen. 156 i. -m equidem istuc ex te audivi (TER. Hec. 219 i. -m equidem a. cepisse odium tui Philumenam). Pseud. 342 non ... habeo ..., nam i. -m vendidi. 406 (*interpol.?*) ego me i. -m huic daturum *viginti minas* dixeram. VARRO Men. 404 *si philosophiae magis studuisses,* ipse bonus i. -m esses factus (*item irrealis*: CIC. Quinct. 46 abstulissem. fam. 1, 9, 23 misissem [6, 6, 1 et i. -m et saepe. *cf. l. 29*]. *al.*). CIC. Q. Rosc. 42 *reus* i. -m est mortuus; si viveret *eqs.* (*sim. de morte* [*hic illic in imag.*]: Att. 12, 23, 1 occidimus, occidimus ... i. -m nos quidem, sed nunc fatemur. 14, 10, 1 i. -m perieramus [OV. Pont. 3, 5, 33 perii]. LVCR. 4, 767 *aliquem* mortis letique potitum *esse* i. -m. PLIN. epist. 10, 5, 2 quae *patrona* i. -m defuncta est. *al.*). Verr. II 1, 99 quaestores quoque i. -m venerunt (fam. 9, 2, 3 mihi ... i. -m venit in mentem. PLIN. nat. 19, 71. TAC. hist. 1, 16, 1 nunc eo necessitatis i. -m ventum est, ut *eqs.*). Catil. 2, 10 res eos *coniuratos* i. -m deseruit, fides nuper deficere coepit. rep. 5, 2 rem publicam verbo retinemus, re ipsa vero i. -m amisimus (SALL. Catil. 52, 11 i. -m equidem ... vera vocabula rerum). fin. 2, 43 recte i. -m contra eos desitum est disputari (MART. 3, 75, 1). Att. 7, 1, 1 de quo i. -m ad te scripseram (11, 25, 3 scripsi. 15, 3, 1. CYPR. epist. 14, 2 sicut etiam [*om. cod. unus*] -m vobis scripseram, cum *eqs. al.; cf.* LACT. epit. 1, 1 conscripsimus [HIL. trin. 4, 1 anterioribus libellis, quos i. -m c.]). *al.* VERG. ecl. 5, 55 ista i. -m Stimichon laudavit carmina nobis. *et saepe. respiciuntur constituta, iussa sim. priora*: CIC. Mur. 5 quam *legem* mihimet ipsi i. -m tulerim. Att. 16, 15, 5 scis ⌞nos -m i.⌟ (n. i. -m, i. -m n. *var. ll.*) constituisse Montani nomine HS XXV dissolvere (CONSVLT. 1, 6 [*a. 196*]. COD. Iust. 5, 51, 5 [*a. 238*]. *al.*). EPIST. decur. Forosempron. (CIL XI 6123) 2, 12 statuam ... ponendam i. -m decrevimus (COD. Iust. 10, 1, 4 pr. [*impp. Diocl. et Maxim.*]. CYPR. epist. 67, 6). COD. Iust. 9, 22, 1 (*a. 212*) sicut i. -m mihi et ... patri meo placuit (4, 58, 1 [*a. 214*]. COD. Theod. 6, 4, 3. *al.*). 7, 13, 1 (*a. 290*) i. -m senatus consulto ... sancitum est (COD. Theod. 16, 2, 11). *al.* Ⓑ *imperf.*: PLAVT. Curc. 700 si valuisset *leno,* i. -m, quoquo posset, mitteret *virginem.* LIV. 40, 8, 8 (*Philippus rex ad filios*) i. -m ... hanc procellam imminentem timebam, cum vultus inter vos minime fraternos cernerem (*nisi ad l. 54*). SYMM. epist. 1, 14, 3 novi ego istum fluvium *Mosellam,* cum aeternorum principum i. -m signa comitarer. CLAVD. 20, 288 (*Cybele loq.*) hoc mihi i. -m Lachesis ... canebat augurium.

Ⓘⓘ *cum part.*: Ⓐ *perf.*: TITIN. com. 17 (*si recte huc traximus*) i. -m egressa aut (tu *Neukirch*) perbiteres. CIC. Verr. I 10 vitam ... i. -m omnium voluntate iudicioque damnatam. nat. deor. 1, 6 desertae ... disciplinae et i. -m relictae. *al.* COLVM. 11, 2, 92 *si salix* i. -m caesa exaruit. LVCAN. 2, 474 pubes ... i. -m Caesaris armis Parthorum seducta metu. PLIN. nat. praef. 20 ubi sit ea *historia,* quaeres; i. -m peracta sancitur. 6, 111 Persis ... in Parthorum i. -m tralata nomen. FRONTIN. strat. 3 praef. 2 quorum *machinamentorum* expleta i. -m inventione (*item abl. absol.*: TAC. hist. 1, 90, 1 festinata i. -m exactione. 2, 56, 2. SVET. gramm. 9, 5 amissa i. -m memoria. *al.*). *al.* *pro subst. adhibitis*: CIC. ac. 1, 14 ex Antiocho i. -m audita recordari. TERT. test. anim. 4 p. 140, 12 si de aliquo i. -m defuncto tamquam de vivo quis requirat. Ⓑ *praes.* (*vice part. perf. act.*): CIC. carm. frg. 24, 1 hic situs est vitae i. -m lumina linquens, qui quondam Hectoreo perculsus concidit ense (*de Aiace sec. Hom. H 89 πάλαι κατατεθνηῶτος*). CYPR. epist. 27, 1 *quidam* i. -m se auctorem constituens, ut *eqs.*

ⓘⓘⓘ *cum subst.* (*sc. ponitur vice attributi; cf. etiam l. 43*): CIC. Mil. 46 Schola ..., ⌞cuius i. -m testimonio Clodius ... Interamnae fuerat⌟ (⌞ ⌟ *om. pars codicum*).

β *potius respicitur, ex quo tempore aliquid sit vel quando coeptum sit*: Ⓘ *cum verbis finitis* (*vel inf.*): Ⓐ *temporis praeteriti* (*sc. perf. vel imperf.*): PLAVT. Poen. 1300 i. -m ego me sensi nihili pendier (Pseud. 421 id i. -m s. et subolebat mihi). 1347 i. -m equidem istuc scivi (1391 i. -m equidem istas s. esse liberas et exspectabam, si *eqs.*). Pseud. 285 fuit occasio ... i. -m, argentum ut daret ([*vix ad* daret *referas*]. TER. Phorm. 37 erat ei *creditori* ... i. -m apud me relicuum pauxillulum nummorum. CIC. Att. 12, 28, 2 fuit meum ... i. -m rem publicam lugere [*opp.* nunc]. OV. met. 14, 758. *al.*). Rud. 963 novi ego hominem i. -m (*cf.* CATO orat. 5 egoque i. -m cognovi atque intellexi atque arbitror [⟨scio⟩ ego ⟨at⟩que *Jordan,* ego ⟨quo⟩que *Keil*]). CIC. Catil. 1, 2 ad mortem te, Catilina, duci ... i. -m oportebat (1, 5 hoc, quod i. -m factum esse oportuit [*sc. te morte affici*], ... nondum adducor, ut faciam; tum denique interficiere, cum *eqs.* [*nisi ad p. 1225, 72*]. 2, 3). Att. 4, 5, 3 'vellem i. -m'; scio te voluisse (LIV. 28, 35, 10 id se, etiamsi i. -m vellet, minus praestare ... potuisse). *al.* LIV. 24, 45, 12 *quendam* suspectum i. -m habebat (*sim.* SVET. Dom. 14, 1). 30, 20, 2 (*loq. Hannibal*) palam revocant *me Carthaginienses,* qui vetando ... pecuniam mitti i. -m retrahebant. *al.* *in sententiis negativis*: PLAVT. Most. 157 i. -m ecastor frigidā non lavi magis lubenter nec (*sc. fuit*), quom *eqs.* CIC. Rab. Post. 41 nisi ..., nos hunc [Postumum] i. -m in foro non haberemus. Att. 9, 18, 1 ego me amavi, quod mihi i. -m usu non venit (*vix ad l. 75*). fam. 3, 12, 1 nihil i. sum -m admiratus magis *quam absentiam malevolentiae erga te.* Ⓑ *temporis praesentis* (*coniug.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

periphrast. in orat. obliqua l. 25; addere possis l. 31. 34 [*sc.* i. -m *ἀπὸ κοινοῦ posito*]): PLAVT. Bacch. 1157 nihili sum. :: istuc i. -m scio (SEN. Phaedr. 998. *cf. p. 1226, 62*). Cas. 283 *te* frugi hominem i. -m esse arbitror (*addas p. 1226, 62*). Mil. 696 suscenset. Pseud. 466 i. -m tu me spernis, sentio. POMPON. Atell. 53 i. -m volo la⟨va⟩trinam lavi, *i. lavari* (*cf.* CIC. Catil. 1, 21 studes. Att. 2, 5, 1 cupio ... et i. -m cupio Alexandriam ... visere ..., sed hoc tempore *nolo* [VERG. Aen. 6, 717]. SEN. contr. 10, 1, 1 i. -m hoc animo sequor. *sim. al.*). CIC. div. in Caec. 18 cuius legis ... i. -m severi custodes requiruntur *ab omnibus* (*cf.* quaerere: CIC. Verr. II 3, 157 PROP. 2, 21, 17 IVV. 14, 58). Marcell. 28 *posteritas,* quae *in te* miretur, i. -m multa habet, nunc etiam, quae laudet, exspectat (OV. trist. 3, 3, 58 ad quae *mala* i. -m non rude pectus habes. PLIN. epist. 2, 20, 12. *al.*). de orat. 1, 147 vos ... i. -m estis in cursu (Att. 12, 21, 5 i. -m scito esse, cum unum te pluris quam omnis illos putem. Ps. SALL. rep. 1, 5, 4 *vetera instituta* i. -m corruptis moribus ludibrio sunt. OV. Pont. 3, 7, 18. LIV. 27, 17, 13 [*opp.* ad id tempus]. *al.*). *al.* BRVT. Cic. ad Brut. 14, 1 i. -m hoc (*sc. gratias agere*) ex nostra necessitudine ... sublatum esse debet. CAES. civ. 1, 85, 8 (*verba Caesaris*) omnia haec i. -m contra se parari. VERG. ecl. 2, 43. georg. 1, 503 invidet. HOR. epist. 1, 16, 18 iactamus (CYPR. epist. 68, 2). PROP. 2, 8, 1 eripitur nobis i. -m cara puella ([*nisi ad l. 30*]. *cf.* OCTAVIA 434 luxuria ... orbis immensas opes i. -m ... rapit). OV. Pont. 3, 4, 54. LIV. 40, 9, 7 utri nostrum (*sc. filiorum tuorum*) sanctius sit *patrium nomen,* i. -m sentis (MART. CAP. 1, 36). *al.* VELL. 2, 128, 1. OCTAVIA 257. 590 populi vota i. -m moror (SYMM. epist. 7, 117, 1). PETRON. 101, 3 quo *navigio* ipse i. -m fuerit usurus. *et saepe.* *per ellipsin verbi* (*si recte huc traximus*): CIC. ac. 1, 2 habeo magnum opus in manibus, ⌞quae⌟ i. -m (⌞ ⌟ *n. pl. ad* opus *referendum*; qui, quo *var. ll.; sunt qui* quod *vel* idque *coniciant*). PLIN. nat. 19, 16 *semini lini* in quodam rustico ... cibo, sed i. -m sacrorum tantum gratia. VAL. FL. 4, 214 i. -m caestus resides.

Ⅱ *cum part. vel adi.* (*cf. l. 20*): PLAVT. Mil. 7 quia ... *machaeram* i. -m feriatam gestitem. CIC. har. resp. 50 hominem ... i. -m adflictum ac iacentem. VERG. Aen. 1, 722 praevertere amore i. -m resides animos desuetaque corda *Didonis* (7, 693 i. -m r. populos d.que bello agmina. *cf. l. 29. 39*). 2, 647 (*Anchises loq.*) i. -m invisus divis et inutilis annos demoror, ex quo me divum pater ... fulminis adflavit ventis. HOR. epist. 1, 14, 27 i. -m non tacta ligonibus arva. OV. met. 7, 277 arenti ramo i. -m (*cf.* SVLP. SEV. dial. 1, 19, 1 virgam i. -m aridam). LIV. praef. 4 i. -m praevalentis populi vires se ipsae conficiunt. 3, 62, 6 *Sabini* i. -m avidi certaminis. 8, 38, 10 i. -m desueto Samnite clamorem Romani exercitus pati (*item abl. absol.*: PLIN. nat. 35, 4 volgatis i. -m salibus etiam carminum. TAC. hist. 2, 43, 2 ducibus ... i. -m profugis. *al.; cf. e. g. l. 15*). 9, 25, 5 i. -m exoptantes Samnitium adventum. VELL. 2, 15, 1 i. -m tumescens bellum. 2, 121, 2 i. -m debitum, sed ... dilatum ... triumphum. CVRT. 6, 9, 19 i. -m animi alienati a me ... indicia. LVCAN. 1, 347 (*Caesar ad milites*) tollite i. -m victricia, tollite signa! (*nisi ad d, sed cf. 1, 300*). PLIN. nat. 15, 43 Damascena (*sc. arbores quaedam*) ... i. -m in Italia nascentia. VAL. FL. 3, 397 memori i. -m cognita vati ... Cimmerium domus. *al.* STAT. Theb. 9, 440 i. -m (dudum *cod. unus*) oblite parentum Liber. *al.* *pro subst. adhibitis*: CIC. har. resp. 51 (*de Clodio*) ille demens et i. -m ad poenam ... praeceps. TAC. Germ. 13, 2 *adulescentuli* robustioribus ac i. -m probatis aggregantur (TERT. adv. Marc. 4, 7 p. 435, 17 *in synagoga non docetur* nisi ab optime cognito ... et p. i. -m in hoc ipsum).

Ⅲ *cum subst.* (*sc. inducit attributa vel appositiones; cf. l. 48*): CIC. fam. 3, 11, 3 *Brutus princeps* i. -m iuventutis, celeriter, ut spero, civitatis. LIV. 36, 14, 9 *rex* veritus, ne traderetur Philippo i. -m hosti et Romanis ... tunc ... infensis. VAL. MAX. 2, 2, 4 vir et i. -m summae auctoritatis et tunc ultimae senectutis. PLIN. nat. 16, 7 civicae coronae, ... insigne clarissimum i. -m ... clementiae imperatorum, postquam *eqs.*

b *de universo tempore, sc. respicitur qualitas alicui inhaerens, ut significetur fere i. q. ex initio, iam semper* (*cf.* SYNON. Cic. p. 438, 24 primo. initio. i. -m. ... ab origine): *cum adi. vel part.*: CIC. Verr. II 3, 69 *recuperatores erant* Graeci ... i. -m improbi, repente Cornelii. SIL. 17, 334 fidae i. -m coniugis. TAC. hist. 2, 38, 1 vetus ac i. -m insita mortalibus potentiae cupido. i. -m esse: APVL. Socr. prol. 4 p. 109 *corvo* i. -m corpus tam concinnum est- ut neque oppido parvum neque nimis grande sit. Ps. VIGIL. THAPS. trin. 6, 15, 5a rec. II ut *Christus homo factus* ... amiserit, quod i. -m ante adsumptionem hominis fuerit ([*syn.* semper]. *sim. ibid.* 6, 17, 14).

c *de quolibet tempore elapso, ut significetur i. q. (iam) prius, antea* (GLOSS. *ἤδη πρότερον.* ante hoc tempore. *exempla potiora; vix iam* CIC. Att. 6, 1, 22, *ubi verbum excidisse vid.*): VET. LAT. I Macc. 12, 7 (recc. L, X, V) i. -m missae erant epistulae ad Oniam summum sacerdotem a Dario (*gr. ἔτι πρότερον, aliter* rec. B *p. 1224, 38*). Gal. 4, 13 (cod. 75, *sim. al. et* VVLG.) scitis, quod ... euangelizavi vobis i. -m (*gr. τὸ πρότερον, cod. 77* prius). HERM. vulg. vis. 2, 2 remittentur illis *paenitentibus* peccata, quae i. -m peccaverunt (*gr. πρότερον, cf. Pal. vis. 2, 2, 4* ante). PORPH. Hor. epist. 1, 17, 58 cum eadem faciat *quidam* in vero dolore, quae i. -m fecit in falso (quam i. -m facit *trad.*). COD. Theod. 6, 16, 1 (*opp.* postea). CAEL. AVR. chron. 1, 1, 14 etiam -m, si officium venter non agnoverat, oportuit adhibere clysterem, priusquam cucurbitae usus accesserit. REGVLA mag. 93, 46 qui i. sub praesentia sacerdotis -m extitit ordinatus (*sc. abbas*), ... ipse succedat *abbati mortuo.* *al.* *iuxta subst.* (*vel. adi. pro subst.*): TERT. apol. 14, 3 Iovem ... foede subantem in sororem sub commemoratione non ita dilectarum i. -m amicarum (*cf. Hom. Ξ 315*). PRIMAS. in apoc. 19, 21 et i. (etiam *edd.*) -m mortuos et (esse *edd. vet.*) illos, quos viventes Christi inveniet secundus adventus.

*?***d** *coll.* iam dudum (*v. vol. V 1, 2180, 7*) *cogitari potest de adhortatione impatienti, ut* i. -m *significet fere i. q. statim, ilico,* LVCAN. *p. 1227, 45, vix etiam* PERS. 3, 97 i. -m hunc *tutorem* sepeli (*pro* sepeli(v)i).

2 quam -m (GLOSS. quam olim. iam [*pro* quam*?*] olim. *cf.* NOT. Tir. *p. 1223, 58 et de usu l. 25*): *quaeritur, ex quo tempore*: PLAVT. Stich. 318 q. -m non edisti? TER. Eun. 517 *quaesivit,* q. -m pater mihi et mater mortui essent; dico 'iam diu'. *quaeritur, quo temporis puncto*: CIC. Q. Rosc. 8 q. -m hoc nomen, Fanni, in adversaria rettulisti? ... 'sunt duo menses iam' dices. Verr. II 1, 126 ad eum *Verrem praetorem* venit *heres* ..., q. -m sibi hereditas venisset, docet.

3 non -m *sim., sc. in figura q. d. litotes, ut significetur fere i. q. nuper* (*iungitur cum verbis temp. praeteriti* [*vix adi. p. 1224, 69*]): non -m (GLOSS. II 390, 1 *οὐ πάλαι*: non -m [pridie *trad.*]. *cf.* FEST. p. 165 'n. -m' aeque et [et] recte et frequenter dicitur ac 'iam -m', 'quam -m'. *cave huc trahas p. 1225, 26*): TER. Haut. 229 hoc ego mali n. ⌞-m⌟ inveni neque etiam dum scit pater (⌞ ⌟ *explicat* SCHOL. Ter. Bemb.: olim). CIC. Brut. 41 regnante iam Graecia, nostra autem civitate n. ita -m dominatu regio liberata (*al. v. vol. VII 2, 521, 56, nisi quod dubites de* HOR. ars 254; *cf. l. 36. p. 1224, 69*). PLIN. nat. 2, 246 insulas n. -m compertas. 15, 25 *arbor quaedam in Aegypto,* non -m et in Hispania, repente provenit. 28, 29 M. Servilius Nonianus (*cos. a. 24*) princeps civitatis n. -m in metu lippitudinis ... *amuletum quoddam* subnectebat collo. *et saepius.* GELL. 10, 15, 17 n. -m a pontificibus constitutum *esse quiddam.* *al.* *cetera exempla*: LVCR. 5, 331 recens ... naturast mundi neque -m exordia cepit (*cf.* PLIN. nat. 33, 29 nec -m id factum *est*). HOR. sat. 2, 2, 46 haud ita -m Galloni praeconis erat acipensere mensa infamis (APVL. apol. 87, 10 cum h. -m Pudentilla ... *magnam pecuniam* ⟨in⟩ populum expunxisset ea die, qua *eqs.* 94, 3).

II *abusive ponitur vice praepositionis:* *c. gen., sc. in versione e graeco* (*ubi respondisse vid. πρό*): EXC. barb. p. 312, 23 -m trium annorum primae olympiad(a)e (*pro 'tribus annis ante p. O.'*). *c. acc., sc. per confusionem cum* pridie (*cf. p. 1232, 34*): INSCR. christ. Gall. I 153, 3 (*Augustae Treverorum; saec. V²?*) ante quartum idus Ianuarias decessit, depos(i)tionem habuit -m idus Ianuarias.

compos. (*si recte trad.*): antepridem; *cf. p. 1225, 58.*

prīdiae *v.* pridie. *Spoth.*

***prīdiānus,** -a, -um. *a* pridie. GLOSS. -us: *προημερινός.* in diem -am: *πρὸ μιᾶς.* *legitur inde a papyro saec. I med.* (*v. sub 2a*), PLIN. nat. [*falso trad.*: AVG. epist. 80, 1 *tabellarius* repente comperta occasione navigii mihi ⌞-am⌟ suam profectionem iam nocte suggessit (*immo* postridianam; *de notis pro* post *v. Lindsay, Notae lat., 1915, 190sqq.; locum addas supra p. 253, 10*).]

